


---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>









PROPERTY OF  
*University of  
Michigan  
Library*  
1817  
ARTES SCIENTIA VERITAS



Digitized by Google





CONCILIUM FLORENTINUM  
DOCUMENTA ET SCRIPTORES  
EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS PONTIFICII INSTITUTI ORIENTALIUM STUDIORUM

---

SERIES A

---

EPISTOLAE PONTIFICIAE  
AD CONCILIUM FLORENTINUM  
SPECTANTES

EDIDIT

GEORGIUS HOFMANN S. I.

VOLUMEN I

—  
PARS I  
—



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM

PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE 7

ROMA


—  
1940

# CONCILIUM FLORENTINUM

## DOCUMENTA ET SCRIPTORES

*Cum editio completa documentorum et scriptorum concilii Florentini nondum existat, cumque editio critica horum fontium pro parva tantum parte habeatur, Pontificium Institutum Orientalium Studiorum consilium cepit universalis editionis fontium huius concilii parandae. Prima sectione edentur documenta latina et orientalia, epistolae pontificiae, instrumenta notarilia, acta camerae apostolicae, acta et epistolae aliorum. Altera sectione comprehendentur latinorum graecorumque scripta sive theologica sive historica quae ad concilium spectant.*

Qui trium saltem voluminum praenotationem faciunt, his pretium 15<sup>0</sup>/<sub>0</sub> minuitur.



### Prodiit:

Vol. I. - *Epistolae Pontificiae ad Concilium Florentinum spectantes.* - Pars I. *Epistolae pontificiae de rebus ante Concilium Florentinum gestis (1418-1438).* Ed. GEORGIUS HOFMANN S. I. Pag. XVII, 118. In Italia Lire 65.—; extra Italiam Doll. am. 3.50.

### Parantur:

Vol. I. - Partes II et III. *Epistolae pontificiae ad Concilium Florentinum spectantes (1438-1453).* Ed. cur. GEORGIUS HOFMANN S. I.

Vol. II (Sectio B). - Pars I. *Apparatus domini cardinalis Sancti Sixti, de Turrecremata vulgariter nuncupati, super decretum unionis Graecorum.* Ed. cur. EMMANUEL CANDAL S. I.

Vol. II. - Pars II. FANTINUS VALARESSO, *archiepiscopus Cretensis, Libellus de ordine generalium seu oecumenicorum conciliorum et comprobatione sanctae unionis ecclesiarum Christi.* Ed. cur. BERNHARDUS SCHULTZE S. I.





CONCILIUM FLORENTINUM  
DOCUMENTA ET SCRIPTORES  
EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS PONTIFICII INSTITUTI ORIENTALIUM STUDIORUM

---

SERIES A

---

EPISTOLAE PONTIFICIAE  
AD CONCILIUM FLORENTINUM  
SPECTANTES

EDIDIT

GEORGIUS HOFMANN S. I.

---

PARS I

---



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM

PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE 7

ROMA

---

1940

*Catholic Church, Pope.*

EPISTOLAE PONTIFICIAE  
AD CONCILIUM FLORENTINUM  
SPECTANTES

EDIDIT

GEORGIUS HOFMANN S. I.

PARS I.

EPISTOLAE PONTIFICIAE DE REBUS  
ANTE CONCILIUM FLORENTINUM GESTIS  
(1418-1438)



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM

PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE 7

ROMA

1940

BX  
830  
1453  
A2  
1940

v.1  
pt. 1-3

---

OMNIA IURA RESERVANTUR

*Copyright by Pont. Inst. Orient. Romae*

---

---

Imprimatur. † ALOYSIUS TRAGLIA, Archiep. Caesar. in Palaestina, *Vicesger.*

---

ROMA - SCUOLA TIPOGRAFICA PIO X - VIA DEGLI ETRUSCHI, 7-9

12 Settembre 1940 - XVIII

GL.  
Pd  
1/2  
1/4 55  
2293  
3 p's m l

## PRAEFATIO

*Cum editio completa documentorum et scriptorum concilii Florentini nondum existat, cumque editio critica horum fontium tantum pro parva parte habeatur, Pontificium Institutum Orientalium Studiorum editionem universalem documentorum et scriptorum concilii Florentini Deo favente praeparat perficietque.*

### SECTIO A: Documenta

*In hac serie edentur documenta latina et orientalia: epistolae pontificiae, instrumenta notarialia, acta camerae apostolicae, reipublicae Venetiarum, civitatis Ferrariensis, reipublicae Ianuensis, epistolae Orientalium.*

### SECTIO B: Scriptores.

*Inter hos nominandi sunt imprimis scriptores latini ANDREAS DE SANCTA CRUCE advocatus consistorii apostolici, Dialogus de ecclesiae primatu et gestis per Latinos et Graecos patres in Ferrariensi Florentiam demum translata oecumenica synodo, AMBROSIUS TRAVERSARI generalis Camaldulensium, Epistolae et sermones, IULIANUS CARDINALIS CESARINI, Epistolae et sermones, IOHANNES CARDINALIS DE TORQUEMADA, Apparatus super decreto unionis Graecorum, FANTINUS VALARESSO archiepiscopus Cretensis, Libellus de ordine generalium seu oecumenicorum conciliorum et comprobatione sanctae unionis ecclesiarum Christi, GEMINIANUS DE INGHIRAMIS auditor sacri palatii apostolici et protonotarius, Notitiae historicae de concilio Florentino.*

*Inter scriptores graecos auctor anonymus operis Praktika, BESSARION, SYLVESTER SYROPULUS, MARCUS EUGENICUS, GEORGIUS SCHOLARIUS nominandi sunt. De his duobus ultimis iam editio critica opera imprimis Excellentissimi Domini Ludovici PETIT peracta est.*

Romae, festo Pentecostes

anni quinquies centenarii commemorativi concilii Florentini 1939.



## INTRODUCTIO

---

Tribus fasciculis epistolae pontificiae omnes fere in forma bullarum redactae edentur, quae ad concilium Florentinum praeparandum, celebrandum, exequendum spectant. Hoc modo spatium temporum ab anno 1418 usque ad annum 1453 percurratur; habebitur collectio documentorum de unione ecclesiarum Occidentalis et Orientalis a temporibus concilii Constanciensis iam absoluti usque ad destructionem imperii byzantini. Editio canonici Florentini Eugenii Ceconi, anno 1869 absoluta, documenta pontificia tantum inter annos 1418 et 1438 complectitur; praeterea pro hoc tempore nondum omnia diplomata originalia et copias coevas consuluit; quaedam enim postea detecta et investigata sunt; immo ne registrum quidem pontificium ab eo systematice consultum fuit. Ideo mihi visum est opportunum, incipere ab editione nova epistolarum pontificiarum de rebus ante concilium Florentinum gestis (1418-1438).

Documenta sunt ex parte prorsus inedita, cetera denuo iuxta normas editionis hodiernae criticae edentur. Iam nunc notare volo indicationes editionum praecedentium in capite documentorum singulorum saepe a me factas nullo modo significare agi de repetitione simplici editionum. Immo hanc normam in epistolis pontificiis edendis secutus sum, ut, quantum potui, ad documenta originalia vel saltem ad copias authenticas primi valoris recurrerem. Qui attente hanc editionem cum editionibus praecedentibus comparaverit, saepe sibi persuadere poterit aliqualem progressum in editione nova haberi, sive quoad citationem exactam fontium, sive quoad textum, sive quoad notas. Si forma externa editionis respicitur, regulas editionum *Monumenta Germaniae Historica, Concilium Constanciense* (FINKE), *Concilium Basiliense* (HALLER etc.), *Codex epistolarum saeculi XV* (ACADEMIA LITTERARUM CRACOVENSIS), *Deutsche Reichstagsakten* (BECKMANN etc.) consului; ubi tamen inter has collectiones discrepantiae in forma editionis habentur, regulas in collectione *Monumenta Germaniae historica* observatas praetuli. Utiles mihi quoque fuerunt normae<sup>(1)</sup> *Instituti Historici Italici*, regulae in libro STAEBLIN<sup>(2)</sup>, *Editionstechnik* et BIDEZ-DRACHMAN<sup>(3)</sup>, *Emploi des signes critiques* indicatae.

<sup>(1)</sup> *Norme per le pubblicazioni dell'Istituto Storico Italiano*. Estratto dal *Bollettino dell'Istituto Storico Italiano*, n. 28. Roma 1906.

<sup>(2)</sup> OTTO STAEBLIN, *Editionstechnik*. Leipzig-Berlin 1914.

<sup>(3)</sup> I. BIDEZ-DRACHMAN, *Emploi des signes critiques. Disposition de l'apparat dans les éditions savantes de textes grecs et latins*. Edition nouvelle par A. DELATTE-A. SEVERVNS. Bruxelles-Paris 1938.

Cum in singulis voluminibus descriptionem particularem fontium et librorum praestare velim, hic indicare sufficit me consultasse bullas originales in compluribus archivis et bibliothecis, copias coevas authenticas in registro pontificio Martini V, Eugenii IV, Nicolai V. Aliquando ex copiis posterioribus aliqua documenta desumpsi, quae in exemplis originalibus et copiis coevis desiderantur.

## FONTES

a) Bullae originales in archivis sive bibliothecis Italiae, Austriae, Helvetiae ab aliis vel a me detectae indicabuntur in singulis documentis edendis.

b) Copiae coevae epistolarum pontificiarum imprimis in archivo Vaticano habentur: Reg. Vat. 350, 353, 354, 355, 358, 359, 366, 367, 371, 374. Circa authenticitatem huius registri pontificii, circa scriptores singulorum voluminum cf. investigationes E. VON OTTEN-THAL, *Die Bullenregister Martins V. und Eugens IV.*, in *Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung*. Ergänzungsband 1885.

c) Collectio anonyma bullarum Eugenii IV, instrumentorum notarilium, notarum historicarum, in codice Vaticano Latino 4128 aliisque manuscriptis saeculi XV conservata. Cf. ea, quae de tota collectione disserui in commentariis *Orientalia Christiana Periodica* 3 (1937) 110-117. Hanc seriem documentorum connexionem cum Iohanne Ley (Leonis) O. P., auctore operis *De synodis et ecclesiastica potestate*, habuisse G. MEERSEMAN O. P. (1) putat, id quod aliqua probabilitate non caret.

d) Codex Strozianus 33 bibliothecae Laurentianae (1453), descriptus in BANDINI, *Bibliotheca Leopoldina-Laurentiana* II, 335 sqq. Hic codex, qui ad Cardinalem Dominicum de Capranica pertinuit, complures copias bullarum Eugenii IV, aliqua documenta de concilio Basiliensi, de concilio Florentino, etc. continet. Cf. quoque HALLER, *Concilium Basiliense* 1, 4-5.

e) Iohannes de Segovia, Gesta concilii Basiliensis. Hoc opus, ca. 1450-1456 redactum, editum est Vindobonae et Basileae; voll. 1, 2, 3, Vindobonae 1857-1886, vol. 4 Basileae 1935.

f) Iohannes de Ragusio O. P., Historia actorum concilii Basiliensis cum Graecis (1433-1435); cf. editionem in HALLER, *Concilium Basiliense* 1, 331-364.

g) Collectio Chigi D VII 101. Copia saeculi XV bullarum Eugenii IV, habetur in volumine citato, nunc in Bibliotheca Vaticana collocato.

h) Copiae saeculi XVII.

Archivum Vaticanum: A A I-XVIII, 1273; Armar. 39, 7 A.

Bibliotheca Vaticana: Barberinus Latinus 878 (XVI, 85) = collectio Leonis Allatii (1586-1669).

(1) *Archivum Fratrum Praedicatorum* 9 (1939) 85.



## EDITIONES

- CRABBE 3 = CRABBE, *Concilia*. III. Coloniae Agrippinae 1551.
- GIUSTINIANI = HORATIUS IUSTINIANUS, *Acta sacri oecumenici concilii Florentini*. Romae 1638.
- LABBE 12 = PHIL. LABBE S. I.-GABR. COSSART S. I., *Sacrosancta concilia ad regiam editionem exacta, quae nunc quarta parte prodit auctior*. 12. vol. Lutetiae Parisiorum 1672.
- HARDOUIN 8 = IOH. HARDOUIN S. I., *Acta conciliorum et epistolae decretales Summorum Pontificum*. 8. vol. Lutetiae Parisiorum 1733.
- MARTÈNE 8 = EDM. MARTÈNE O. S. B.-URSINUS DURAND O. S. B., *Veterum scriptorum et monumentorum histor., dogm., mor. amplissima collectio*. 8. vol. Lutetiae Parisiorum 1733.
- RAYNALDUS = ODUARDUS RAYNALDUS, *Annales ecclesiastici*.
- MANSI = IOH. DOM. MANSI, *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio* 28-31 B; 35. vol.  
 NB. Quid editiones LABBE, HARDOUIN, MANSI valeant, bene HENRICUS QUENTIN O. S. B. exposuit in libro *Jean-Dominique Mansi et les grandes collections conciliaires*. Paris 1900.
- MON. CONC. = *Monumenta conciliorum generalium saeculi XV. Concilium Basiliense: Scriptores*. 1-3 vol. Vindobonae 1857-1886. 4. vol. Basileae 1935.
- CECCONI = EUGENIO CECCONI, *Studi storici sul Concilio di Firenze*. 1. vol. Florentiae 1869.
- CONC. BASILIENSE = *Concilium Basiliense. Studien und Quellen zur Geschichte des Konzils von Basel*. 1-8 vol. Basel 1896-1936.
- HUENTEMANN = ULRICUS HUENTEMANN O. F. M., *Bullarium Franciscanum*. Nova Series. Tomus I (1431-1455). Quaracchi 1929.
- WADDING = LUCAS WADDING O. F. M., *Annales Minorum*<sup>3</sup>. Tomus X (1418-1436).  
 10, resp. 11, 12 Tomus XI (1437-1447). Tomus XII (1448-1456). Quaracchi 1932.

## ARGUMENTUM DOCUMENTORUM

*Martini V documenta.*

Martini V epistolae viginti quinque eiusque conventio cum Graecis primo adducuntur. Haec documenta, chronologice annis 1418-1430 adscripta, successionem historicam quaestionis de unione ecclesiarum Occidentalis et Orientalis sub Martino V et imperatoribus byzantinis Manuele II, Iohanne VIII Palaeologis bene illustrant, et hoc modo nos de eventibus et personis concilium Florentinum praeparantibus certiores faciunt. ZHISHMAN<sup>(1)</sup> de his rebus conspectum brevem praebet.

<sup>(1)</sup> J. ZHISHMAN, *Die Unionsverhandlungen zwischen der orientalischen und römischen Kirche seit dem Anfange des XV. Jahrhunderts bis zum Konzil von Ferrara*. Wien 1858. 6-17.

I. - De matrimoniis mixtis filiorum Manuelis II imperatoris agunt documenta n. 2, 20, 21, 22.

II. - De legationibus pontificiis Constantinopolim missis tractant documenta n. 1, 8, 15, 16, 18, 19, 23, 24; aliquae ex his epistolis, n. 15, 18 ad Manuelem II imperatorem directae sunt.

III. - In unione ecclesiarum epistolae ad imperatores Manuelem II et Iohannem VIII, et patriarcham Ioseph II directae versantur, n. 3, 4, 5, 6, 7, 9, 10, 15, 17, 25.

IV. - De subsidiis pecuniariis pro causa unionis Graecorum agunt documenta n. 11, 12, 13, 14.

V. - Ultimum documentum, n. 26, est conventio Martini V cum Graecis de concilio unionis.

*Eugenii IV documenta ante diem 7 maii 1437.*

Dies 7 maii 1437 pro historia praeparationis concilii Florentini maximum momentum habuit, quia tunc in sessione 25 concilii Basiliensis praeter decretum maioris partis, quae Basileam vel Avinionem ut sedem concilii unionis elegit, etiam decretum minoris partis promulgatum est (inter eam legati pontificii erant), quod concilium Basiliense Florentiam, Utinum etc. (Basilea et Avinione exclusis) transferendum esse statuit. Decretum minoris patrum partis sanctionem definitivam per approbationem pontificiam accepit. Ideo visum est mihi opportunum breviter haec documenta considerare, quae Eugenius IV ab initio pontificatus (1431) usque ad 7 maii 1437 pro unione Graecorum Armenorumque, sive pro praeparatione concilii Florentini promulgavit. Conspectum brevem de cura, quam Eugenius IV et concilium Basiliense de unione Graecorum hoc tempore habuerunt, in HALLER<sup>(1)</sup> invenies, etsi non omnia iudicia huius auctoris approbanda sunt. Narrationem succinctam de actis ab Eugenio IV et concilio Basiliensi pro unione Armenorum annis 1433-1437 in articulo auctoris<sup>(2)</sup> habes.

I. - Ad Orientales, videlicet Iohannem VIII imperatorem byzantinum, Ioseph II patriarcham, Iohannem IV imperatorem Trapezuntis, Isaiam episcopum Armenorum, Constantinum VI patriarcham Armenorum, Gerasimum metropolitam Ruthenorum, Gregorium metropolitam Moldovalachiae, Andream Chrysobergem archiepiscopum Rhodiensem directae sunt epistolae n. 27, 28, 33, 35, 38, 39, 40, 51, 52, 65.

Haec documenta de concilio unionis in Italia habendo, de salvoconducto Orientalium, de commendatione legati pontificii Constantinopolim missi, de facultate ecclesiastica, de invitatione ad concilium unionis, vel generatim de unione ecclesiarum agunt, cum textus aliquarum epistolarum plenus nondum sit notus.

<sup>(1)</sup> HALLER, *Concilium Basiliense* I, 127-159.

<sup>(2)</sup> *Orientalia Christiana Periodica* 5 (1939) 151 sqq.

II. – Occidentalibus Constantinopolim missis epistolae, n. 34, 36, 37 destinatae sunt.

Hae epistolae de unione Armenorum Graecorumque et de eorum itinere in Italiam tractant. Alias epistolas legatis pontificiis e. gr. Bartholomaeo de Iano <sup>(1)</sup> et Alberto de Sarteano, O. F. M., anno 1435 missas non inveni.

III. – Non pauca documenta pontificia destinata fuerunt concilio Basiliensi, legatis pontificiis huius concilii, commissioni *pro reformatorio*, deinde responsa papae vel legatorum papae ad petitiones et quaestiones concilii Basiliensis habentur, demum bullae de prima dissolutione huius synodi. Haec documenta, omnia fere ad modum epistolarum redacta, unionem Graecorum, saltem ex parte respiciunt; cf. n. 29, 30, 31, 41, 42, 43, 45, 47, 48, 49, 50, 54. His adiungas epistolam commendatitiam pro nuntio pontificio ad concilium Basiliense misso, n. 46, et instructiones pontificias pro nuntiis apostolicis, n. 56, et pro legato imperiali, n. 64.

IV. – Principibus occidentalibus documenta pontificia, n. 32, 57, 58, data sunt, de sede concilii unionis tractantia. De eadem re documentum n. 53 tractat.

*Eugenii IV documenta ab approbatione decreti minoris partis concilii Basiliensis die 7 maii 1437 promulgati, usque ad translationem conditionatam concilii Basiliensis Ferrariam. 30 maii – 18 sept. 1437.*

Omnia huius partis documenta quaestionem de loco concilii unionis secundum mentem papae, minoris patrum partis concilii Basiliensis, Graecorum esse solvendam declarant vel supponunt. Quae inter diem 7 maii et 18 septembris 1437 evenerunt, ZHISHMAN <sup>(2)</sup> bene narravit; item CECCONI <sup>(3)</sup> de documentis bonas explicationes dedit. Recenter DIAMANTOPULOS <sup>(4)</sup> de his quaestionibus tractavit.

I. – Bullae principales, n. 66, 87, de transferendo concilio Basiliensi agunt sive Florentiam aut Utinum aut quemcumque alium locum, nominatum in decreto concilii Basiliensis 7 septembris 1434, gratum papae et Graecis, sive conditionate Ferrariam (doc. n. 88, 89).

II. – Epistolae pontificiae, compluribus principibus occidentalibus destinatae, doc. n. 67, 68, 69, 70, 71, 72, de executione bullae, n. 66, tractant.

III. – Legatis pontificiis et aliis Constantinopolim missis documenta n. 73, 74, 76, 78, 79, 84, 86 data sunt. Haec in quaestionibus unionem ecclesiarum tangentibus versantur; imprimis Orientalium ad concilium unionis in Italiam adductionem respiciunt.

<sup>(1)</sup> WADDING 10, 274.

<sup>(2)</sup> *Die Unionsverhandlungen* 168-182. Ea, quae HEFELLE-LECLERQ in *Histoire des conciles VII*, 2 (Paris 1916) 935-940 exponunt, sunt nimis brevia.

<sup>(3)</sup> *Studi storici sul concilio di Firenze* (Narrazione) 167 sqq.

<sup>(4)</sup> ADAMANTIOS N. DIAMANTOPULOS, 'Απόπειραι πρὸς ἔνωσιν τῶν ἐκκλησιῶν κατὰ τὸν ιε' αἰῶνα. Athenis 1924. 64-68.

IV. — Ad Graecos ipsos, Iohannem VIII imperatorem, Ioseph II patriarcham, Iohannem Disypatum oratorem Graecorum, epistolae n. 75, 80, 81, 82, 85, datae sunt. Hae saluumconductum, confirmationem pontificiam promissorum Graecis datorum, commendationem legatorum pontificiorum, sive denique elargitionem alicuius tituli honorifici continent.

V. — Provisionem pecuniariam pro unione Graecorum documentum n. 77 ordinat.

*Eugenii IV documenta a tempore, quo concilium Basiliense conditionate Ferrariam translatum est, usque ad initium concilii Ferrariensis. 18 sept. 1437 — 2 ian. 1438.*

Epistolae pontificiae huius sectionis ad praeparationem proximam concilii Ferrariensis pertinent. De hoc tempore historici moderni pauca habent. Aliqua apud CECCONI <sup>(1)</sup>, aliqua apud DIAMANTOPULOS <sup>(2)</sup> invenis.

I. — Epistolae ad principes occidentales vel ad rectores civitatis datae, n. 91, 92, 93, 94, 98, 99, 104, 105, 106, 107, 111 de translatione conditionata concilii Basiliensis vel etiam de invitatione ad concilium Ferrariense agunt.

II. — Episcopis, magistris generalibus ordinum, abbatibus, universitatibus, etiam aliquibus personis particularibus epistolae pontificiae destinatae sunt, n. 90, 95, 96, 97, 100, 101, 102, 109, 110, 112, 113. Haec documenta sunt, omnia fere, hortationes ad concilium Ferrariense adeundum; instructiones pontificiae (doc. n. 112) etiam de hac re tractant; textus integer doc. n. 113 non cognoscitur.

III. — De pecunia pro causa unionis Graecorum collecta, epistolae n. 103, 107 tractant.

IV. — Bulla translationis definitivae concilii Basiliensis habetur in documento n. 108.

V. — De praeside concilii Ferrariensis doc. 114 tractat.

## ORDO CHRONOLOGICUS DOCUMENTORUM

1. Martinus V Iohanni cardinali Dominici, 1418 post febr. 1 Constantiae. Legatio pontificia.

2. Martinus V filiis Manuelis II imperatoris, 1418 apr. 6 Constantiae. Matrimonium mixtum.

3-4. Martinus V Manuelli imperatori eiusque filio Iohanni VIII, 1418 apr. 6 (?) Constantiae. Unio ecclesiarum.

<sup>(1)</sup> *Studi storici* 204-207.

<sup>(2)</sup> *Ἀπόπειραι* 68-72.

5. Martinus V Ioseph II patriarchae, 1418 apr. 6 (?) Constantiae. Unio ecclesiarum.
6. Martinus V Manuelli II imperatori, 1419 post febr. 26 Florentiae. Unio ecclesiarum.
7. Martinus V Ioseph II patriarchae, 1419 post febr. 26 Florentiae. Unio ecclesiarum.
8. Martinus V Iohanni cardinali de Fonseca, 1420 mart. 27 Florentiae. Legatio pontificia.
9. Martinus V Manuelli II imperatori, 1420 ca. mart. 27 Florentiae. Concilium Constantinopolitanum.
10. Martinus V Ioseph II patriarchae, 1420 ca. mart. 27 Florentiae. Concilium Constantinopolitanum.
11. Martinus V Theodorico archiepiscopo Coloniensi, 1420, aug. 21 Florentiae. Subsidium pecuniarium pro legatione cardinalis de Fonseca.
- 12–13. Martinus V Conrado archiepiscopo Moguntino et Ottoni archiepiscopo Treverensi, 1420 aug. 21 Florentiae. Subsidium pecuniarium pro legatione cardinalis de Fonseca.
14. Martinus V Iohanni episcopo Leodiensi, 1420 aug. 21 Florentiae. Subsidium pecuniarium pro legatione cardinalis de Fonseca.
15. Martinus V Manuelli II imperatori, 1422 iun. 15 Romae. Legatio pontificia Antonii de Massa O. F. M.
16. Martinus V Antonio de Massa O. F. M., 1422 iun. 15 Romae. Facultas.
17. Martinus V Manuelli II imperatori, 1422 oct. 8 Romae. Unio ecclesiarum.
18. Martinus V Manuelli II imperatori, 1422 nov. 6 Romae. Legatio pontificia Iacobi Porci.
19. Martinus V Iacobo Porci clerico, 1422 nov. 6 Romae. Salvusconductus.
20. Martinus V Theodoro Palaeologo principi, post 1425 iul. 21 Romae. Matrimonium mixtum.
21. Martinus V Cleopae, uxori Theodori Palaeologi, post 1425 iul. 21 Romae. Matrimonium mixtum.
22. Martinus V Cleopae, uxori Theodori Palaeologi, post 1425 iul. 21 Romae. Matrimonium mixtum.
23. Martinus V Andreae de Constantinopoli O. P. (= Andr. Chrysoberges), 1426 iun. 10 Romae. Salvusconductus.
24. Martinus V. Andreae Chrysobergi, 1426 iun. 11 Romae. Facultas.
25. Martinus V Iohanni VIII imperatori, 1426 Romae. Unio ecclesiarum.
26. Martini V conventio cum Graecis, 1430 Romae. Concilium unionis in Italia habendum.
27. Eugenius IV Iohanni VIII imperatori, 1431 novembri. Concilium unionis in Italia habendum.
28. Eugenius IV Ioseph II patriarchae, 1431 Romae. Concilium unionis in Italia habendum.
29. Eugenius IV, bulla de dissolutione concilii Basiliensis, 1431 nov. 12 Romae. Una ex causis dissolutionis unio Graecorum designatur.
30. Eugenius IV Iuliano cardinali Cesarini, 1431 nov. 12 Romae. Facultas ad decretum (n. 29) exequendum.
31. Eugenius IV, bulla nova de dissolutione concilii Basiliensis, 1431 dec. 18 Romae. Una ex causis dissolutionis unio Graecorum designatur.
32. Eugenius IV Sigismundo imperatori, 1431 dec. 18 Romae. Unio Graecorum.
33. Eugenius IV Andreae archiepiscopo Rhodiensi, 1432 maii. 21 Romae. Unio Graecorum.

34. Eugenius IV patronis et conductoribus navium, 1432 nov. 7 Romae. Iter Graecorum ad curiam Romanam.
35. Eugenius IV Iohanni IV imperatori Trapezuntis, ca. 1434 ante iun. 4 Romae. Unio ecclesiarum.
- 36-37. Eugenius IV Christophoro Garatoni, 1434 iul. 13 Florentiae. Unio Armenorum, unio Graecorum.
38. Eugenius IV Isaiae episcopo Armeno, 1434 iul. 13 Florentiae. Unio ecclesiarum.
39. Eugenius IV Constantino VI patriarchae Armenorum, 1434 iul. 13 Florentiae. Unio ecclesiarum.
40. Eugenius IV Iohanni IV imperatori Trapezuntis, 1434 iul. 13 Florentiae. Unio ecclesiarum.
41. Eugenius IV concilio Basiliensi, 1434 aug. Florentiae. Acta papae cum oratoribus Graecorum.
42. Eugenius IV legatis pontificiis in concilio Basiliensi, 1434 aug. 31 Florentiae. Acta papae cum oratoribus Graecorum.
43. Eugenius IV concilio Basiliensi, 1434 oct. 20 Florentiae. Annuntiatio responsi pontificii futuri ad concordata concilii Basiliensis cum Graecis.
44. Eugenio IV salvusconductus pro metropolita Ruthenorum, 1434 oct. 20 Florentiae.
45. Eugenius IV concilio Basiliensi, 1434 nov. 15 Florentiae. Responsum ad concordata concilii Basiliensis cum Graecis.
46. Eugenius IV concilio Basiliensi, 1435 febr. 20 Florentiae. Epistola credentialis pro Christophoro Garatoni.
47. Eugenius IV legatis pontificiis in concilio Basiliensi, 1435 febr. 22 Florentiae. Facultas pro negotiis legatorum pontificiorum cum oratoribus Graecorum.
48. Eugenius IV concilio Basiliensi, 1435 febr. 22 Florentiae. Negotia de concilio unionis Graecorum.
49. Eugenio IV responsa ad propositiones oratorum concilii Basiliensis de unione Graecorum, 1435 aug. 9 Florentiae.
50. Eugenio IV responsa ad concilium Basiliense, 1435 aug. 9 Florentiae. Unio Graecorum etc.
51. Eugenius IV Iohanni VIII imperatori, 1435 aug. Florentiae. Legatio pontificia Christophori Garatoni.
52. Eugenius IV Ioseph II patriarchae, 1435 aug. Florentiae. Legatio pontificia Christophori Garatoni.
53. Eugenius IV Sigismundo imperatori per Ambrosium Traversari, 1435 dec. 26 - 1436 ca. ian. 15 Albae Regiae. Sedes concilii unionis.
54. Responsa legatorum Eugenio IV, Nicolai Albergati et Iohannis Cervantes cardinalium, coram concilio Basiliensi, 1436 febr. 17 Basileae. Unio Graecorum etc.
55. Eugenio IV salvusconductus pro Gregorio metropolita Moldovalachiae, 1436 mart. 11 Florentiae.
56. Eugenio IV instructiones ad nuntios apostolicos, 1436 iun. Florentiae.
57. Eugenius IV Carolo VII regi Galliae, 1436 ca. sept. 12 Bononiae. Sedes concilii unionis.
58. Eugenius IV Carolo VII regi Galliae, 1436 dec. (?) Bononiae. Florentia ut sedes concilii unionis.

59. Eugenius IV Iohanni Cervantes et Iuliano Cesarini cardinalibus, 1437 ante febr. 23 Bononiae. Sedes concilii unionis in Italia habenda.
60. Responsa Eugenii IV ad quinque petitiones concilii Basiliensis, 1437 febr. 27 Bononiae. Unio Graecorum etc.
61. Eugenius IV Iohanni Cervantes et Iuliano Cesarini cardinalibus, 1437 febr. 27 Bononiae. Sedes concilii unionis.
62. Eugenius IV deputationi pro reformatorio concilii Basiliensis, 1437 febr. 27 Bononiae. Unio Graecorum.
63. Eugenius IV Iohanni Cervantes, Iuliano Cesarini cardinalibus, Iohanni archiepiscopo Tarentino, legatis pontificiis in concilio Basiliensi, 1437 febr. 27 Bononiae. Sedes concilii unionis.
64. Instructiones pontificiae pro legato imperiali, scilicet episcopo Signensi, 1437 ca. mart. 13. Bononiae. Unio Graecorum.
65. Eugenius IV Andreae archiepiscopo Rhodiensi, 1437 maii 20 Florentiae. Invitatio ad concilium unionis.
66. Eugenii IV bulla, qua decretum minoris partis concilii Basiliensis 7 maii 1437 approbat, 1437 maii 30 Bononiae.
67. Eugenius IV Thomae de Campofregoso duci reipublicae Ianuensis, 1437 maii 31 Bononiae. Salvusconductus pro Graecis.
68. Eugenius IV Laurentio de Medicis, 1437 iun. 6 Bononiae. Sedes concilii oecumenici.
69. Eugenius IV Sigismundo imperatori, 1437 iun. 7 Bononiae. Sedes concilii oecumenici.
70. Eugenius IV Carolo VII regi Francorum, 1437 iun. 7 Bononiae. Sedes concilii oecumenici.
- 71-72. Eugenius IV regibus Angliae et Portugaliae, 1437 iun. 7 Bononiae. Sedes concilii oecumenici.
73. Eugenius IV civitati Perae (iuxta Constantinopolim), 1437 iul. 2 Bononiae. Epistola commendatitia pro Nicolao de Ferraria O. P.
74. Eugenius IV civitati Caphae (Feodosia), 1437 iul. 2 Bononiae. Epistola commendatitia pro Iacobo de Primaditiis O. F. M.
75. Eugenius IV Iohanni VIII imperatori, Ioseph II patriarchae etc., 1437 iul. 6 Bononiae. Salvusconductus.
76. Eugenius IV Antonio Condulmer, 1437 iul. 6 Bononiae. Munus capitanei navium.
77. Eugenius IV Michaeli Zeno et Baldassari Lupari, 1437 iul. 7 Bononiae. Provisio pecuniae pro causa unionis Graecorum.
78. Eugenius IV Baldassari Lupari, 1437 iul. 7 Bononiae. Salvusconductus.
79. Eugenius IV Christophoro Garatoni episcopo Coronensi, 1437 iul. 8 Bononiae. Theologi ad concilium oecumenicum vocandi.
80. Eugenius IV Iohanni VIII imperatori, Ioseph II patriarchae 1437 iul. 10 Bononiae Confirmatio pontificia eorum, quae Graecis a cardinali Francisco Condulmer promissa sunt.
81. Eugenius IV Iohanni Disypato, 1437 iul. 12 Bononiae. Titulus honorificus.
82. Eugenius IV Iohanni VIII imperatori, Ioseph II patriarchae, 1437 iul. 15 Bononiae. Legatio pontificia.
83. Eugenius IV Marco archiepiscopo Tarentasiensi et Christophoro episcopo Coronensi, 1437 iul. 15 Bononiae. Legatio pontificia.

84. Eugenius IV Marco archiepiscopo Tarentasiensi, 1437 iul. 15 Bononiae. Legatus a latere.
85. Eugenii IV bulla, qua pactum concilii Basiliensis cum Graecis 7 maii 1437 conclusum confirmat, 1437 iul. 20 Bononiae.
86. Eugenius IV Marco Tarentasiensi archiepiscopo, 1437 iul. 20 Bononiae. Contra commissarios concilii Basiliensis.
87. Eugenii IV salvusconductus generalis pro concilio Ferrariensi, 1437 sept. 17 Bononiae.
88. Eugenii IV bulla, qua concilium Basiliense sub certis conditionibus Ferrariam transfert, 1437 sept. 18 Bononiae.
89. Eugenius IV civitati Basiliensi, 1437 post. sept. 18 Bononiae. Transfertur concilium Basiliense Ferrariam.
90. Eugenius IV Henrico Chicheley archiepiscopo Cantuariensi, 1437 sept. 19. Invitantur archiepiscopus et suffraganei ad concilium Ferrariense.
91. Eugenius IV Amedaeo, duci Sabaudiae, 1437, sept. 20 Bononiae. Hunc hortatur, ut oratores ad concilium Ferrariense mittat.
- 92-94. Eugenius IV compluribus principibus Germaniae, 1437 sept. 23, oct. 2, oct. 8 Bononiae. Hos hortatur, ut oratores ad concilium Ferrariense mittant.
95. Eugenius IV universitatibus Europae, 1437 sept. 23 Bononiae. Has hortatur, ut doctores vel magistros ad concilium Ferrariense mittant.
96. Eugenius IV Gulielmo de Casali ministro generali O. F. M., 1437 sept. 23 Bononiae. Hunc hortatur, ut cum 12 magistris O. F. M. ad concilium Ferrariense se conferat.
97. Eugenius IV Bartholomaeo Texier magistro generali O. P. et magistris generalibus aliorum ordinum, 1437 sept. 23 Bononiae. Hos hortatur, ut cum sociis ad concilium Ferrariense veniant.
98. Eugenius IV Friderico duci Austriae, 1437 sept. 30 Bononiae. Hunc hortatur, ut oratores et praelatos ad concilium Ferrariense mittat.
99. Eugenius IV Thomae de Campofregoso duci Ianuensium, 1437 oct. 18 Bononiae. Hunc hortatur, ut Iohannem de Montenigro O. P. ad concilium Ferrariense mittat eumque proventibus ecclesiasticis provideat.
100. Eugenius IV Iohanni de Montenigro O. P., 1437 oct. 18 Bononiae. Hunc hortatur, ut ad concilium Ferrariense se conferat.
101. Eugenius IV compluribus abbatibus imprimis monasteriorum Italiae, 1437, oct. 18 Bononiae. Hos hortatur, ut ad concilium Ferrariense se conferant.
102. Eugenius IV compluribus episcopis Italiae, 1437 oct. 23 Bononiae. Hos hortatur, ut ad concilium Ferrariense se conferant.
103. Eugenii bulla, qua summas pecuniarum pro unione Graecorum collectas occupat et sequestrat, 1437 dec. 9 Bononiae.
104. Eugenius IV Alberto duci Austriae, 1437 dec. 10 Bononiae. Hunc hortatur, ut unionem ecclesiarum foveat.
- 105-106. Eugenius IV Gulielmo duci Saxoniae et Henrico duci Bavariae, 1437 dec. 10 Bononiae. Hos hortatur, ut unionem ecclesiarum foveant.
107. Eugenius IV Alberto duci Austriae, 1437 dec. 12 Bononiae. Hunc hortatur, ut pecunias pro unione Graecorum collectas tueatur.



108. Eugenii IV bulla, qua concilium Basiliense definitive Ferrariam transfert, 1437 dec. 30 Bononiae.
109. Eugenius IV Ludovico Pontano notario, 1437 dec. 30 Bononiae. Hunc hortatur, ut ad concilium Ferrariense se conferat, remissionis gratia ei a papa oblata.
110. Eugenius IV Theoderico archiepiscopo Moguntino, 1437 dec. 31 Bononiae. Hunc hortatur, ut oratores ad concilium Ferrariense mittat.
111. Eugenius IV Friderico marchioni Brandenburgensi, 1437 dec. 31 Bononiae. Hunc hortatur, ut oratores ad concilium Ferrariense mittat.
112. Instructiones pontificiae pro legato ad Albertum ducem Austriae misso, 1437 dec. exeunte Bononiae.
113. Eugenius IV Georgio Scholario, ante concilium Ferrariense 1437 (?). Responsum benignum ad primam epistolam Georgii Scholarii.
114. Eugenius IV Nicolao cardinali Albergati, 1438 ian. 2 Bononiae. Huic praesidentiam concilii Ferrariensis confert.
-



# TEXTUS



1.

*Martinus V Iohannem cardinalem Dominici O. P. legatum in Graeciam mittit.*

*1418 post febr. 1 Constantiae.*

*Indicium conservatur in sermone anonymo<sup>(1)</sup> diei 1 febr. 1418; commemoratur in sermone Andreae archiepiscopi Rhodiensis in concilio Basiliensi habito die 22 augusti 1432; cf. CECCONI n. 11, pag. 31.*

*Legatio nescio qua causa effectu caruit; de caetero iam die 10 iunii 1419 cardinalis Budae mortuus est.*

2.

*Martinus V ad preces Manuelis II imperatoris byzantini facultatem dat, ut huius filii cum mulieribus catholicis matrimonia contrahere possint.*

*1418 apr. 6 Constantiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 358, 33<sup>r</sup>-34<sup>v</sup>. In margine: I. de Templis.*

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1418, n. 17; CECCONI, n. 1, pag. 3-4. RAYNALDUS ad fidem cod. Reg. Vat. 358; CECCONI iuxta RAYNALDUM; cf. SILV. SYROPULUS, Historia concilii Florentini (Hagae 1660) II, cap. 6 = CREYGHTON 4.*

MARTINUS ETC. DILECTIS FILIIS NOBILIBUS VIRIS, IOHANNI, THEODORO, ANDRONICO, CONSTANTINO, DEMETRIO, ET THOME FILIIS CARISSIMI IN CHRISTO FILII MANUELIS IMPERATORIS CONSTANTINOPOLITANI ILLUSTRIS, SALUTEM ETC.

Nostre professionis apostolice et pastoralis sollicitudinis vigilantiam summa ope niti decet, ut ad exemplar pastoris eterni, cuius sua indulgenti bonitate vices gerimus in terris, omnium saluti consulere, omnibus prodesse, cunctis in visceribus caritatis affici, singulorum infirmitatibus compati et spiritualiter mederi possimus, sed 'maxime ad domesticos fidei', iuxta beati Pauli doctrinam, bonum operari et eorum omnium prosequi reductionem et salutem vehementer exoptamus, qui christiano nomine et professione

7-8 Gal. 6, 10.

<sup>(1)</sup> cf. R. LOENERTZ O. P., *Archivum Fratrum Praedicatorum* 9 (1939) 33.

gloriantur. Unde graviter et cum magna cordis acerbitate ferimus vastas Grecie depopulationes, iacturas, et discrimina desolationis illius excellentis imperii et celeberrime portionis ecclesie, apud quam floruit dudum sapientia, viguit militare robur et decus, sed, quod prestat omnibus, emicuit et prefulsit christiana religio.

5 Volentes, quantum cum deo et nostra honestate poterimus ad ea condescendere, que vetuste divisionis Grecorum ab obedientia sancte Romane ecclesie fomenta tollere et totius scismatis illius extirpationi salubriter cooperari videntur, ita ut non sit deinceps, sicut nec esse debet, differentia Latini et Greci, sed omnes in uno grege dominico in eodem ovili, quod est ecclesia, sub eodem pastore vicario Iesu Christi militare deo possint,  
10 et unanimes ambulent in domo dei cum consensu,

quapropter annuendum censuimus devotioni carissimi in Christo filii Manuelis imperatoris Constantinopolitani illustris patris vestri, qui pro faciliiori et magis accomodo reductionis antique pacis medio et reconciliatione mutua cunctarum Christum colentium regionum, nobis humiliter supplicavit, quatenus vobis filiis suis et cuilibet vestrum cum  
15 mulieribus fidei ac devotionis et obedientie sancte Romane ecclesie matrimonia contrahendi liberam indulgeamus facultatem,

cum presertim serenitatem suam ad hoc saluberrimum pacis opus vehementer affectam esse noverimus, et de vestris nobilitatibus bonam gerimus in domino fiduciam, quod ad paterne devotionis imitationem vestris in diebus prosperabitur opus tante salutis  
20 et felicem sortietur prestolante pacis et unionis effectum, cum preterea multorum conditionem et mores illarum regionum cognoscentium relatione fide digna fuerimus informati,

quod attentis rerum qualitate, et presentium dispositione temporum talis matrimoniorum contractus summe possent predictae reductioni conferre;

unde vobis et cuilibet vestrum cum ipsis mulieribus in devotione ac fide eiusdem  
25 sancte Romane ecclesie nobis et apostolice sedi obedienter subiectis, ut prefertur, matrimonia contrahendi liberam tenore presentium concedimus facultatem,

volentes tamen, quod ipse mulieres fidem, cultum et obedientiam ipsius sancte Romane et universalis ecclesie semper observare teneantur, et sub nostra et apostolice sedis reverentia et devotione permaneant, ac sine legis divine vel orthodoxe fidei preiudicio  
30 aut contumelia salvatoris,

relaxantes omnes penas et cetera, que predictis contraire possent vel quomodolibet obviare; constitutionibus, decretis conciliorum generalium, et aliis non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo etc. nostre concessionis, voluntatis et relaxationis infringere etc. Si quis  
35 autem etc.

Datum Constantie octavo idus aprilis, anno primo.

Franciscus de curia Dergello.

## 3 - 4.

*Martinus V in duabus epistolis, quarum altera ad Manuelem II imperatorem, altera ad eius filium Iohannem VIII scripta fuit, hos ad unionem ecclesiarum hortatur.*

*1418 apr. 6 (?) Constantiae.*

*Commemorantur apud SYROPULUM II, cap. 7 = CREYGHTON 5-6. Hae duae epistolae a Nicolao Eudaemonioanne legato Graecorum Constantinopolim afferuntur. An tenor saltem unius epistolae coincidat cum documento n. 1 iam allato, mihi non constat. Etiam epistola indulgentiae pro muro Hexamilion (in Peloponneso) contra Turcas defendendo tunc a papa data est; cf. responsum imperatorum Manuelis II et Iohannis VIII commemoratum apud SYROPULUM II, cap. 6 = CREYGHTON 6. Hae litterae per Bladynterum ad Papam allatae sunt.*

## 5.

*Martinus V patriarcham Ioseph II ad unionem faciendam hortatur.*

*1418 apr. 6 (?) Constantiae.*

*Citatur apud SYROPULUM II, cap. 7 = CREYGHTON 5-6.*

## 6.

*Martinus V imperatorem Manuelem II ad unionem faciendam hortatur.*

*1419 post 26 febr. Florentiae.*

*Citatur apud SYROPULUM II, cap. 7 = CREYGHTON 6. Responsa imperatoris byzantini et patriarchae Constp. ad epistolas, doc. n. 3 et 5, Romam ab Ioanne Bladyntero allatae sunt.*

*De his documentis recentissime LOENERTZ O. P., Archivum Fratrum Praedicatorum 9 (1939) 42-43 tractavit.*

## 7.

*Martinus V Ioseph II patriarcham ad unionem faciendam hortatur.*

*1419 post febr. 26 Florentiae.*

*Citatur apud SYROPULUM II, cap. 7 = CREYGHTON 6.*

## 8.

*Martinus V Petrum cardinalem de Fonseca legatum apostolicum in Orientem pro concilio Constantinopolitano mittit.*

*1420 martii 27 Florentiae.*

*Commemoratur in documentis archivi Vaticani: Arm. XI, lib. 44 cf. EUBEL, Hierarchia catholica medii aevi. II<sup>3</sup> (Monasterii 1914) 5; et Reg. Vat. 353, 11<sup>r</sup>-11<sup>o</sup>. cf. etiam SYROPULUS II, cap. 7 = CREYGHTON 7.*

*Quomodo et cur haec legatio dilata et frustrata fuerit, cf. apud CECCONI 8-9 (Narrazione) et LOENERTZ, Archivum Fratrum Praedicatorum 9 (1939) 45.*

## 9.

*Martinus V Manuelli II. imperatori de concilio Constantinopoli habendo scribit.*

*1420 ca. mart. 27 Romae.*

*Citatur apud SYROPULUM II, cap. 7 = CREYGHTON 7.*

*Haec epistola est connexa cum legatione pontificia Petri cardinalis de Fonseca.*

*De responso imperatoris ibidem.*

## 10.

*Martinus V Ioseph II patriarchae de concilio Constantinopoli habendo scribit.*

*1420 ca. mart. 27 Romae.*

*Citatur apud SYROPULUM II, cap. 7 = CREYGHTON 7.*

*De responso patriarchae ibidem.*

## 11.

*Martinus V Theodorico archiepiscopo Coloniensi mandat, ut provincia ecclesiastica Coloniensis in subventionem expensarum pro missione cardinalis de Fonseca in Graeciam summam sex milium florenorum auri solvat.*

*1420 aug. 21 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 353, 19<sup>r</sup>-21<sup>r</sup>. In margine: F. Aretinus. De curia Edd. RAYNALDUS, ad annum 1420, n. 27-29; CECCONI n. 2, pag. 5-10.*



MARTINUS ETC. VENERABILIBUS FRATRIBUS THEODORICO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI, AC SUFRAGANEIS SUIS EPISCOPIS, ET DILECTIS FILIIS ELECTIS, ADMINISTRATORIBUS, NECNON ABBATIBUS CETERISQUE ECCLESiarUM ET MONASTERIORUM PRELatis, CAPITULIS, CONVENTIBUS ET ORDINUM QUORUMCUNQUE MAGISTRIS, PRIORIBUS, PRECEPTORIBUS, AC CLERIS REGULARIBUS ET SECULARIBUS, CETERISQUE PERSONIS ECCLESIASTICIS QUIBUSCUNQUE, EXEMPTIS ET NON EXEMPTIS, PER PROVINCIAM, CIVITATEM ATQUE DIOCESIM COLONIENSEM CONSTITUTIS SALUTEM etc.

Inter solitudines, que apostolatu nostro indesinenter incumbunt, illa potissimum urget, ut ad integritatem fidei orthodoxe et gremium militantis ecclesie, quam dominus noster Iesus Christus suo preciosissimo sanguine redemit et extra quam non est salus, omnes errantes et devii reducantur.

Sane, cum in sacra Constanciensi concilio, post et ante compositam atque perfectam pacem universalis ecclesie sancte dei multis indefessisque laboribus procuratam, quamplures variique tractatus per venerabiles fratres nostros eiusdem Romane ecclesie cardinales aliosque patres dicti concilii, cooperantibus ad hoc et supremis vigilancie sue curis incumbentibus, carissimis in Christo filiis nostris Sigismundo Romanorum personaliter, et quamplurimis aliis regibus illustribus et principibus christianis, ac universitatibus studiorum per eorum procuratores et nuncios in eodem concilio existentes, habiti fuerint pro reductione Grecorum aliorumque populorum et ecclesiarum Orientalium ad integritatem predictae fidei et ad unitatem et obedientiam prefate Romane ecclesie, cui auctore domino, licet immeriti presidemus,

nos conspicientes, quantum ad honorem dei, salutem animarum, augmentum fidei catholice defensionemque christiani populi contra hostes crucis dominice, quantum in divine oculis maiestatis, ac regibus, prelati et principibus orthodoxis acceptissimum tam sanctum negocium existeret, ad prosequendum illud duximus extendendas pastoralis officii nostri curas; ex quo factum est, quod illustris princeps Hemanuel Paleologus Romeorum imperator cum nobilibus natis suis, necnon venerabilis frater noster Iosephus patriarcha Constantinopolitanus per solennes nuncios et efficaces litteras, requisitionibus ac exhortationibus per litteras nunciosque sepius per nos factis, pridem, et publice respondendo quesiverunt apostolice sedis legatum ad partes illas pro tractatu huiusmodi per nos mitti, per quem tam sanctum desideratumque negocium cum eisdem tractari terminarique valeret; quo per nos tantam spem taliaque signa de ipsorum reductione prestantes, quod habita cum fratribus nostris eiusdem Romane ecclesie cardinalibus et nunciis prefatis matura deliberatione, de ipsorum cardinalium consensu, nedum necessarium iudicavimus de proximo manum ad aratrum ponere, sed valde reprehensibile, si tam salubre opus aliquo modo omitteremus.

Et propterea dilectum filium nostrum Petrum Sancti Angeli diaconum eiusdem Romane ecclesie cardinalem ad partes illas Grecie et Orientis prefate sedis legatum pronuntiavimus et declaravimus in altissimi nomine, cuius impresentiarum res geritur, destinandum, sperantes in eodem domino nostro Iesu Christo, quod sicut sub ecclesia

23 oculis *Ms.*    24 extendas *Ms.*    26 Iosiphus patirarcha *Ms.*

9 cf. AUGUSTINUS *De baptismo IV, 17* = MIGNÉ *PL 43, 170*; CYPRIANUS, *Epistola 62* = *PL 4, 371 A.*

ipsa Romana christianum populum post quadraginta fere annorum curricula scismate extincto in persona nostra reconiunxit, ita Grecos et alios Orientales ad gloriam suam orthodoxe fidei et eidem catholice ecclesie aggregabit, ad quod eodem auctore dare curabimus operam indefessam.

5 Verum, quia ad tam arduum negocium deducendum multis atque variis expeditionibus ac non modicis temporalibus auxiliis opus erit, ad que peragenda et exequenda salubriter et votive manifestissime dinoscimus facultates apostolice camere ob tantam diuturnitatem prefati scismatis et continuatas guerrarum angustias ac occupationes patrimonii eiusdem Romane ecclesie, et nuperrime pro recuperatione civitatis nostre Bononiensis cum eius  
10 comitatu, territorio et districtu, castrique Suriani ad nos et eandem ecclesiam pertinentis diucius a Britonibus et Wasconibus occupati, exhaustis substanciis ad tantum opus sine aliarum ecclesiarum presidiis minime suffecturas, quas ecclesias — novit ille, qui secreta rimatur cordium — amplissime cuperemus ab intimis nostris precordiis ab oneribus sublevare quibuslibet, et earum utilitates et commoda undelibet procurare, et e converso  
15 summis doloribus anxiamur, ut illas ad perferenda nobiscum onera pregravemus; attamen dum nobiscum intenta meditatione pensamus, quod sicut filiis subditisque nostris in omnem casum et eventum tota cordis affectione consulimus et libenter oportunis auxiliis ac favoribus assistimus, ita illi, ut indubie credimus, nobis et eidem ecclesie, pro incremento dicte catholice fidei et in tante necessitatis articulis, non modo libenter, sed eciam ardentem in  
20 participium tanti boni impendent ac extendent eorum subsidia et dexteras munificas et eciam liberales.

Et ad hoc, ne ob defectum pecuniarum et temporalium proventuum, sine quibus pro rerum magnitudine et natura tam sublimis materia verisimiliter expediri non poterit, tantum et tam arduum negocium fidei possit quomodolibet retardari, de eorumdem  
25 trum nostrorum et aliorum notabilium prelatorum adhibitorum ad hec consilio, matura deliberatione prehabita, ut prefertur, auctoritate apostolica et ex certa sciencia, in supplementum eorum, que ex proventibus eiusdem camere cum omni conatu exponere ac erogare intendimus pro tam celeberrimi ac altissimo deo et christifidelibus acceptissimi prosecutione et consummatione negocii, universitatem vestram et vestrum singulos tenore  
30 presencium requirimus, declarantes atque decernentes, quod provincia, civitas atque diocesis Coloniensis tue cure, frater archiepiscopo, commisse in subventionem expensarum et onerum prefatorum et occasione catholice fidei supradicte subveniant prefate Romane ecclesie in tantis necessitatibus constitute de summa sex milium florenorum auri de camera, et non ultra, in dictos usus duntaxat, et non in alios, quomodolibet solvendorum, et quod predicta summa sex milium florenorum imponatur et distribuatur, ac  
35 imponi et distribui debeat inter fraternitatem tuam, archiepiscopo, necnon suffraganeos episcopos, electos, administratores, abbates, priores, prepositos ceterosque in dignitatibus spiritualibus constitutos, capitula, conventus et ordines quoscunque, necnon clerum et personas ecclesiasticas regulares et seculares exemptos et non exemptos tuarum predictarum provincie, civitatis et diocesis pro rebus et bonis, que habent, et pro qualitate et  
40 facultate cuiuslibet cum moderatione condigna per illos, quos, cum consilio suffraganeorum et capituli Coloniensis, per tuam metropolitanam provinciam, civitates et dioceses

suas in huiusmodi dignitatibus constitutos, et alias prudentes, ydoneos et fideles ad impositionem et distributionem huiusmodi subsidii et exactionem, prout eadem tua fraternitas noverit indigere, duxeris eligendos.

Quibus quidem sic electis in imponendo pro qualitate cuiuslibet, ut premititur, taxando, distribuendo et exigendo dictam summam sex milium florenorum tantum, et distribuendo- 5  
rum inter eandem fraternitatem tuam, suffraganeos, electos, administratores, abbates, capitula et conventus tam tue Coloniensis quam aliarum quarumlibet ecclesiarum et monasteriorum provincie, civitatum et diocesum earum, et exemptorum et non exemptorum, et circa quelibet dependencia ab illis, et quolibet ipsorum, plenam et liberam agendi, providendi et exequendi, ac sub censuris ecclesiasticis compellendi, seculare brachium, 10  
quociens opus esse conspexerint pro premissorum et cuiuslibet ipsorum executione, implorandi et quelibet alia agendi, que ad rem gerendam et exequendam prospexerint oportere, harum serie concedimus facultatem, ex nunc volentes eciam, quod huiusmodi quantitas sic distributa et imposita solvatur et solvi debeat ac deponi uni fidei et alias ydoneo, et solvendo ac in dignitatibus ecclesiasticis constituto depositario in tuis civitate, diocesi 15  
seu provincia in loco magis ydoneo per te archiepiscopum de consilio huiusmodi eligendo et assumendo, qui depositarius sic electus teneatur et debeat quantitates, quas receperit, diligenter describere et solvere dicto cardinali legato in Greciam profiscenti vel eius procuratori ad id speciale et sufficiens mandatum habenti, quodque de habitis et solutis coram gentibus prefate camere tociens quociens requiri contigerit, plenam teneatur red- 20  
dere rationem.

Volumus eciam, antique consuetudini necnon predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, quod venerabiles fratres nostri sancte Romane ecclesie cardinales, qui nobiscum assidue ac indefessis laboribus onera universalis ecclesie partiuntur, et dilecti filii hospitalium sancti Ioannis Hierosolimitani, et beate Marie Theutonicorum magistri, priores, 25  
preceptores et fratres hospitalium et ordinum eorundem, qui contra hostes fidei christiane exponunt iugiter se et sua, pro personis, beneficiis, rebus et bonis eorundem, a prestatione, solutione et contributione huiusmodi subsidii sex milium florenorum sint et esse intelligantur immunes protinus et exempti, et ex nunc eosdem cum rebus, bonis, beneficiis, dignitatibus, iuribus, fructibus, redditibus et proventibus eorundem, prorsus eximimus per presentes, 30  
et exemptos auctoritate prefata decernimus et declaramus.

Decernimus eciam et declaramus, quod dictum subsidium colligatur et exigatur sine iniuria et oppressione quacunque, et solvatur in subscriptis terminis. Primum ergo terminum solutionis huiusmodi subsidii sex milium florenorum de camera, videlicet pro medietate, statuimus et esse volumus in festo purificationis beate Marie virginis de 35  
mense february proxime futuri, secundum vero terminum solutionis alterius medietatis dicti subsidii in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum de mense iunii proxime futuri.

Volentes eciam, quod iuxta constitutionem Viennensis concilii calices, libri et alia ornamenta ecclesiarum et monasteriorum divinis officiis deputata ex causa pignoris, vel 40  
alias occasione dicte solutionis aut exactionis [minime] capiantur, recipiantur, distrahantur vel eciam occupentur.

40 pigneris *Ms.* 41 minime] nunc *Ms.*

Decernentes eciam, quod alia supra et infra scripta serventur et fiant in omnibus et quoad omnia,

non obstantibus si tibi, frater archiepiscopo, episcopis, administratoribus, electis, abbatibus, prelatibus et aliis personis ecclesiasticis, ordinibus aut locis, vel quibuscunque aliis communiter vel divisim a sede prefata sit indultum, quod ad solutionem huiusmodi vel alterius subsidii minime teneantur, et ad id compelli non possint per literas apostolicas, que de indulto huiusmodi, et toto eius tenore, ac de verbo ad verbum et propriis ipsorum ordinum, locorum et personarum nominibus et cognominibus plenam et expressam non fecerint mencionem, ac quibuscunque privilegiis, indulgentiis, immunitatibus ac exemptionibus etiam corpore iuris clausis, et literis apostolicis quibusvis dignitatibus seu ordinibus et specialiter sanctorum Benedicti et Augustini, Cluniacensis, Cisterciensis, Premonstratensis, Cartusienensis, Camaldulensis, Grandimontensis, Vallisumbrose, Cruciferorum et Humiliatorum, et ipsorum universitatibus generaliter vel specialiter sub quacunque forma vel conceptione verborum a memorata sede concessis; de quibus quorunque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris literis plena et expressa mentio sit habenda et cum quibuscunque clausulis derogatoriis, quas hic habere volumus pro sufficienter ac de verbo ad verbum expressis et specificatis.

Nulli ergo etc. nostre requisitionis, impositionis, constitutionis, declarationis et voluntatis infringere etc. Si quis etc.

20 Datum Florentie XII kalendas septembris, pontificatus nostri anno tercio.

Collationatum per me Ay[marum?] Gerbasii. Ioannes de Nursia.

### 12 - 13.

*Martinus V archiepiscopis Moguntino et Treverensi praeceptum simile dat ac archiepiscopo Coloniensi (cf. n. 11).*

*1420 aug. 21 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 353, 21r. In margine: F. Aretinus. De curia.*

Item similis fuit directa mutatis mutandis, de simili summa ac de verbo ad verbum, ut in precedenti, domino Conrado archiepiscopo Moguntino et suis suffraganeis episcopis etc. usque:

25 Nulli ergo etc. nostre requisitionis, declarationis, constitutionis, concessionis, voluntatis, exemptionis, declarationis et statuti infringere. Si quis etc.

Datum ut supra.

Collationatum per me Ay[marum?] Gerbasii. Bassianus.

Item alia fuit directa domino Ottoni archiepiscopo Treverensi et suffraganeis suis etc. de simili summa ac de verbo ad verbum, mutatis mutandis usque:

Nulli ergo etc. nostre impositionis, constitutionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc.

Datum ut supra in precedenti.

Collationatum per me Ay[marum?] Gerbasii. Iacobus de Ugolinis.

## 14.

*Martinus V Iohanni episcopo Leodiensi mandat, ut episcopatus Leodiensis in subventionem expensarum pro missione cardinalis de Fonseca in Graeciam summam quattuor milium florenorum auri solvat.*

1420 aug. 21 Florentiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 353, 21<sup>r</sup>-22<sup>r</sup>.  
Epistola eiusdem fere tenoris est ac n. 11.*

## 15.

*Martinus V Antonium de Massa O. F. M. ad Manuelem II imperatorem mittit.*

1422 iun. 15 Romae.

*Citatur in epistola Iohannis VIII imperatoris ad Martinum V a Iohanne de Ragusio O. P. tradita, Mon. Conc. 1, 24-26; CECCONI n. 4, pag. 14-16.*

*De legatione Antonii de Massa cf. eius relationem scriptam 14 nov. 1422 Constantinopoli et 8 nov. in Concilio Senensi 1423 recitatam, apud MANSI 28, 1063-1070, apud RAYNALDUM ad annum 1422, n. 5-15.*

## 16.

*Martinus V Antonio de Massa O. F. M. in Graeciam proficiscenti facultatem dat, ut vicarium pro provinciis Italiae constituat.*

1422 iunii 15 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 354, 90<sup>v</sup>. In margine: Cincius. De curia.*

MARTINUS ETC. DILECTO FILIO ANTHONIO DE MASSA ORDINIS FRATRUM MINORUM PROFESSORI AC SACRE THEOLOGIE MAGISTRO, DILECTI FILII PREDICTI ORDINIS GENERALIS MINISTRI IN PROVINCIIS ITALIE VICARIO SALUTEM ETC.

Cum pro nonnullis maximis et arduis negociis catholicam christianam fidem ac Romanam ecclesiam concernentibus te presencialiter in Greciam destinemus,

nos volentes ea tibi concedere, per que statui ordinis prefati et conventuum tibi commissorum saluti providere valeas, ne ob absenciam tuam ordinis memorati professores in provinciis Italie existentes detrimentum paciantur, tibi, ut ydoneum virum, super quo tuam conscienciam oneramus, in locum predicti tui vicariatus cum omnibus prerogativis,

2 dilectij] diletti *Ms.*

iurisdictionibus, potestatibus tibi concessis usque ad reditum tuum substituere possis, statutis, indultis et consuetudinibus dicti ordinis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presencium plenam et liberam concedimus facultatem.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem XVII kal. iulii, pontificatus nostri anno quinto.

## 17.

*Martinus V Manuelem II imperatorem de auxiliis contra Turcas ei praeparatis certiore facit eumque ad unitatem ecclesiasticam amplectendam hortatur.*

1422 oct. 8 Romae.

*Copia coeva bibliothecae Angelicae (Romae), Ms. 1426 (T. 713), 137<sup>v</sup>-139<sup>v</sup>; haec copia complures errores habet. Copia coeva (?) adhibita a Raynaldo. Copia saec. XVII archivi Vaticani, Arm. 39, 7 A, 93<sup>v</sup>-94<sup>v</sup>; copia saec. XVII Leonis Allatii, Barb. 878, 227, secundum codicem archivi Vaticani. Etiam hic codex est mendosus.*

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1422, n. 2; CECCONI n. 3 pag. 11-23, iuxta RAYNALDUM. Textum Raynaldi semper fere hic praefero.*

5 MARTINUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO EMANUELI ROMEORUM IMPERATORI ILLUSTRIS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Iam pridem audiebamus terribilem illum Turcum tuo minitantem imperio cum magnis copiis ex Asia in Europam beneficio mercenarie classis traiecisse, et quod modo magis multo nos angit, novissime significatum est nobis eundem terra et mari prevalentem, castris  
10 ante urbem Constantinopolitanam positus te et tuos gravissima obsidione constrictos intra menia continere non sine summo tui status periculo et dedecore nominis christiani.

Que rerum novitas nos commovit ad commiserationem calamitatis tue, et animum nostrum intentum ad sananda quedam alia vulnera christiane reipublice versus septentrionem et occidentem statim avertit ad Greciam et ad tota pericula consideranda et etiam,  
15 si qua via possemus nostris et fidelium auxiliis, repellenda ob christiani nominis reverentiam, quod unum tibi est commune nobiscum.

Atque ita continuo mandavimus dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, ut de Rhodo insula omnibus quibus possent opibus te iuarent. Posse enim eos aliquid cogitavimus, et propter locorum vicinitatem et opportunitatem  
20 maris; debere autem eos scimus ex instituto religionis sue contra perfidos abnegantes Christum filium dei pro qualibuscumque decertare. Et ut ferventius ea facere velint, que possunt et debent, ipsos mandatis nostris obstrinximus.

Venetos insuper, devotos homines et potentes, qui etiam ipsa valent celeritate succurrendi, propterea, quod in Adriatici maris sinu classem hoc tempore instructam habent,

5 Martinus etc. *om.* RAYNALDUS.

ex consueta sue reipublice disciplina rogavimus, ut tibi in hac necessitate, prout ipsis videretur expediens, subvenirent, nec paterentur illud imperium, te sic oppresso, in potestatem infidelium devenire; quod propter eorum singularem fidem erga nos et ecclesiam dei et propter eam, quam exercent erga omnes christianos homines caritatem, iam prompte fecisse, et nostra rogamina prevenisse cognovimus. 5

Rogavimus etiam de re simili Ianuenses et eorum nomine dilectum filium nobilem virum Philippum Mariangelum, duce[m] Mediolanensem, eosque monuimus, ut a Turcorum presidio revocarent et adverterent quoscumque Ianuenses cum eorum classe et stipendiis infidelium navigantes.

Sed ut aliquando tibi, fili carissime, demonstramus veram et certam rationem defensionis et securitatis tue, non ad tempus exiguum implorande, sed in perpetuum conservande, fac ut non videaris membrum abscissum ab ecclesia dei et reliquo corpore christianitatis, sed te non tantum nomine christiano, verum omni cultu, fide, religione, doctrina coniunge nobiscum. 10

Nam ut acriorem illam disquisitionem legis veritatisque divine, qua teneris, in presentiarum omittamus, que his litteris explicanda non est, et descendamus ad rerum humanarum opportunitates, unde tibi et filiis tuis et imperio, quod vix anxie custoditur ab oppressione Turcorum, firmiter et certius presidium parari non potest, quam repetendo gremium ecclesie matris tue et omnium christianorum. Quantum enim putas nomen et imperium tuum venerabile et formidandum magis apud eos ipsos hostes fidei christiane esse futurum, si te senserint cum reliqua christianitate esse coniunctum, cum qua tota, si te unum invaserint, sibi esse pugnandum existimabunt, qui nunc imperium tuum velut vilissimam et postremam partem a catholicis derelictam et eorum obiectam faucibus, assiduis vexationibus et contumeliis inquietant. Quantum etiam tibi alacriori studio et voluntate succurreret Latina christianitas, si non alienos a catholice fidei disciplina, sed se veros fratres defendere cogitaret, cum modo sint qui, ut tibi verum fateamur, omnino negent succurrendum esse schismaticis, quos, inquit, malle ab infidelibus per hec perpetua prelia pati, quam se cum fratribus una fide et voluntate coniungere. 15 20 25

Quod si tibi et tuis aliquando deus omnipotens hoc salutare consilium inspirabit, ut de christiana religione nobiscum etiam concorditer sentiatis et uni catholice ecclesie obediatis, preter sempiterna premia, que parata sunt beatis animabus in celo, quanta inde statui tuo et universe Grecie presidia et ornamenta provenient. 30

Quare fili carissime, non est amplius hesitandum nec tam sanctum propositum differendum; quod quamprimum exequi te velle senserimus, delegare curabimus ad id munus homines divinarum scientia peritissimos et munitos sedis apostolice autoritate, ut nihil ex parte nostra deficiat, quin et te et tuos ad veritatis viam reducamus, et te imperatorem non Turcorum ludibrio deditum, sed cum gloria dominantem videamus. 35

Unum postremo tacere non volumus. Finem huius inveterati schismatis per tuam sapientiam et cognitionem catholice veritatis, sublato schismate, quod pro iure summi pontificatus Latinam vexabat ecclesiam, de tuis manibus expectamus et credimus deum 40

1 rogamus RAYNALDUS.  
RAYNALDUS.

6 rogamus RAYNALDUS.

8 et adverterent om. RAYNALDUS.

35 nihili

omnipotentem hanc tibi uni gloriam reservasse. Quod si nos et ecclesiam spes ista fefellerit, non videmus, a quo amplius homine sperare possimus.

Datum Rome apud S. Mariam VIII idus octobris, anno quinto.

## 18.

*Martinus V epistolam ad Manuelem II imperatorem per Iacobum Porci clericum mittit.*

1422 nov. 6 Romae.

*Commemoratur in documento n. 19.*

## 19.

*Martinus V Iacobo Porci clerico Metensi ad Manuelem II imperatorem profiscienti salvoconductum dat.*

1422 nov. 6 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 354, 139<sup>r</sup>-139<sup>v</sup>. In margine: Cincius, De curia. Collectio Leonis Allatii, Barb. Lat. 878, 202.*

*Ed. CECCONI 32 (Narrazione), ex parte; citatur apud RAYNALDUM, ad annum 1422, n. 3.*

MARTINUS ETC. UNIVERSIS ET SINGULIS, AD QUOS PRESENTES LITERE PERVENERINT, SALUTEM ETC.

5 Cum dilectum filium Iacobum Porci clericum Metensem ad carissimum in Christo filium nostrum Emanuelem Romeorum imperatorem illustrem cum certis nostris literis remittamus,

nos optantes eundem Iacobum cum duobus equitibus et bonis omnibus in eundo, stando et redeundo plena securitate gaudere, universitatem vestram requirimus et hor-  
10 amur in domino, subditis nostris et gentium armorum capitaneis ubicunque militantibus districte precipiendo mandamus, quatenus prefatum Iacobum cum duobus equitibus et uno familiari pedestri, supradictis valisiis, rebus et bonis omnibus per nostra et vestra terri-  
toria, passus, portus, pontes et loca quelibet tam per mare quam per terram transire, stare, ire et redire pro nostra et apostolice sedis reverentia absque solutione gabelle vel  
15 alicuius alterius impositionis exactionisve libere permittatis, nec eidem vel sociis molestiam aliquam inferatis, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, sed pro se et sociis huiusmodi de securo transitu et receptu sic liberaliter providere curetis, quod exinde vestra possit devocio apud nos et sedem predictam non inmerito commendari, presentibus post annum cum data presentium computandum non valituris.

20 Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem VIII idus novembris, pontificatus nostri anno quinto.

Collationatum per me Ay[marum?] Gerbasii. A. Fidelis.

3 apud - quinto *om.* RAYNALDUS || *post* S. Mariam *probabiliter suppleri debet* Maiorem.



## 20.

*Martinus V Theodorum Palaeologum principem hortatur, ne uxori Cleopae impedimento sit ad religionem catholicam profitendam.*

*Post 1425 iul. 21 Romae.*

*Copia saec. XV bibliothecae Angelicae, Ms. 1426 (T 713), 161<sup>r</sup>-162<sup>r</sup>. Cf. doc. n. 17. Collectio Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 228-229.*

*Edd. CECCONI 30-31 (Narrazione), ex parte; D. A. ZAKYTHINOS, Le despotat grec de Morée (Paris 1922) 299-301. CECCONI et ZAKYTHINOS, iuxta Allatium. Cf. promissionem Theodori Palaeologi Cleopae de Malatesta uxori futurae factam, 29 mai 1419, editam a I. MUELLER, Documenti sulle relazioni delle città Toscane coll' Oriente cristiano e coi Turchi (Firenze 1879) 150.*

*Chronologia epistolae aliquo modo determinatur ex loco epistolae « clare memorie Emmanuelem Romeorum imperatorem » (mors Manuelis II imperatoris 21 iul. 1425) et ex termino mortis Cleopae scilicet anno 1433.*

*Aliquas correctiones textus Allatii ex codice bibliothecae Angelicae desumpsi (= A); textus purus nondum ubique restitui potest.*

## AD THEODORUM IMPERATOREM CONSTANTINOPOLITANUM.

Quoniam unionem Orientalis ecclesie precipuo sollicitudinis studio semper optavimus teque ac clare memorie Emmanuelem Romeorum imperatorem, genitorem tuum, paterna affectione dileximus, hanc nostram affectionem erga personam tuam opere demonstravimus. Nam cum dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Cleofe domicellam Pensauriensem 5 inter ceteras consanguineas nostras carissimam haberemus, summis virtutibus ornatissimam et bonis moribus institutam, eam in consortem tue excellentie desponsari [voluimus], ut sicut in sancto matrimonio, ita omni cultu, fide, religione christiana invicem viveretis.

Cum autem ad consolationem, salutem et partem eiusdem Cleofe nostre filie predilecte paterna sollicitudine et affectione simus semper intenti, plurimum formidamus, ne 10 propter quotidianam conversationem, quam habet causa tuis et aliis, ritui Orientalis ecclesie et eius cerimoniis assuescat et ad id observandum aliorum suasionibus et exhortationibus inducatur, quod non posset absque gravi mentis nostre amaritudine et anxietate contingere, presertim si deviaret a preceptis Romane ecclesie, omnium Christi fidelium matris et domine, ac catholice fidei disciplina. 15

Quamobrem, optime princeps, nobilitatem tuam per viscera misericordie Iesu Christi, cuius nomen tibi est commune nobiscum, exhortamur, requirimus et rogamus, ut ipsam Cleofe, cuius status, honor, salus est inter cetera nobis cordi, omnino prohibeas eam alias ceremonias aut doctrinam, quam mandat ecclesia et vera Christi religio, iubeat vero tenere, sibi que obsecramus excellentiam tuam alieni ritus a catholice fidei disciplina observantiam 20 per alios suaderi non sinas, aut eam ad mores et ritum illius patrie observandum tuorum

2 precipuo] perpetuo ALLATIUS. 9 consolationem om. ALLATIUS. 11 quam] quem ALLATIUS, A. 15 domine] divine ALLATIUS. 19 vero] non ALLATIUS || totus locus corruptus esse videtur. 21 irritum ALLATIUS, A.

persuasione et exhortatione seduci, quam quidem observantiam et potes et debes, quantum ad te pertinet, prohibere. Propterea dilecte fili, ut tibi vera fateamur, speramus plurimum in virtute et sapientia excellentie tue, quod post eiusdem genitoris occasum, qui pro effectu unionis Orientalis et Occidentalis ecclesie, dum vixit, summa cum diligentia laboravit, 5 eius sequendo vestigia, causam dei non deseras, sed illam opere prosequaris ac c[u]rabis te et tuos cum reliqua christianitate una fide et caritate coniungere. Nam sicut a fide dignis ex Grecia significatum est nobis, multorum mentes et animos inflammatos, erectos esse percepimus ad prosecutionem et consummationem tanti boni proventuri in ecclesia sancta dei.

10 Quod si quando tibi et tuis deus omnipotens hoc salutare consilium inspirabit, ut de christiana religione nobiscum omnia concorditer sentiatis et uni catholice ecclesie obediatis, preter sempiterna premia, que parata sunt beatis animabus in celo, quanta inde statui tuo et tuorum ac universe Grecie presidia et ornamenta provenient?

Quod quamprimum te et tuos exequi velle senserimus, destinare curabimus ad id 15 munus homines divinarum rerum scientia peritissimos et apostolice sedis auctoritate munitos, ut nihil ex parte nostra deficiat, quin te et tuos ac universam Greciam, sublato illo detestabili inveterato schismate, reducamus ad viam salutis eterne ac cognitionem catholice veritatis, ad que suprema desideria nostra tendunt.

Preterea dilectum filium Lucam de Offida, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini professorem, in theologia magistrum, latorem presentium destinamus, cui in iis, que 20 tibi nostri parte reserabit, adhibere velis credentie plenam fidem.

Datum etc.

## 21.

*Martinus V uxori Theodori Palaeologi principis sub poena excommunicationis inculcat, ut ecclesiae catholicae fidelitatem observet.*

*Post 1425 iul. 21 Romae.*

*Copia saec. XV bibliothecae Angelicae: Ms. 1426 (T 713), 162<sup>r</sup>-162<sup>v</sup>. Cf. doc. n. 17 et n. 20. Ms. Collectio Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 229-230.*

*Ed. ZAKYTHINOS 301-302, iuxta codicem Allatii. Correctiones huius textus ex codice bibliothecae Angelicae (= A) desumpsi; textus purus nondum ubique restitui potest.*

*Cf. sermonem funebrem Plethonis apud SPYR. LAMPROS, Νέος Ἑλληνομνήμων 4 (1907) 419-421. MIGNE PG 160, 944; ZAKYTHINOS 190.*

AD DOMICELLAM CLEOFE.

Putabamus, dilecta in Christo filia, ut, postquam te dilecto filio, excellenti principi 25 Theodoro Paleologo dispoto Moree matrimoniali thoro coniunxeramus et ad partes illas profecta fueras, alios ad veram fidem Christi et cognitionem catholice veritatis pro tua sapientia et doctrina, prout et teneris et debes, allicere et inducere debuisses.

2 Propterea] in ALLATIUS. 5 deseras] deseres ALLATIUS || prosequaris] persequare ALLATIUS || curabis] conabis ALLATIUS. 16 quin] quod ALLATIUS. 25 disposito ALLATIUS, A || Moree] more ALLATIUS.

Et propterea quia de salute tua paterna semper sumus affectione solliciti, et plurimum formidamus, ne propter quotidianam conversationem cum illis ritui Orientalis ecclesie assuescas et devies a catholice fidei documentis, quod mentem nostram non mediocriter anxiaret,

tibi in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena, quam si contrafeceris, 5 te incurrere volumus eo ipso, precipimus et mandamus, ut quantum nostram gratiam et benedictionem in te desideras conservare, omnibus illi[us] patrie ritu, moribus cerimoniisque reiectis, a doctrina catholice fidei penitus alienis, ad veram christianam religionem et unicam sanctam Romanam ecclesiam, extra quam non est salus, cum omni humilitate et cordis contritione ac penitentia, si forsan excesseris, revertaris et in divinis officiis audiendis 10 et missis celebrandis iuxta formam catholice ecclesie consuetam preter quam in certis casibus per nos et literas nostras tibi permissis atque concessis immutabiliter perseveres.

Quod si te forsan contrafacere contingat et viam relinquere catholice veritatis et Orientalis ecclesie ritui et cerimoniis inherere, quod te tamen non putamus esse facturam, sed nostris potius monitis obsequentem, arctiorem a nobis penam consequeris. 15

Ceterum, carissima filia, ut saluti anime tue, quam semper appetimus, consulatur et in partibus Norice aliquem locum pro usu et habitatione fratrum tam Mendicantium quam aliorum ordinum aut presbyterorum secularium, qui inibi iuxta catholice ecclesie documenta vivant et in divinis domino solemniter, cum nostra gratia et licentia sedis apostolice construere possis, unam super hoc et quasdam alias literas, quas tibi necessarias esse 20 putavimus ad salutem, per dilectum filium Lucam de Offida, ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini professorem, in theologia magistrum, latorem presentium destinamus, cui in iis, que tibi pro parte nostra reserabit, adhibe credentie plenam fidem.

Datum etc.

## 22.

*Martinus V Cleopae alias litteras per Lucam de Offida Erem. S. Aug. mittit.*

*Post 1425 iul. 21 Romae.*

*Commemoratur in epistola n. 21.*

## 23.

*Martinus V Andreae de Constantinopoli O. P. salvumconductum dat.*

*1426 iun. 10 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 355, 282<sup>r</sup>. In margine: Cincius . De curia . Passus. Collectio Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 205.*

5 contrafeceris] confeceris ALLATIUS. 10 revertaris] revertatur ALLATIUS, A. 15 sed] si ALLATIUS.

20 cf. AUGUSTINUS, *De baptismo IV, 17, 24* = MIGNE PL 43, 170.

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1426, n. 22, ex parte; CECCONI 34 (Narrazione), ex parte, iuxta Allatum; H. LAURENT O. P. iuxta cod. Reg. Vat. 355, in Echos d'Orient 34 (1935) 429-430. Andreas de Constantinopoli = Andreas Chrysoberges, postea factus episcopus Rhodiensis.*

MARTINUS ETC. UNIVERSIS ETC. SALUTEM ETC.

Cum dilectum filium Andream de Constantinopoli ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professorem, totius societatis fratrum propter Christum peregrinantium et unitorum vicarium generalem ac magistrum scholarum palatii apostolici, ad carissimum in  
 5 Christo filium nostrum Iohannem Romeorum imperatorem illustrem, ac venerabilem fratrem nostrum Ioseph patriarcham Constantinopolitanum, necnon ad nonnullas Grecie partes pro maximis et arduis catholice fidei negotiis per nos sibi commissis personaliter destinemus, nos optantes eundem fratrem Andream cum eius comitiva et familiaribus in personis, equis, rebus et bonis omnibus in eundo, stando et redeundo plena securitate gaudere, uni-  
 10 versitatem vestram requirimus et hortamur in domino, subditis nostris et gentium armorum capitaneis ubicunque militantibus districte precipiendo, mandantes, quatinus prefatum fratrem Andream cum comitiva equitum et peditum, salmis, valisiis, rebus et bonis omnibus, per nostra et vestra territoria, passus, portus, pontes et loca  
 15 stolice sedis reverentia absque solutione gabelle vel alicuius alterius impositionis exactione libere permittatis, nec eidem vel sociis molestiam aliquam inferatis, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, sed ei pro se et comitiva huiusmodi de securo transitu et re-  
 20 ceptu ac in omnibus rebus sibi occurrentibus, auxiliis, consiliis et favoribus opportunis pro nostra et sedis apostolice reverentia sic liberaliter providere curetis, quod exinde vestra possit devotio apud nos et sedem predictam de devotionis promptitudine non immerito commendari, presentibus post duos annos a datis presentium computandos minime valituris.

Datum Romae apud Sanctos Apostolos III idus iunii, pontificatus nostri anno nono.

Collationatum per me Antonium. A. de Nucella.

## 24.

*Martinus V Andream de Constantinopoli O. P. ad Iohannem VIII imperatorem et Ioseph II patriarcham mittit, eumque facultate absolvendi a censuris munit.*

*1426 iun. 11 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 350, 256<sup>r</sup>. In margine: Cincius. Gratis de mandato domini nostri pape.*

*Ed. H. LAURENT O. P. in Echos d'Orient 34 (1935) 431-432.*

3 prope Ms.    6 Gretie Ms.    7 fidey Ms.    8 comittiva Ms.    10 requiramus Ms. || ortamur Ms.  
 12 comittiva Ms.    16 sotiis Ms. || inferratis Ms.    17 comittiva Ms.

MARTINUS ETC. DILECTO FILIO ANDREE DE CONSTANTINOPOLI ORDINIS FRATRUM PREDICATORUM,  
SACRE THEOLOGIE PROFESSORI, TOTIUS SOCIETATIS FRATRUM PEREGRINANTIUM ET UNITORUM  
VICARIO GENERALI AC SCOLARUM PALATII APOSTOLICI MAGISTRO, SALUTEM ET APOSTOLICAM  
BENEDICTIONEM.

Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam, tuis exigentibus meritis, paterna 5  
benevolentia prosequentes, illa tibi libenter concedimus, per que aliorum necessitatibus  
valeas subvenire.

Cum itaque te ad carissimum in Christo filium nostrum Iohannem, Romeorum imperatorem  
illustrem, ac venerabilem fratrem nostrum Ioseph patriarcham Constantinopolitanum, necnon ad non-  
nullas Grecie partes pro maximis catholice fidei negotiis presentialiter destinemus, 10

nos propterea volentes te donis specialibus honorare, tibi, huiusmodi co[m]missione  
durante decem personas in casibus sedi apostolice reservatis, necnon octo alias personas,  
que mercimonia et res a iure non prohibitas ad partes et terras infidelium usque in  
presentem diem deferre et mittere presumpserunt, et ob hoc excommunicationis et alias 15  
sententias et penas tam spirituales quam temporales in transferentes huiusmodi res per  
processus apostolicos promulgatas dampnabiliter meruerunt, si ad cor reversi a te abso-  
lutionis beneficium humiliter petierunt, recepto prius ab eis iurame[n]to, quod de cetero  
talia vel similia non committent, nec committentibus prestabunt auxilium, consilium vel 20  
favorem, iniunctis exinde sibi inter cetera, quod de bonis, ipsis a deo collatis, in subsidium  
reparationis seu fabrice basilice Sancti Pauli extra muros Urbis et aliarum dicte urbis  
ecclesiarum contribuendo, se ipsos liberales exhibuerint, prout conscientia tua dictaverit  
et eorum animarum saluti videris expedire ac alias in forma consueta, a dictis penis et  
sententiis spiritualibus et temporalibus tam a iure quam ab homine in tales promulgatis  
absolvendi, et cum eisdem pro reparatione huiusmodi compositionem faciendi plenam et 25  
liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem. Volumus autem,  
quod de pecuniis, quas te premissorum occasione recipere contigerit, tesaurario nostro  
ac gentibus camere apostolice pro tempore existentibus computum reddere et eas fideliter  
destinare procures.

Datum Rome apud Sanctos Apostolos III idus iunii, pontificatus nostri anno nono.

Collationatum per me Antonium. P. de Marganis. 30

## 25.

*Martinus V per Andream archiepiscopum Rhodi epistolam Iohanni VIII imperatori mittit.*

*1426, ca. iun. 10 Romae.*

*Citatur apud SYROPULUM II, cap. 14 = CREUGHTON 11.*

*De responso imperatoris ad papam per Marcum Iagarim et Macarium allato et de responso  
papae cf. SYROPULUS II, cap. 15 = CREUGHTON 12.*

5 sedis Ms. 9 Yoseph Ms. 10 fidey Ms. 11 spetialibus Ms. 14 defferre Ms. 21 exiberint Ms.

8-18 cf. doc. n. 23, pag. 18.

## 26.

*Martini V conventio cum Graecis.*

1430 Romae.

*Copia saec. XV codicis Strozianiani 33 bibliothecae Laurentianae, 124; haec copia videtur esse aliquatenus imperfecta.*

IOHANNES DE RAGUSIO, *Historia actorum concilii Basiliensis cum Graecis; cf. Concilium Basiliense 1, 340.*

*Ed. CECCONI n. 6, pag. 18-19.*

*Commemoratur conventio supradicta in bulla Eugenii IV, 12 nov. 1431; cf. doc. n. 29, pag. 22, et in sermone Andreae Chrysobergis O. P. in concilio Basiliensi anno 1432 recitato; cf. CECCONI, doc. n. 11, pag. 19.*

*De conventione nuper LOENERTZ, Archivum Fratrum Praedicatorum 9 (1930) 59-60 tractavit.*

IN NOMINE SANCTE TRINITATIS.

SIC CONCLUSUM EST A BEATISSIMO PAPA MARTINO QUINTO.

Hoc est: ad aliquam civitatem litoream Calabrie usque Anthonam, quam imperator Grecorum elegerit, conveniant ipse imperator et patriarcha Constantinopolitanus et ceteri  
5 tres patriarche et principes sacerdotum et omnes prestantes.

Similiter, ut veniant a regnis et dominiis, que subiiciuntur Grecorum ecclesie, et fiat mediante deo cum Latina ecclesia synodus ex omni urbe pacifica, apostolica, canonica, inviolenta, sine contentione et libera.

Etiam, ut mittatur homo Constantinopolim cum expensa sufficiente, ut in Constanti-  
10 nopolim veniant patriarche, principes sacerdotum et prestantes omni ex omnibus.

Item, ut mittantur galee tenues due et balistarii trecenti ad custodiam civitatis, sintque capitanei galearum et balistariorum, quos imperator iusserit sibi que fidem iureiurando firmet, Et quascumque habiturus sit expensas pro solvendis galeis et balistariis, habeat etiam plures pecunias, ut si accideret et fieret bellum per infideles, possit stipendia acci-  
15 pere quosdam ex civibus ac etiam ex aliis, ut illa domus non periclitaret[ur]. Balistarii vero omnes sint aut Cretenses aut Tarentini aut Cathalani, alii similes.

Item, ut mittantur galee quatuor onorarie, ut ferant omnes qui venturi sunt in synodum, imperatorem scilicet et patriarcham et omnes usque septingentos, ex quibus quatuor galeis una sit ex Constantinopoli, expensis tamen ecclesie.

20 Item, ut mittantur expense sufficientes ad parandum illos septingentos et ad veniendum ad determinatum locum, postea ut eis expense fiant, quousque in Ytalia fuerint et reversi Constantinopolim a sacra ecclesia Latinorum.

Si autem, quod absit, nec forte credimus, aliquo impedimento aut inopinato casu unio non sequeretur, tunc nichilominus ecclesie Latine expensis reducatur Constantinopolim.

25 Item, quod [si] nos hinc abierimus, veniat nobiscum aliquis vir prestans, qui pecunias habeat, quibus congregare nostros possumus Constantinopolim.

7 urbe] *forsitan in orig. orbe.* 13 quecumque *Ms.*

## 27.

*Eugenius IV Iohanni VIII imperatori de concilio unionis in Occidente habendo scribit.*

1431 nov. Romae.

*Citatur apud SYROPULUM II, cap. 19 = CREYGHTON 16.*

*Epistolam legatio graeca a Iagaris ducta accepit Constantinopolim afferendam.*

## 28.

*Eugenius IV Ioseph II patriarchae de concilio unionis in Occidente habendo scribit.*

1431 nov. Romae.

*Citatur apud SYROPULUM, cap. 19 = CREYGHTON 16.*

*Iagaris hanc epistolam Constantinopolim afferendam accepit.*

## 29.

*Eugenius IV in bulla dissolutionis concilii Basiliensis et introductionis concilii Bononiensis unionem Graecorum inter causas huius decreti assignat.*

1431 nov. 12 Romae.

*Diploma orig. in Bibliotheca Publica Genevensi, Lat. 27 (Inv. 43), cum bulla plumbea. Copia coaeva apud IOHANNEM DE SEGOVIA II, cap. 3 = Mon. Conc. 2, 67-69, cum correctionibus in 4, 33. Codices principales sunt E = codex Escorialensis, cuius imaginem luce depictam et in archivo Basiliensi (Stadt- und Staatsarchiv Basel) conservatam consului, et B = Basiliensis (Universitätsbibliothek), quam item vidi.*

*Editiones in MARTÈNE 8, 50-53 et MANSI 30, 75-78 sunt incompletae.*

*De authenticitate huius bullae cf. Deutsche Reichstagsakten 10, 1 : 146, nota 5.*

*Episcopus Parentinus Daniel mandatum pontificium accepit, ut hanc bullam et aliam ' Postquam divina clemencia' ad legatum pontificium cardinalem Cesarini afferret; die 23 dec. Basileam advenit.*

*De legatione graeca, cuius caput Marcus Iagaris fuit, cf. SYROPULUS, cap. 16 et imprimis cap. 19. Sed ea, quae hic auctor de receptione frigida Graecis ab Eugenio IV facta rettulit, sunt reiicienda, quippe quae aliis documentis contradicant.*

*Bulla ad conventionem Martini V cum Graecis (cf. doc. n. 24) alludit. Ex bulla eam partem, quae de unione Graecorum agit, edam.*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Quoniam alto et incompre[he]nsibili deo etc.

Hec omnia versantes animo nostro, etiam quia proximis diebus carissimus in Christo illustris filius Iohannes Paleologus, Constantinopolitanus imperator, et venerabilis frater noster Ioseph, apud Grecos Constantinopolitanus patriarcha, suum oratorem ad nos et 5

venerabiles fratres nostros sancte Romane ecclesie cardinales transmiserunt, qui nos requisivit iuxta tractata per predecessorem nostrum cum consilio ipsorum cardinalium, de quorum numero tunc eramus, pro unione Grece Orientalis ecclesie cum Romana et universali ecclesia concilium in loco eis apto celebrari,

5 unde nos secundum dictas conventiones et propter executionem tanti boni obtulimus pro adventuris Grecorum prelatibus et oratoribus pro transitu ad Italiam et reditu ad Greciam, pro galeis et aliis necessariis impensas opportunas.

Cum quibus Grecis, dum nominate fuissent Roma, Ancona et Bononia et alia Italie loca, demum, licet Roma nobis et aliis fratribus nostris commodior extitisset, in civitate  
10 Bononie putavimus aptius convenire, que propter habilitatem navigationis eorum et propter viciniorem aditum ultramontanorum ad Italiam, capacitatem loci et alias condiciones ydonea reputatur.

Promiserunt itaque prefati imperator et patriarcha solemnes suos oratores transmittere, sicut ante noticiam obitus prefati nostri predecessoris transmittebant.

15 Hec omnia cum dictis fratribus nostris considerantes, quod ex tota republica christianorum nihil sanctius, nihil optabilius esse possit quam Grecam ecclesiam, olim tot sanctis et viris clarissimis illustrem, dimisso errore unam fieri cum ecclesia Romana, comprehendimus necessarium esse ad conveniens spatium temporis in Bononia generale concilium convocari. Etc.

20 Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo primo, II idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

*Rota Eugenii IV Papae.*

Ego Iordanus episcopus Sabinensis, domino nostro Eugenio aliquantulum impedito, et de eius mandato, presentibus prescriptis dominis cardinalibus subscripsi.

25 Ego Iordanus episcopus Sabinensis nomine proprio subscripsi.

Ego Antonius episcopus Hostiensis subscripsi.

Ego H[ugo] episcopus Penestrinus subscripsi.

Ego Iohannes tituli Sancti Laurentii subscripsi.

Ego Antonius tituli Sancti Marcelli subscripsi.

30 Ego Iohannes tituli Sancti Sixti me subscripsi.

Ego F[ranciscus] tituli Sancti Clementis me subscripsi.

Ego A[ngelottus] tituli Sancti Marci presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Lucidus Sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis subscripsi.

Ego Ardicinus Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis subscripsi.

35

Ia[cobus] de Langusco.

**30.**

*Eugenius IV Iuliano cardinali Cesarini facultatem dat, ut concilium Basiliense dissolvat novumque in civitate Bononiensi celebrandum indicat; inter causas huius decreti unionem Graecorum ponit.*

*1431 nov. 12 Romae.*

4 acto *Ms. orig.* 16 nichil sanctius, nihil optabilius *Ms. orig.*



*Copia coeva apud IOHANNEM DE SEGOVIA II, cap. 3 = Mon. Conc. 2, 70-72.*

*Edd. quoque HARDOUIN 8, 1575 D. 1578 B; MANSI 29, 561 C-564 C; CECCONI n. 7, pag. 20-22 CRABBE, Concilia. III (Köln 1551) 316-328, probabiliter ad fidem codicis saec. XV. HARDOUIN, MANSI et CECCONI dependent ab editione CRABBE.*

*Datum chronologicum in HARDOUIN est falsum Eam partem, quae de unione Graecorum agit, edam.*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO IULIANO SANCTI ANGELI DYACONO  
CARDINALI, APOSTOLICE SEDIS LEGATO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Postquam divina clemencia etc.

cum eciam hiis proximis diebus carissimus in Christo filius noster Ioannes Paleologus impe-  
rator Constantinopolitanus et venerabilis frater noster Ioseph a Grecis patriarcha Constantino- 5  
litanus nuncupatus oratorem suum ad nos et prefatos fratres nostros destinaverint,  
qui exponendo nos requisivit, ut iuxta ordinationem dicti predecessoris pro unione  
Orientalis ecclesiae cum Romana et Occidentali ecclesia concilium celebretur,

nosque convenciones et ordinationes dicti predecessoris, eciam cum consilio dictorum fratrum  
nostrorum, approbantes ipsisque Grecis postulantibus iuxta convenciones dicti predecesso- 10  
ris expensas galearum eos ad concilium conducere et ipso finito ad partes suas  
reducere debencium, et alias expensas oportunas et necessarias obtulerimus,

multaque eciam loca Ytalie, cum alibi pro Grecis commode fieri non  
posset, pro celebracione dicti concilii eorumque reductione ad ritum Ro-  
mane ecclesie per nos oblata fuerint, dictusque orator nos certos effecerit 15  
imperatorem et patriarcham prefatos alios suos oratores cum plena pote-  
state transmissuros esse, qui ex oblatis in Ytalia locis aliquem, presertim  
Bononiam, acceptabunt, prout ad prefatum predecessorem ante sui obitum  
transmittebant;

cumque si nova prelatorum vocacio, ut premittitur, fieret, hec duo concilia uno proprio 20  
tempore videantur, et si ea disiuncta fieri et celebrari contingeret, unum ex altero debilius  
ac minoris efficeretur auctoritatis,

hec insuper una cum dictis fratribus nostris animo nostro contemplantis, cum  
in universa republica christianorum nil desiderabilius contingere posset, quam  
videre Grecos, tanto temporis intervallo a dicta Romana ecclesia disiunctos, 25  
sub ritu ipsius ecclesie et unitate catholice fidei reductos esse, et illam Gre-  
cie nacionem, que tot sanctos patres et viros egregios et sapientes genuit,  
qui humano generi tam sacrarum quam secularium litterarum seminarium  
dederunt, Romane ecclesie unitam et sub ipsius unico ovili reductam. Etc.

Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice MCCCCXXXI, 30  
pridie idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

6 destinaverint iuxta Hardouin. 14 reduccione Ms.

4-19, 23-29 cf. doc. n. 29 pag. 21-22.

28 cf. sermonem Iuliani cardinalis Cesarini, 19 iulii 1434 in concilio Basiliensi habitum. CECCONI n. 28,  
pag. 78; Conc. Basiliense 3, 152.

*Rota Papa Eugenii IV.*

- Ego Iordanus episcopus Sabinensis, domino nostro prefato aliquantulum impedito, ac de eius mandato, presentibus prescriptis dominis cardinalibus manu propria subscripsi.
- Ego Iordanus episcopus Sabinensis nomine meo proprio subscripsi.
- 5 Ego Anthonius episcopus Ostiensis manu propria subscripsi.
- Ego Hugo episcopus Penestrinus nomine meo proprio subscripsi.
- Ego Iohannes tituli Sancti Laurentii subscripsi.
- Ego Anthonius tituli Sancti Marcelli subscripsi.
- Ego Iohannes tituli Sancti Sixti presbyter cardinalis me subscripsi.
- 10 Ego Franciscus tituli Sancti Clementis presbyter cardinalis subscripsi.
- Ego A[nge]lottus tituli Sancti Marci presbyter cardinalis me subscripsi.
- Ego Lucidus cardinalis de Comitibus Sancte Marie in Cosmedin subscripsi.
- Ego Ardecinus Sanctorum Cosme et Damiani dyaconus cardinalis subscripsi.

## 31.

*Eugenius IV concilium Basiliense dissolvit novumque concilium in civitate Bononiensi celebrandum decernit; inter causas huius bullae etiam unionem Graecorum collocat.*

*1431 dec. 18 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 371, 141<sup>o</sup> - 143<sup>o</sup>. In margine: Iacobus de Langusco. Dissolutio concilii Basiliensis. Alia coeva apud IOHANNEM DE SEGOVIA II, cap. 3 = Mon. conc. 2, 72-75.*

*Edd. quoque CRABBE, Concilia 3, 318-320; HARDOUIN 8, 1578 C-1581 B; MANSI 29, 564 D-567 E; CECCONI n. 8, pag. 23-25. HARDOUIN, MANSI, CECCONI ab editione CRABBE dependent.*

*Eam partem, quae de unione Graecorum agit, edam.*

*Qui textum bullae in n. 27 et 29 contulerit, diversitates statuere potest.*

*Textus bullae n. 29 fuit a Dr. Iohanne de Prato, qui cum episcopo Parentino legato Eugenii IV 23 dec. 1431 Basileam advenerat, publicata 13 ian. 1432, et eodem tempore ab episcopo Parentino in Civitate Argentinensi; cf. Conc. Basiliense 2, 22.*

15 EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD FUTURAM REI MEMORIAM. UNIVERSIS ET SINGULIS CHRISTI FIDELIBUS PRESENTES LITTERAS INSPECTURIS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quoniam alto etc.

Super hec omnia, quae animo nostro versabamur, quia propter certas conventiones unionis et reductionis Graecae Orientalis ecclesiae cum Romana et universali ecclesia initas et tractatus inter ipsum predecessorem nostrum et sanctae Romanae ecclesiae cardines, 20 de quorum numero tunc eramus, et oratores carissimi in Christo filii Iohannis Paleologi, im-

12 Comitibus iuxta Hardouin.

18, 21 cf. doc. n. 29, pag. 21-22.

peratoris Constantinopolitani illustris et venerabilis fratris nostri Ioseph apud Grecos Constantinopolitani patriarche,

ipse imperator et patriarcha hiis diebus suum ad nos et prefatos fratres nostros oratores transmiserunt requirentes ex tractatis eisdem pro unione et reductione predictis, quod sicuti cum predecesore nostro et fratribus eisdem conveniant, dignaremur exequi, et in loco eis apto generale concilium facere convocari, requirentes eciam promissas expensas et alia secundum dictas convenciones sibi promissa. 5

Unde nos secundum dictas convenciones et obligaciones propter execucionem tanti boni, pro adventuris prelati et oratoribus eorum ad Italiam, pro mansione, pro suo reditu ad Greciam, pro galeis et aliis necessariis obtulimus impensas oportunas. 10

Cum quibus Grecis, dum nominate fuissent Roma, Ancona et Bononia et alia Italie loca, demum, licet Roma nobis et fratribus nostris commodior extitisset, in civitate Bononie putavimus apcius convenire, que propter habilitatem navigacionis eorum et propter aditum viciniorem ultramontanorum ad Italiam, capacitatem loci et alias condiciones ydonea reputatur.

Quas ob res prefati imperator et patriarcha solemnes suos oratores ad nos transmittere 15 promiserunt, sicuti ante noticiam obitus prefati nostris predecessoris transmittabant.

Considerantes itaque predicta et quod in tota republica christianorum nichil sanctius, nichil optabilius esse posset, quam Grecam ecclesiam, olim tot sanctis et viris clarissimis illustrem, dimissis erroribus reductam videri ad ritum Romane et universalis ecclesie, comprehendimus necessarium esse ad conveniens spacium temporis in Bononia concilium convocari. Etc. 20

Datum Rome apud S. Petrum anno incarnationis MCCCCXXXI, XV kal. ian., pontificatus nostri anno primo.

Collationatum per me Andream de Perusio.  
Registr. C. de Thomacellis. De curia.

### 32.

*Eugenius IV Sigismundum imperatorem de convocacione concilii Bononiensis certiozem facit eumque rogat, ut Iohannem VIII imperatorem et Ioseph II patriarcham incitare velit, ut oratores plenam potestatem habentes ad concilium transmittant.*

*1431 dec. 18 Romae.*

*Copiae coevae complures, quas in Deutsche Reichstagsakten 10, 1: 210-211 enumeratas habes. Edd. CRABBE 3, 320; HARDOUIN 8, 1581 C-1582 B; MANSI 29, 568 A-569 A; CECCONI n. 9, pag. 26. HARDOUIN, MANSI ab editione CRABBE dependent; CECCONI etiam codicem Regin. 1017, 57<sup>v</sup>-58<sup>r</sup> consuluit. Melior editio in Deutsche Reichstagsakten 10, 1: 211-212 habetur; ibidem etiam aliae editiones completae vel incompletae citantur.*

*Quid Sigismundus imperator in causa unionis Graecorum egerit, cf. Deutsche Reichstagsakten 11, 450.*

*Ex bulla locum, qui de unione Graecorum tractat, edam.*

13 additum Ms.

3-20 cf. doc n. 29, pag. 21-22.

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI CARISSIMO IN CHRISTO FILIO SIGISMUNDO ROMANORUM IMPERATORI, HUNGARIE ET BOEMIE REGI ILLUSTRIS, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum pastoralis officio etc.

5 Et quia inter cetera in dicto concilio agitanda Grecorum reductio tractanda est, precamur ex corde clementiam et serenitatem tuam, ut karissimum in Christo filium nostrum Iohannem Romeorum imperatorem illustrem et venerabilem fratrem Ioseph a Grecis patriarcham Constantinopolitanum nuncupatum per litteras et oratores incitare velis, ut quemadmodum suis litteris et nunciis nobis promiserunt, oratores suos cum plena potestate  
10 ad concilium huiusmodi transmittant...

Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo primo, XV kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

### 33.

*Eugenius IV Andreae archiepiscopo Rhodiensi facultatem dat, ut Graecos dissidentes in districto suo ecclesiastico commorantes ad ecclesiam catholicam reducere possit.*

*1432 maii 21 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 372, 11<sup>r</sup>-11<sup>v</sup>. In margine: Cincius. De curia. Ed. CECCONI n. 10, p. 27-28; iuxta collectionem Leonis Allatii, Barb. Lat. 878, 494.*

*Andreas de Constantinopoli O. P. die 2 maii 1431 archiepiscopus Colossensis = Rhodiensis creatus est.*

EUGENIUS ETC.

VENERABILI FRATRI ANDREE ARCHIEPISCOPO COLOCENSI SALUTEM ETC.

15 Consuetam apostolice sedis clemenciam erga illos, qui a gremio sancte Romane matris ecclesie discesserunt, et ad illud in humilitatis spiritu revertuntur, libenter piis affectibus extendimus, ut hii, qui sic redeunt, tanto erga ipsam ecclesiam fideliores existant, quanto illi[us] benignitatem gustaverint plenior.

Cum itaque ex certis, iustis et rationabilibus causis personam tuam Colocensi ecclesie  
20 prefecerimus, et eo precipue, ut tu, qui natione Grecus existis, scientia sacrarum litterarum et integritate vite divino munere illustratus, Grecos sub tua ditione constitutos a veritate catholice fidei tanti temporis intervallo disiunctos ad ritum Romane ecclesie et cognitionem veritatis reducere valeas,

25 fraternitati tue omnes et singulas personas ecclesiasticas, seculares et regulares et etiam laicales cuiuscumque status, gradus, ordinis, preeminencie, dignitatis et conditionis

25 prehemencie *Ms.*

10 *cf. bullam « Quoniam alto », 18 dec. 1431. 18 illius] illi Ms.*

extiterint, in tua diocesi existentes, ritum dicte ecclesie Romane non servantes et cognitionem veritatis orthodoxe fidei non habentes, ad gremium eiusdem ecclesie, si hoc a te humiliter pecierint, reducendi, ipsasque personas absolvendi iuxta formam ecclesie consuetam, iniuncta personis ipsis pro modo culpe penitencia salutari, premissis prius per eas debita et solita abiuratione et iuramento in talibus fieri consuetis, necnon super irregularitate, quam huiusmodi occasione contraxerunt, dispensandi, omnemque inhabilitatis et infamie maculam premissorum occasione contractam absolvendi, necnon omnia alia et singula agendi, faciendi, tractandi et concludendi, que ad reductionem huiusmodi personarum cognoveris expedire,

et insuper ab ipsis personis, eciamsi extra gremium catholice ecclesie persistent, omnes soluciones, emolumenta, obsequia, et omnia et singula iura ad eandem ecclesiam Colocensem pertinencia tam tuis predecessoribus retroactis temporibus quam fraternitati tue occasione dicte ecclesie Colocensis, cui preesse dignosceris, debitas et debita per te vel alium, seu alios, quem seu quos ad id deputandum seu deputandos etiam duxeris, petendi, exigendi et recipiendi, et de receptis quitandi et absolvendi, contradictores quoque quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendi, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presencium concedimus facultatem pariter ac potestatem.

Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice MCCCCXXXII, XII kal. iun., pontificatus nostri anno secundo.

Iacobus de Arimino.

### 34.

*Eugenius IV patronos et conductores navium hortatur, ut Graecis ad curiam Romanam venire volentibus omnes commoditates praestent.*

*1432 nov. 7 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 372, 77<sup>r</sup>-77<sup>v</sup>. In margine: Ia[cobus] de Langusco. Copia saec. XVII collectionis Leonis Allatii, Barb. Lat. 878, 494-495.*

*Copiam Reg. Vat. 372 commemorat RAYNALDUS, ad annum 1432, n. 12.*

*Ed. CECCONI n. 12. pag. 32-33.*

*Forsitan haec epistola facta est occasione legationis graecae ad papam missae, quam Andreas 22 aug. 1432 in sermone Basileae habito commemorat; cf. CECCONI n. 11, pag. 31.*

EUGENIUS ETC. UNIVERSIS ET SINGULIS PATRONIS ET CONDUCTORIBUS GALEARUM, NAVIUM ET QUORUMCUNQUE NAVIGIORUM, ALIISQUE CHRISTIFIDELIBUS PRESENTES LITTERAS INSPECTURIS ETC. SALUTEM ETC.

Quia pro reductione Grecorum ad sanctam fidem catholicam anxia nos cura sollicitat, que quidem pro dignitate fidei orthodoxe sollicitare debet omnem populum christianum

5 adiuratione Ms. 7 abolendi Ms. 26 sollicitare Ms.

pro magna auctoritate venerabilium patrum, qui olim apud ipsos Grecos extiterunt, ne ipsi fideles, sub uno sanguine domini nostri Iesu Christi redempti atque salvati, sub una fide protecti lapsis et vagis erroribus diucius teneantur,

cum nuper acceperimus ex partibus Constantinopolis et aliis partibus mundi, et  
 5 maxime Grecie, quosdam Grecos paratos itineri esse venturos ad presenciam nostram, idcirco, ut omnis inductiva causa ipsis prebeatatur atque commoditas liberius et citius veniendi, vos patronos et alios navigiorum conductores in domino requirimus et hortamur, quatenus Grecos quoscumque, undequaue ad Romanam curiam venire cupientes super galeis, navibus ceterisque navigiis vestris versus Italiam transfretantibus recipere  
 10 cum rebus suis et conducere velitis, omni ipsis commoditate prestita et nabuli modesta exactione, quo tantum bonum, quo et vos eritis participes, prosequantur;

nam pro omni vestra humanitate, nabulorum supportatione ceterisque commoditatibus prestitis dictis Grecis, sicut nobis ab ipsis constiterit, curabimus vobis dignis re-  
 pendiiis providere, et vos atque vestros provide suscipere favoribus propitiis commendatos,  
 15 sed ultra nostra rependia ab ipso domino nostro Iesu Christo maiorem estis retributionem recepturi.

Vos autem ceteros christifideles in domino propensius exhortamur, subditis vero et officialibus nostris stricte precipimus, ut dicti Greci cum comitiva et rebus suis plena ubique possint immunitate atque securitate gaudere, quatenus ipsos cum ipsorum comi-  
 20 tiva et familia, equis, valisiis, pannis, libris ceterisque rebus suis per nostra et vestra territoria aut maria, portus, passus, flumina, civitates, castra et loca tam terrestria quam maritima venire, ire, stare atque redire sine solutione alicuius datii, passagii vel gabelle aut alterius indicti vel indicendi oneris exactione, pro nostra et apostolice sedis reverentia, libere et... permittatis, nullamque sibi iniuriam vel offensam inferatis, vel ab aliis,  
 25 quantum in vobis fuerit, permittatis inferri; quin potius ipsos Grecos eorumque comitivam atque familiam cum bonis suis et cuiuscumque ipsorum humane atque benigne recipientes, sibi provideatis de salvis conductibus, scortis atque ductoribus, sicuti expediens fuerit, vel duxerint requirendum, ut vestra apud immortalem dominum devotio tanti boni particeps fieri mereatur, et apud nos et sedem apostolicam sit merito commendanda.

30 Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice MCCCCXXXII, VII idus novembris, pontificatus nostri anno II.

Collata per me A. de Perusio. R[egistrat]o A. Schonaw.

### 35.

*Eugenius IV Iohannem IV imperatorem Trapezuntis ad unionem ecclesiasticam amplectendam invitat.*

*circa 1433 Romae.*

*Citatur in epistola imperatoris Iohannis VIII ad Eugenium IV, 18 oct. 1434; cf. CECCONI n. 35, pag. 104.*

7 nos Ms. 24 post et spatium vacuum unius vocabuli deficientis. 32 Collata] probabiliter ponendum collationata.

## 36-37.

*Eugenius IV Christophorum Garatoni constituit nuntium apostolicum in Oriente.*

*1434 iul. 13 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 373, 2°. In margine: De curia; 3<sup>r</sup>-3°. Copia saec. XVII collectionis Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 404.*

*Citatur n. 36 in epistola Eugenii IV ad legatos pontificios in concilio Basiliensi, 31. aug. 1434 (cf. doc. n. 40) et apud IOHANNEM DE SEGOVIA cap. 7; cap. 19 = Mon. Conc. 2, 760-761, 790-791. Ed. CECCONI n. 27, pag. 66-67, sat imperfecte.*

*Tenoris similis est documentum n. 37, quo Christophoro Garatoni facultas committitur, tractandi cum Iohanne VIII imperatore et Ioseph II patriarcha de unione ecclesiarum, dum in documento n. 36 eadem facultas eidem datur, tractandi cum patriarcha Armenorum.*

*Documentum n. 37. citatur in epistola Iohannis VIII imperatoris ad concilium Basiliense, 12 nov. 1434; cf. CECCONI n. 41, pag. 113.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO CHRISTOFORO GARATANO MAGISTRO IN ARTIBUS, CONTINUO COMMENSALI ET SECRETARIO NOSTRO AC APOSTOLICE SEDIS NUNCIO SALUTEM ETC.

Inter omnes curas, que ex apostolice dignitatis officio ex suprema dispositione nobis credito, cordi nostro semper insistent, illam precipuam facimus, ut omnes christiane religionis professores in vere pacis vinculo iunctos esse videamus, ut, quemadmodum divina gratia pari sunt sorte vocati, sic eius religionis auctorem eodem veritatis lumine intelligant et sequantur, idem sit spiritus, idem caritatis affectus iuxta illud, quod de sanctis legimus 'multitudinis credentium erat cor unum et anima una'.

Cumque ex hiis, que literis ad nos directis vidimus de Armeniorum dispositione ad veram recognitionem sancte Romane ecclesie, spem bonam de eorum reductione susceperimus, ut qui per tanta temporum spatia a nobis seiuncti sunt, in unam tandem fidei pietatem cum sancta Romana ecclesia convertantur,

te, fide et sapientia in nostris et prefate Romane ecclesie arduis negotiis longa experientia comprobatum ac precipue huius pacis et unitatis zelatorem, de venerabilium fratrum nostrorum consilio, commissarium nostrum et sedis apostolice ac specialem nuntium tenore presentium constituimus et etiam deputamus. Quem etiam ad ipsam Armeniorum ecclesiam veluti pacis angelum providimus destinandum, tibi que cum venerabili fratre nostro patriarcha Armeniorum necnon cum omnibus aliis et singulis et venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis, principibus, universitatibus, communitatibus, collegiis et aliis quibuscunque, tam ecclesiasticis quam secularibus, cuiusvis status, ordinis, preeminentie, gradus vel conditionis existant, coniunctim et divisim proponendi, promovendi, tractandi, conveniendi, practicandi et concludendi circa unionis et reductionis

10 reductione Ms. 15 spetialem Ms. 21 prehementie Ms. 22 circha Ms. || redutionis Ms.

8 cf. Act. 4, 32.

eorum partes ac de locis et temporibus huiusmodi unionis et reductionis tractande et sequende, item de una forma, modo, ordine et personis, quibus et cum quibus tam pia et sancta opera tractari, concludi et finiri possint et debeant, insuper agendi, gerendi, statuendi, disponendi et ordinandi omnia et singula, que in premissis et circa premissa discretioni tue necessaria videbuntur aut quomodolibet opportuna, auctoritate apostolica plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem, gratum et ratum habituri, quicquid in premissis tractari per te, concludi et disponi contigerit, idemque faciemus auctore domino inviolabiliter observari. Tu igitur iniunctum tibi huiusmodi oneris officium pro nostra et apostolice sedis reverentia suscipias, quo fructus proveniant, quos speramus, et tu pro susceptis meritum consequaris felicitatis eterne.

Datum Florentie anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, tertio idus iulii, pontificatus nostri anno quarto.

Collationatum per me Antonium. A. Schonaw (?).

### 38.

*Eugenius IV Isaiam episcopum Armenum ad unionem ecclesiasticam amplectendam invitat.*

*1434 iul. 13 Florentiae.*

*Citatur in responso Isaiæ episcopi ad Eugenium IV, 1 nov. 1434; cf. CECCONI n. 40, pag. 111.*

*Etiā anno 1433 Isaias epistolam Eugenii IV accepisse videtur; nam dicit: sicut anno præterito contuli cum venerabili viro Christophoro Garatono... ita etiam nunc præfato Christophoro.*

### 39.

*Eugenius IV patriarcham Armenorum Constantinum VI ad unionem ecclesiasticam amplectendam invitat.*

*1434 iul. 13 Florentiae.*

*Citatur in epistola Isaiæ episcopi, 1 nov. 1434; cf. CECCONI n. 40, pag. 111, et innuitur clare in epistola Eugenii IV ad Christophorum Garatoni, 13 iulii 1436 (cf. doc. n. 36).*

### 40.

*Eugenius IV Iohannem IV imperatorem Trapezuntis ad unionem ecclesiasticam amplectendam hortatur.*

*1434 iul. 15 Florentiae.*

*Citatur in responso Iohannis IV imperatoris, 18 oct. 1434., edito a CECCONI n. 35, pag. 104.*

<sup>4</sup> circha Ms.



## 41.

*Eugenius IV concilio Basiliensi gratias agit pro caritate eique nuntiat se legatis suis scripsisse, quid cum oratoribus Graecorum nunc Basileae commorantibus de causa unionis Graecorum egerit.*

1434 aug. 30 Florentiae.

*Copiae coevae (?) Aquicinctensis (Anchin) et domini Chauvelin, quas Martène consuluit.*

*Edd. MARTÈNE 8, 736-737; MANSI 29, 1231 C - 1232 A; 30, 846 E - 847 C.*

*Eam partem, quae de unione Graecorum agit, edam.*

*Oratores Graecorum fuerunt Demetrius Palaeologus, Isidorus hegumenus (postea factus metropolitani Kioviensis), Iohannes Disypatus (Dissipatus). Eorum epistola credentialis 11 nov. 1433, in archivo Vaticano conservatur: AA Arm. I-XVIII, 394; fuit edita, sed sine indicatione exacta loci, ubi deposita sit, ab A. THEINER - FR. MICLOSICH, Monumenta spectantia ad unionem ecclesiarum Graecae et Romanae (Wien 1872) 44-45; versio latina etiam alibi, e. gr. CECCONI n. 15, pag. 38.*

*De epistola patriarchae cf. Mon. Conc. II, 756-757.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILIBUS FRATRIBUS AC DILECTIS FILIIS IN SACRO BASILIENSI CONCILIO CONGREGATIS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Advenientibus ad nos etc.

Ceterum cum audiamus oratores carissimi in Christo filii Iohannis Paleologi Romaeorum imperatoris apud vos esse ac pro Occidentalis et Orientalis ecclesie unione nonnulla tractare, nos, qui superiori tempore in negotio huiusmodi plurimum laboravimus, quod in ea re tandem egerimus, presidentibus nostris satis plane explicamus. 5

Vos autem ex eis, quae ad eos scribimus, pro sapientia vestra recte arbitrari poteritis, quid cum prefatis oratoribus apud vos agentibus tractare et praticare debeatis.

Datum Florentie anno incarnationis MCCCCXXXIV, III calendas septembris. 10

Jacobus de Viterbio.

## 42.

*Eugenius IV legatis pontificiis concilii Basiliensis nuntiat, quid cum oratoribus Graecorum nunc Basileae commorantibus pro unione Graecorum egerit.*

1434 aug. 31 Florentiae.

*Copia coeva (?) Aquicinctensis (Anchin); IOHANNES DE RAGUSIO = Concilium Basiliense 1, 340.*

*Edd. MARTÈNE 8, 738-740, iuxta codicem Aquicinctensem; MANSI 30, 848; CECCONI n. 31, pag. 93-95.*

*De negotio unionis Romae 1433 inter ecclesiam Romanam et legatos Graecorum in praesentia Sigismundi imperatoris concluso cf. sermonem Andreae archiepiscopi Rhodiensis apud CECCONI n. 11, pag. 28.*

*Fuerunt tunc 36 articuli conclusi, sed propter difficultatem de loco concilii frustrati.*

*De tempore huius tractatus. Inter maium et 11 aug. 1433, cum his mensibus Sigismundum Romae commoratum esse constet.*

*Epistolae Iohannis VIII imperatoris, Ioseph II patriarchae ad Eugenium IV deperditae sunt. Epistola vero Iohannis IV imperatoris Trapezunti ad Eugenium IV apud CECCONI n. 35, pag. 104.*

DILECTIS FILIIS NICOLAO TITULI S. CRUCIS IN IERUSALEM, ET IULIANO S. ANGELI APOSTOLICE  
SEDIS LEGATIS, NECNON VENERABILIBUS FRATRIBUS IOHANNI ARCHIEPISCOPO TARENTINO ET  
PETRO EPISCOPO PADUANO IN SACRO CONCILIO BASILIENSI PRESIDENTIBUS NOSTRIS.  
EUGENIUS PAPA IV.

5 DILECTI FILII ET VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Intelleximus oratores carissimi in Christo filii Iohannis Paleologi Romeorum impera-  
toris venisse ad sacrum generale Basiliense concilium, atque apud nonnullos de ipso sacro  
concilio super modo unionis Occidentalis et Orientalis ecclesie aliqua tractare. Cum autem  
pro ipsa unione, ad quam plurimum affecti sumus, et nos dudum aliqua tractaverimus,  
10 dignum duximus ea vobis nota facere, ut quid cum ipsis oratoribus agendum videatur,  
plenius cognoscatis.

Anno preterito super huiusmodi negotio cum oratoribus prefati Iohannis imperatoris,  
qui Romam ad nos venerunt, una cum fratribus, assistente etiam carissimo in Christo filio  
nostro Sigismundo Romanorum imperatore semper augusto, plura practicavimus. Tandem,  
15 cum in hoc viderentur persistere, ut in civitate Anchone prelati et alii in numero copioso  
ex utraque ecclesia convenirent, inter quos prefatus Iohannes adesset, et nos cognosce-  
remus rem hanc, prout petebatur, et difficultates et expensas maximas parere, et forsitan  
sine fructu aliquo, pro tunc nihil conclusum extitit.

Sed ad ipsum Iohannem aliquem mittere deliberavimus, qui negotium huiusmodi cum  
20 ipso et venerabili fratre Ioseph patriarcha Constantinopolitano plene tractaret, et super  
eo finalem Iohannis et Ioseph prefatorum ac aliorum intelligeret conclusionem.

Misimus itaque mense iulio anni preteriti dilectum filium, magistrum Christophorum  
Garatonum secretarium nostrum, Grece et Latine lingue peritum, qui post multos ser-  
mones cum prefatis Iohanne imperatore et Ioseph patriarcha et multis aliis ex maioribus  
25 habitos, tandem comperit ipsos omnes id eligere, ut unus legatus a sede apostolica cum  
prelatis et aliis viris doctissimis ad urbem Constantinopolitanam transmittatur, ubi et  
prelati et alii maiores una cum ipso Iohanne imperatore pariter conveniant, ibique per  
viam disputationis veritate patefacta, utraque ecclesia optatum unionis et pacis conse-  
quatur effectum,

30 et super his litteras dictorum Iohannis imperatoris et Ioseph patriarche etiam rece-  
pimus id clare continentem, et quod plus est, carissimus in Christo filius imperator Tra-  
pezenus et plurimi ei adherentes in hoc pari voto conveniunt, que cum per prefatum  
Christophorum ad nos revertentem delata essent, parato animo acceptavimus.

Nam et id nos plurimum optabamus, quoniam per hunc modum de ipsa unione et  
35 concordia bona spes redditur, et multo minori impensa opus erit.

Accedit ad hoc, quod venerabilis patriarcha Armenorum eo tempore etiam Constantinopolim venturus sit.

Et in hanc unionem pariter consensimus, ut in domino speramus. Propterea mense iulii praeterito ipsum Christophorum Constantinopolim iterum misimus cum nonnullis capitulis, que menti utriusque partis plane satisfacere videntur. Ipsique iniunximus, ut secundum ipsorum tenorem cum prefatis Iohanne imperatore, Ioseph patriarcha et aliis supradictis concludat. Super quo sibi plenum mandatum dedimus. Horum quidem capitulorum copiam ad vos misimus, et iterum mittimus. Vestre igitur circumspectiones ex his arbitrari poterunt, quid cum prefatis oratoribus apud ipsum sacrum concilium agentibus tractare et praticare debeatis.

Datum Florentie sub annulo nostro secreto die ultimo augusti, pontificatus nostri anno IV.

A. de Florentia.

### 43.

*Eugenius IV concilio Basiliensi nuntiat se post Nicolai Albergati et Iohannis cardinalium ex concilio Basiliensi ad curiam pontificiam reditum responsurum esse ad ea, quae concilium Basiliense sibi per epistolas et per nuntium Simonem Freron de rebus cum Graecis concordatis aperuerit.*

*1434 oct. 20 Florentiae.*

*Copia coeva (?) Aquicinctensis (Anchin).*

*Edd. MARTÈNE, 8, 755; MANSI, 30, 864 A-E; CECCONI, n. 36, pag. 105-106.*

*cf. relationem Simonis Freron legati concilii Basiliensis de actis cum Eugenio IV Florentiae, 30 oct. 1434, apud CECCONI n. 37, pag. 107-108.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILIBUS FRATRIBUS ET DILECTIS FILIIS IN SACRO GENERALI BASILIENSI CONCILIO CONGREGATIS SALUTEM ETC.

His proximis diebus, tum per litteras vestras, tum etiam per dilectum filium magistrum Simonem Freron, nuncium ad nos destinatum, satis cognovimus, que inter vos et carissimi filii in Christo Iohannis Paleologi Romeorum imperatoris ac venerabilis fratris Ioseph Constantinopolitani patriarche oratores super unione Orientalis ecclesie tractata et conclusa sunt.

Credimus plurimos ex vobis non latere, quanto cordis desiderio ad eam sanctissimam unionem semper affecti fuerimus. Primum namque apud felicitis recordationis Martinum Papam V predecessorem nostrum pro viribus nostris laboravimus.

Iterum, post eius obitum, quecumque ipse predecessor noster promoverat, fuimus diligenter exsecuti. Invenimus multa valde bona et ad ipsam unionem commodissima, que

10 praticare Ms.

etiam prefato Iohanni imperatori et Ioseph patriarche multum consona videntur, quemadmodum ex litteris ipsorum plane intelleximus. Ob quam rem exultantes in domino eique offerentes hostiam iubilationis et laudis, oratorem nostrum ad eos iterum destinavimus, qui veluti convenire videmur, premissa concludent, sicut alias per venerabiles fratres presidentes nostros latius insinuavimus vobis.

Cum itaque in unum huius sancte unionis et pacis finem conveniamus, speramus rem hanc iuxta utriusque nostrum desideria esse successuram; ad quam quidem omne ingenium et posse nostrum, prout necessarium et utile fuerit, iterum inpresentiarum offerimus. Verum enim dilecti filii nostri Nicolaus tituli Sancte Crucis in Ierusalem et Iohannes tituli Sancti Petri ad Vincula, sacre Romane ecclesie presbyteri cardinales, ad nos ex sacro concilio proficiscentes, apud nos in proximo exituri sunt, paulisper responsioni vobis faciende supersedemus. Ut enim ad consequendum integrum consummatumque huius negotii finem nihil deesse videatur, nobis et venerabilibus fratribus nostris visum est de materia huiusmodi prius cum prefatis Nicolao et Iohanne conferre, quos veluti plene informatos et ipsi unitati valde affectos, non dubitamus multum esse valituros.

Itaque, cum primum venerint, cure nostre erit, una cum eis et aliis fratribus nostris, ut ante promisimus, quantum res exegerit, iuxta omnium nostrum desideria plene respondere, sicut in domino, qui bonus est in se sperantibus, indubie confidimus.

Datum Florentie anno incarnationis dominice 1434, XIII kalendas novembris, pontificatus nostri anno IV.

A. de Palazago.

#### 44.

*Eugenius IV metropolitae Ruthenorum eiusque sociis salvumconductum dat.*

*1434 oct. 20 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 306, 25.*

#### LITTERA PASSUS.

EUGENIUS ETC. UNIVERSIS ET SINGULIS VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS, ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS AC DILECTIS FILIIS ABBATIBUS, PRIORIBUS, PREPOSITIS, DECANIS, ARCHIDIACONIS, ARCHIPRESBYTERIS, PLEBANIS, RECTORIBUS ALIISQUE ECCLESIAE, MONASTERIORUM PRELATIS IPSORUMQUE VICES GERENTIBUS, CAPITULIS QUOQUE ET CONVENTIBUS ECCLESIAE ET MONASTERIORUM IPSORUM CETERISQUE PERSONIS ECCLESIASTICIS, SECULARIBUS ET REGULARIBUS ORDINUM QUORUMCUMQUE EXEMPTIS ET NON EXEMPTIS. NECNON CARISSIMIS IN CHRISTO FILIIS REGIBUS ET NOBILIBUS VIRIS, DUCIBUS, PRINCIPIBUS, MARCHIONIBUS, BARONIBUS, COMITIBUS, SENESCALLIS, IUSTICIARIIS, POTESTATIBUS, CAPITANEIS, OFFICIALIBUS, CETERISQUE DOMINIS

9 in om. Ms. 11 exituri] *probabiliter legendum* extituri.

3 cf. *Hebr.* 13, 15. 18 cf. *Thren.* 3, 25.

TEMPORALIBUS, AC EORUM LOCA TENENTIBUS, UNIVERSITATIBUS QUOQUE ET COMMUNITATIBUS CASTRORUM, TERRARUM, VILLARUM ET ALIORUM QUORUMCUMQUE LOCORUM. ET ALIIS UNIVERSIS ET SINGULIS, AD QUOS PRESENTES LITERE PERVENERINT, SALUTEM ETC.

Cum dilectus filius Bolislaus Lituaniae magnus dux suos oratores pro arduis christiane fidei nostris et Romane ecclesie negotiis ad nostram presentiam mittere intendat, nos optantes predictos oratores presentium ostensores cum sociis et familiaribus suis veniendo, morando et redeundo, plena ubique immunitate et securitate gaudere, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, quatenus predictos cum sociis et familiaribus usque ad numerum quadraginta et cum equis, armis, valisiis, arnesiis, ac bonis et rebus aliis pro nostra et sedis apostolice reverentia benigne recommendatos habentes nullam eis in personis, bonis et rebus eorum inferatis iniuriam, molestiam vel offensam, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri. Sed eos potius cum equis, rebus et bonis predictis veniendo, morando, redeundo per passus, portus, terras, districtus, et loca viam absque contradictione vel impedimento quocumque transire et morari libere permittatis, sine solutione alicuius datii, passagii, gabelle, telonei, angarii, perangarii aut alterius oneris vel gravaminis exactione. Et eis, si necesse fuerit, de securo conductu, si a vobis petierint, sic libere providere pro nostra et apostolice sedis reverentia studeatis, quod vestra possit exinde apud nos et sedem apostolicam devotio commendari, presentibus post annum minime valituris.

Datus XIII kal. nov., [pontificatus anno IV].

20

#### LITTERA PASSUS.

EUGENIUS ETC. Litera passus pro Ruthenorum metropolita cum socii[s], familiaribus et equis usque ad numerum quadraginta, cum rebus et bonis, in forma ut supra, non valitura post annum.

Datum XIII kal. nov.

25

#### 45.

*Eugenius IV, quamvis ei displicuerint deliberationes concilii Basiliensis in negotio unionis Graecorum utpote discrepantes a propositionibus papae, nihilominus propter bonum unionis ecclesiarum conclusionibus synodalium Basiliensium assentitur, si a via coepta retrocedere nollent.*

*1434 nov. 15 Florentiae.*

*Copiae coevae, archivi Vaticani, Reg. Vat. 359, 86<sup>r</sup> 87<sup>r</sup>, IOHANNIS DE SEGOVIA, codicis Aquincinctensis (Anchin), Iohannis de Ragusio.*

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1434, n. 17, iuxta Reg. Vat. 359; Mon. conc. 2, 763-764, iuxta Ioh. de Segovia; MARTÈNE 8, 766-768, iuxta codicem Aquicinctensem; CECCONI n. 42, pag. 115-118, iuxta editionem Martène.*

*De Iohanne de Ragusio cf. Concilium Basiliense 1, 342.*

*Pars bullae est mutuata ex epistola pontificia 31 aug. 1434, n. 40, pag. 32 edita.*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI VENERABILIBUS FRATRIBUS ET DILECTIS FILIIS IN SACRO BASILIENSI CONCILIO CONGREGATIS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Existimantes olim, etiam dum eramus in minoribus constituti, quantum esset grata et accepta deo nostro reductio omnium nostrum, qui sub nomine christiano censentur, ad  
5 unum ovile et unicum pastorem, ut vera fides in omnibus eluceret semper et verbo et opere, iuxta possibilitatem nostre infirmitatis egimus, ut Greci ad unitatem Romane atque catholice ecclesie reducerentur. Itaque ante annos plurimos rem hanc multa cum diligentia promovere curavimus, inter cetera, quantum in nobis fuit, apud felicitis recordationis Martinum papam V predecessorem nostrum operam dedimus, ut oratores suos ad carissimum  
10 filium nostrum Romeorum imperatorem et episcoporum Grecorum patriarcham Constantinopolim destinaret; qui cum diversos suos oratores ad ipsum predecessorem misissent, continuata cura solliciti fuimus, ut res ipsa finem optatum sortiretur.

Denuo post assumptionem nostram ad summi apostolatus apicem, eadem renovantes, ut alia pretereamus,

15 anno preterito cum oratoribus prefatorum imperatoris et patriarche, qui Romam ad nos venerunt, una cum venerabilibus fratribus nostris assistente etiam carissimo in Christo filio Sigismundo Romanorum imperatore semper augusto multa practicavimus.

Cumque hi oratores in hoc viderentur persistere, ut in civitate Anchona prelati et alii in numero copioso ex utraque ecclesia convenirent, inter quos et Romeorum imperator adesset,  
20 et nos cognosceremus rem hanc, prout petebatur, expensas maximas et difficultates inextricabiles parere, et forsitan sine fructu aliquo, pro tunc cum eis nihil conclusimus, sed ad prefatos imperatorem et patriarcham aliquem mittere deliberavimus, qui negotium huiusmodi cum ipsis plene tractaret, et super eo finale responsum ipsorum imperatoris et patriarche ac aliorum suorum intelligeret.

25 Misimus itaque mense iulio anni preteriti dilectum filium magistrum Christophorum Garatonum secretarium nostrum, Grece lingue peritum, qui post multos sermones cum prefatis imperatore et patriarcha ac multis aliis ex Grecorum maioribus habitos, tandem comperit ipsos omnes id eligere, ut legatus sedis apostolice cum prelati et aliis ex nostris doctissimis viris ad urbem Constantinopolim transmittatur, ubi et prelati et alii maiores ex ipsis Grecis una cum prefatis  
30 imperatore et patriarcha pari modo convenient, ibique per viam disputationis, sicuti et alias in sexta synodo factum fuit, veritate patefacta, utraque ecclesia optatum unionis et pacis consequatur effectum.

Sic tam ex ipso Christophoro quam ex litteris imperatoris et patriarche predictorum id continentibus plane percepimus. Quodque magis est, carissimus in  
35 Christo filius imperator Trapezuntis et plurimi ei adherentes in hoc etiam pari voto conve-

5 cf. Ioh. 10, 16.

niunt. Que cum per prefatum Christophorum ad nos revertentem delata essent, parato animo acceptavimus. Nam et id plurimum optabamus, quoniam per hunc modum de ipsa unione et concordia bona spes redditur et multo minori impensa, et que tolerabilis sit, opus erit.

Accedit ad hoc, quod patriarcha Armeniorum, veluti per litteras certas nobis constituit, eo tempore etiam Constantinopolim venturus sit, et in hanc rem pariter consensurus, 5 sicuti in Domino bene speramus.

Propterea mense iulii preterito ipsum Christophorum Constantinopolim iterum destinavimus cum nonnullis capitulis, que menti utriusque partis plane satisfacere videntur, ipsique iniunximus, ut secundum ipsorum tenorem cum imperatore et patriarcha ac aliis supradictis omnino concludat, 10 super quo sibi plenum mandatum dedimus,

quod pro dei miseratione amodo factum esse existimamus.

Horum siquidem capitulorum copiam dudum per nostros presidentes ad vos deferri iussimus.

Post hec vero dilectus filius Simon Freron nuncius vester, cum vestris litteris conclusa quedam inter vos et oratores ipsorum imperatoris et patriarche continentibus ad 15 nos venit, que legimus diligenter, vestramque affectionem circa tam pium opus in domino commendavimus.

Verum hoc paulum admirari cogimur, quod in re tanta et tam gravi, tamque diu desiderata et a nobis tractata, aliud per vos conclusum sit, non solum nobis inconsultis, verum etiam irrequisitis et insciis, presertim cum ea sint conclusa et promissa, que ex 20 pluribus causis non tantum difficilia, sed etiam impossibilia multis esse videantur, et que non spem rei conficiende, sed desperationem potius afferant menti nostre.

Affectionem tamen vestram, ut premisimus, meritis laudibus commendamus, ex quibus fit, ut ad eam rem diligentius animadvertendum esse videatur. A vobis namque uno modo conclusum est, orator noster forsitan et verisimiliter alio modo conclusit. 25

Quid, si uno tempore de eadem re due varie et diverse fiant conclusiones? Profecto ridiculum erit, et quod magis est, forte ex hac dissentione scandalum pariturum, saltem non parvum dedecus nobis omnibus allaturum. Quid preterea, si iuxta modum conclusionis vestre ad eam unionem pertingere, veluti expertissimi viri autumant, impossibile esse contingat, nonne ad pudorem et confusionem cedet totius catholice militantis ecclesie? 30 Que ne accidant, summopere cavendum est. Illa igitur media nobis et venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus eligenda videntur, que breviora atque expeditiora sunt, et ad eius sanctissime unionis finem consequendum magis verisimilia.

Hec non ad obviandum rebus per vos gestis scribimus, cum et ad eundem finem, quem vos optatis, nostra tendit oratio, et idcirco nostra parum referat, qua via aut quo 35 medio is finis sequatur. Sed hec ad pleniorum informationem vestram, verumtamen, ut nostram sinceram et puram voluntatem plane perspiciatis, si omissis, que supra diximus, per eum modum, quo cum prefatis oratoribus conclusistis, rem ipsam tandem prosequi intenditis, ex nunc pure et libere nostrum, prout petitis, prebemus assensum.

Datum Florentie anno incarnationis dominice MCCCCXXXIV, XVII kalendas decembris, pontificatus nostri anno quarto. 40

## 46.

*Eugenius IV concilio Basiliensi oratorem suum Christophorum Garatoni commendat.*

*1435 febr. 20 Florentiae.*

*Commemoratur apud IOHANNEM DE SEGOVIA 9, cap. 9 = Mon. conc. 2, 786.*

*Edd. CRABBE 3, 326; HARDOUIN 8, 1591 A-B; MANSI 29, 578 D - 579 A; CECCONI n. 46, pag. 125. HARDOUIN, MANSI, CECCONI sequuntur CRABBE.*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI VENERABILIBUS FRATRIBUS ET DILECTIS FILIIS IN SACRO BASILIENSI CONCILIO CONGREGATIS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Mittimus illuc dilectum filium Christophorum Garatonum magistrum in artibus, secretarium et familiarem nostrum, quem anno preterito circa sanctissime unionis materiam  
5 inter Occidentalem et Orientalem ecclesias Constantinopolim misimus. Rediit autem, et circa materiam predictam plene de omnibus informatus est. Quamobrem fraternitates et devotiones vestre in tam sancto et divino opere illum audire velint, sibi que in relationibus suis plenam et credulam fidem adhibere.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo trigesimo  
10 quarto, decimo kalendas martii, pontificatus nostri anno quarto.

R. de Valentia. A. de Florentia.

## 47.

*Eugenius IV legatis pontificiis concilii Basiliensis dat facultatem, ut cum oratoribus Graecis ultimas conclusiones iuxta tenorem capitulorum inter papam et Graecos concordatorum faciant, dummodo synodales Basilienses ideam concilii Constantinopoli celebrandi acceperint.*

*1435 febr. 22 Florentiae.*

*Copiae coeuvae codicis Aquicinctensis (Anchin), Iohannis de Segovia 9, cap. 19, Iohannis de Ragusio.*

*Edd. MARTÈNE 8, 806 D - 809 D, iuxta codicem Aquicinctensem; Mon. conc. 2, 792-794 (IOH. DE SEGOVIA); MANSI 30, 910 C - 913 A, et CECCONI n. 48, pag. 128-131, iuxta editionem MARTÈNE.*

*De Iohanne de Ragusio cf. Concilium Basiliense 1, 351.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO IULIANO TITULO S. SABINE SANCTE ROMANE ECCLESIE PRESBYTERO CARDINALI APOSTOLICE SEDIS LEGATO, AC VENERABILIBUS FRATRIBUS IOHANNI TARENTINO ARCHIEPISCOPO ET PETRO PADUANO EPISCOPO NOSTRO ET APOSTOLICE SEDIS NOMINE IN SACRO GENERALI CONCILIO BASILIENSI PRESIDENTIBUS, SALUTEM ET APOSTOLICAM  
15 BENEDICTIONEM.



Mense preterito dilecti filii nobiles viri Georgius et Emanuel Dissipato una cum oratore nostro, quem Constantinopolim miseramus, ad nos venerunt, per carissimum filium Iohannem Paleologum Romeorum imperatorem illustrem, ac venerabilem fratrem Ioseph patriarcham Constantinopolitanum ad nos destinati, qui nobis, quecumque inter prefatos imperatorem et patriarcham ac ipsum oratorem nostrum acta sunt, serio retulerunt; 5

ex quibus tum pro affectione et reverentia, quam ipsum oratorem huic sancte apostolice sedi deferre percepimus, tum pro modo, qui in practica venit veluti imperatori Greco et toti fere Grecie accomodo, de consequenda santissima unione spem bonam concepimus.

Horum oratorum opera fuit et quidem cum multa instantia, ut capitula, que ultimo loco Constantinopolim misimus, et que infra sequuntur, aliquibus additis, confirmare velimus, asserentes, nullo pacto ex modo per alios oratores apud sacrum concilium Basiliense concluso, ad optatam unionem deveniri posse.

Nos autem, quantum ad ipsa capitula pertinet, plene respondimus, ostendimusque alia adiectione opus non esse, sed capitula illa plene intellecta ad complendam materiam huius sancte unionis plene sufficere. 15

Quo factum est, ut prefati oratores in eum modum, quem ex dictis capitulis declaravimus, assentire decreverint, dicentes se ab ipsis imperatore et patriarcha in mandatis habere, ut declarationi et modificationi nostre, si quam facere contingeret, suum darent assensum. Et hac de causa petierunt iterum ipsa capitula sic declarata confirmari. 20

Nos vero, etsi modus iste iuxta ipsa capitula ad consequendum optatum finem melior et aptior videatur, non tamen petitioni ipsorum acquievimus, obstantibus his, que per alios oratores cum ipso sacro concilio aliter et longe diverso modo conclusa sunt.

Quamobrem de consilio venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium oratores ipsos ad prefatum concilium remittere decrevimus, qui que acta sunt, referent, ac prefati imperatoris mentem, postulationem, et quecumque ad rem pertinentia nota facient, ut ipsum sacrum concilium ea omnia intelligens, ad liquidum id possit eligere, quod ad huiusmodi unionem consequendam propius accedere videatur. Si itaque auditis et recensitis omnibus, prefatum sacrum concilium eorum postulationi iuxta formam capitulorum, de quibus supra diximus, annuere statuerit, et nos etiam parati sumus assentire, atque in huius rei eventum vobis, de quibus specialem in domino fiduciam obtinemus, cum prefatis oratoribus et aliis, quos pro parte dictorum imperatoris et patriarche communiter vel divisim forsitan intervenire contigerit, nostro et apostolice sedis nomine promovendi, tractandi, concludendi et firmandi ac disponendi et ordinandi iuxta ipsorum capitulorum continentiam, de predictorum fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem. 30 35

Tenor capitulorum in forma talis est.

Sanctissimus dominus noster Eugenius divina providentia papa IV pro gerenda sanctissima unione, ut supra premittitur, mittet ad partes Orientales, presertim ad civitatem Constantinopolitanam unum ex reverendissimis patribus sancte Romane ecclesie cardinalibus legatum de latere, cum prelati, doctoribus, magistris et aliis, ut sibi opus esse videbitur, cum ampla facultate agendi et faciendi omnia et singula, per que prefata unio et caritas inter Orientalem et Occidentalem ecclesias predictas suum plenum consequatur effectum. 40

Item quod prefatus legatus cum predictis prelatiſ etiam hinc iter arripiet cum galeis verſus civitatem Constantinopolitanam infra annum, poſtquam hec capitula per ipſum dominum papam fuerint confirmata, et iter ſuum continuabit iuxta poſſe, quamdiu perveniat ad dictam civitatem Constantinopolitanam.

Item, quod ſereniſſimus dominus Iohannes imperator et reverendiſſimus dominus Ioseph patriarcha predicti interim operam dabunt cum effectu ſuis propriis expenſis, ut qui pro parte ſua fuerint evocandi, evocentur. Et placet ſanctiſſimo domino noſtro, quod fiat ſynodus generalis ex parte eccleſie Orientalis ex omnibus nationibus ipſi eccleſie ſubiectis ſeu adherentibus, ita ut infra 10 menſem a die adventus dicti legati ad civitatem Constantinopolitanam predictam, omnes, qui venturi ſunt, venient, et preſertim reverendi patres domini patriarche Antiochenſis et Ieroſolymitanus etc. Et ſtatim finito illo menſe procedatur ad proponendum, diſputandum, diſcutiendum et concordandum ſuper differentiis inter utramque eccleſiam.

Item, quod prefatus legatus tamquam legatus ſedis apoſtolice ſuſcipietur, tractabitur et honorabitur per dictum ſereniſſimum imperatorem et reverendiſſimum dominum patriarcham et ſuos, ſicut legati ſedis apoſtolice de latere ſolent ſuſcipi, tractari et honorari. Similiter omnes prelati, doctores, magiſtri et alii, qui cum eo venient, tractabuntur et honorabuntur, ut tales tractari et honorari ſolent.

Item, quod prefatus legatus gaudebit plena ſecuritate et libertate, ita quod libere poterit ad 20 prefatam civitatem Constantinopolitanam venire, stare, redire, quandocumque ſibi videbitur et placebit, ſine ulla moleſtia, iniuria, vel offeſa, iuxta omnem poſſibilitatem predictorum dominorum imperatoris et patriarche et ſuorum, etiamſi contingat dictam unionem, quod abſit, non ſequi; et idem per omnia de omnibus et ſingulis prelatiſ, doctoribus, magiſtris et aliis, qui venient, ſtabunt et redibunt cum dicto legato, vel ſeparatim ab eo. Inter cetera, quod in diſputationibus, que fient, 25 licebit prefatiſ domino legato, prelatiſ, doctoribus, magiſtris et aliis libere proponere, promovere, arguere, reſpondere, replicare et dicere, quantum et quotiens eis videbitur opportunum, pro intelligenda, declaranda, et conſequenda veritate, ut decens eſt. Et ſimiliter liceat omnibus, qui ex parte eccleſie Orientalis predicte ad diſputandum fuerint, ita quod in ipſiſ diſputationibus, proſitionibus et dictiſ utraque pars ſe invicem benigne ſupportet et honoret, verbis indecentibus omnino ceſſantibus, et omnia cum pace et caritate fiant. Nam alias ad ipſam veritatem pervenire impoſſibile eſſet.

Item, quod congregatiſ prelatiſ et aliis ex utraque parte, ut ſuper premittitur, procedatur per viam diſputationis arguendo et reſpondendo, ut ſupra, et ut diſputantium moriſ eſt, interponendo pro argumentorum diſpoſitione auctoritates evangeliorum et aliarum ſanctarum ſcripturarum atque etiam ſanctorum patrum et doctorum.

Item, quod quicquid ſuper differentiis inter utramque eccleſiam exiſtentibus ex communi concordia utriuſque partiſ concludetur et ordinabitur, inviolabiliter ſervari debeat per utramque partem, et mandetur ſub penis et cenſuris debitiſ per omnes ſubditos utriuſque eccleſie tam Occidentaliſ quam Orientaliſ inviolabiliter ſervari et illibate cuſtodiri, ſicque ut idem velle et ſapere omnes huiſce ſancte religioniſ auctori Chriſto deſerviant, et in unitate ſpirituſ ſancti pariter intendant.

40 Datum Florentie anno incarnationiſ dominice MCCCCXXXV, VIII calendas martii, pontificatuſ noſtri anno IV.

Ego Iordanuſ epiſcopuſ Sabinenſiſ manu propria ſubſcripiſ.

Ego Antoniuſ tituli Sancti Marcelli preſbyter cardinaliſ propria manu ſubſcripiſ.

Ego N[icolauſ] tituli Sancte Crucis preſbyter cardinaliſ manu propria ſubſcripiſ.

Ego Io[hannes] cardinalis Sancti Sixti manu propria subscripsi.

Ego F[ranciscus] tituli Sancti Clementis presbyter cardinalis manu propria subscripsi.

Ego Lucidus Sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis manu propria subscripsi.

A. de Palazago.

A. de Florentia.

5

48.

*Eugenius IV ad concilium Basiliense Christophorum Garatoni et duos oratores Graecorum mittit, ut cum iisdem de via meliore ad unitatem ecclesiae Graecae et Latinae mediante concilio oecumenico habendam discutatur.*

*1435 febr. 22 Florentiae.*

*Copiae coevae, codicis Aquicinclensis (Anchin), Iohannis de Segovia 9, cap. 19, Iohannis de Ragusio.*

*Edd. MARTÈNE 8, 805 A - 806 C.; Mon. conc. 2, 789 - 790 (IOH. DE SEGOVIA); MANSI 30, 909 A - 910 B, et CECCONI n. 47, pag. 126-127, iuxta MARTÈNE.*

*De Iohanne de Ragusio cf. Concilium Basiliense 1, 351.*

*Duo oratores Graecorum fuerunt fratres Georgius et Emanuel Disypatos.*

EUGENIUS ETC. VENERABILIBUS FRATRIBUS ET DILECTIS FILIIS IN SACRO BASILIENSI CONCILIO CONGREGATIS SALUTEM ETC.

Iam pridem orator noster, quem, ut alias scripsimus, mense iulio preterito Constantinopolim misimus, ad nos reversus est. Cum eo venerunt duo oratores carissimi in Christo filii Iohannis Paleologi Romeorum imperatoris illustris, et venerabilis fratris Ioseph Constantinopolitani patriarche, videlicet dilecti filii nobiles viri Georgius et Emmanuel Dissipato germani fratres ad nos destinati.

Ex his plane intelleximus, quicquid inter prefatos imperatorem et patriarcham et ipsum oratorem nostrum in re sanctissime unionis consequende actum fuerit. Audivimus inter cetera, quanto amore et reverentia imperator ipse sanctam Romanam ecclesiam complectatur ac dignitatem sedis apostolicae veneretur. Ex qua re de conficienda illa unione sanctissima optimam spem non indigne concepimus.

Horum oratorum opera apud nos fuit, ut capitula, que ultimo Constantinopolim misimus, a nobis peterent confirmari, paucis tamen additis, que ad rem facere videbantur, asserentes, nullo pacto ad ipsam unionem deveniri posse per eum modum, quem alias oratores, qui ex Constantinopoli ad nos venerant, vobiscum conclusisse intelligunt.

Nos vero, quantum ad ipsa capitula pertinebat, plene respondimus, ostendimusque nullius adiectionis opus esse. Sed capitula illa iuxta plenum intellectum ad eam rem conficiendam integre satisfacere. Quo factum est, ut prefati oratores in eum modum,

18 sqq. cf. doc. n. 47, pag. 39.

quem ex ipsis capitulis declaravimus, consentire decreverint, dicentes se ab imperatore et patriarcha prefatis hoc in mandatis habere, ut declarationi et modificationi nostre, si quam facere nos contingeret, suum prestarent assensum, ob quam rem petierunt iterum prefata capitula sic declarata a nobis confirmari.

5 Nos autem etsi hic modus ad consequendam ipsam unionem melior et aptior, immo ferme solus videtur, horum tamen postulationi continuo non acquievimus, obstantibus his, que per alios oratores apud vos aliter et longe diverso modo conclusa sunt, utpote qui ex omni parte pacem, unitatem, concordiam querimus.

Decrevimus itaque, consilio venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium oratores istos ad vos remittere, et ut circumspeditiones vestre, quecumque a prefatis imperatore et patriarcha ad nos detulerunt ad liquidum intelligant, ac tandem id possint eligere, quod ad conficiendam servandamque illam sanctissimam unionem melius et commodius accedere videatur. Si auditis recensitisque omnibus, que hii oratores ad nos attulerint, eorum postulationi iuxta modum capitulorum, de quibus  
10 supra diximus, annuere censueritis, et nos parati erimus vobis annuentibus consentire, et iuxta modum predictum, qui ut premisimus, eligibilior et aptior nobis semper visus est, causam suscipere.

Si vero iuxta modum inter vos et alios oratores conclusum causam hanc prosequi statueritis, nec nos intendimus dissentire, quamvis modus ipse a multis pene impossibilis  
20 iudicetur.

Rogantes omnipotentem deum, ut quod hominibus impossibile videtur, pro sua misericordia reddatur facile. Ut enim alias scripsimus, nostra parum refert, qua via, aut quo medio is finis sequatur, dum tamen sequatur.

Ille autem divinus spiritus, in cuius nomine omnis sancta synodus congregatur, det  
25 vobis id ipsum sapere secundum Iesum Christum, quo eterno patri gratum reddatis servitium, semenque vestrum cadens in terram bonam fructum centuplum afferat in patientia.

Datum Florentie anno incarnationis dominice MCCCCXXXV, octavo calendas martii, pontificatus nostri anno IV.

Iohannes de Steccatis.

#### 49.

*Eugenius IV legatis concilii Basiliensis, scilicet Iohanni Bachenstein et Matthaeo Mesnage, responsum dat, in quo etiam unio Graecorum tractatur.*

1435. aug. 9 Florentiae.

*Copia coeva Iohannis de Segovia 9, cap. 29.*

*Ed. Mon. conc. 2, 815-816, cum correctionibus in 4, 93.*

1 quo Ms.

25 cf. Rom. 15, 5. 26-27 cf. Luc. 8, 15.

RESPONSIO PAPE MANU SECRETARII, COPIA CEDULE PER DOMINUM POGIUM SECRETARIUM PAPE  
DOMINIS AMBASIATORIBUS SACRI CONCILII OBLATE.

Sanctissimus dominus papa venerabilibus viris, oratoribus sacri Basiliensis concilii, super propositis et petitis per eos responsum requirentibus hoc modo respondit, quod mens et intencio ac omne studium suum semper fuit intendere et vigilare ad ea, que honorem dei, salutem animarum ac bonum totius ecclesie et reipublice christiane concernerent, signanter ad extirpacionem heresum, reformationem morum ac pacem populi christiani et specialiter ad reductionem Grecorum et ecclesie Orientalis ad veram et catholicam fidem. 5

In qua re quantum laboravit, primum Constancie, deinde Rome tempore felicitis recordationis Martini papae V predecessoris sui, dum esset in minoribus, postremo, postquam ad apostolatus apicem assumptus fuit, fere omnibus notum est, ita ut non ociose estimet, quod, si in ea re sibi credulitas fuisset adhibita, iam ad optimum finem proventum fuisset, aut saltem eiusmodi reductio magnum principium haberet. 10

Quantum eciam ad negocium indulgentiarum, electionum, annatarum, causarum, et vocaciones scriptorum et abbreviatorum Romane curie, respondit, quia materie grandes sunt et discussione ac declaracione indigent, se una cum fratribus suis sancte Romane ecclesie cardinalibus decrevisse respondere per suos sacro concilio; quod quam primum facere intendit, sperans responsiones suas tales esse debere, quod iusticie et honestati conveniant, ipsique sacro concilio et omnibus pie sencientibus ad dei honorem, caritatem et pacem, ac bonum universalis ecclesie grate et accepte merito sunt etc. 15 20

Et ego Pogius, domini nostri pape secretarius, suprascriptam responsionem de mandato Sue Sanctitatis scripsi manu propria et subscripsi etc.

SUPRASCRIPTIO :

VENERABILIBUS FRATRIBUS ETC. 25

RESPONSIO PAPE SUB BULLA EIUS.

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILIBUS FRATRIBUS AC DILECTIS FILIIS IN SACRO CONCILIO GENERALI BASILIENSI CONGREGATIS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENE-DICTIONEM.

Venientes ad nos dilecti filii Iohannes de Bachenstein, decretorum doctor, et Matheus Me[s]nage, magister in artibus et baccalarius in decretis, nonnulla, ex parte vestra nobis exposuerunt. 30

Hos parato animo et decenti honore suscepimus eis gratam audienciam dedimus, demum ad eorum proposita succincte respondimus, promittentes nos per oratores nostros lacius et plenius vobis ad singula responsuros. 35

Itaque devociones vestras exhortamur in domino, ut quecumque hii omnes ex parte nostra dicturi sunt, grate et benigne audire velitis; speramus enim ea talia futura esse,

8 reduccionem *Ms.*    14 reductio *Ms.*    15 eleccionum *Ms.*

que veluti pietati et iusticie conveniencia vobis et omnibus in Christo pie sentientibus ad honorem dei, caritatem et pacem ac bonum universalis ecclesie merito sunt accepta.

Datum Florencie anno incarnationis dominice MCCCCXXXV, quinto idus augusti, pontificatus nostri anno quinto.

## 50.

*Eugenius IV concilio Basiliensi per legatos suos Antonium de S. Vito auditorem causarum palatii apostolici et Ambrosium Traversari generalem ordinis Camaldulensium responsum dat, in quo etiam complura de unione Graecorum habentur.*

*1435 aug. 12 et oct. 7 Florentiae.*

*Ms. probabiliter saec. XV, quo CRABBE usus est; copia coeva Iohannis de Segovia 9, cap. 29. Editionem CRABBE praefero.*

*Edd. CRABBE 3, 270-272; Mon. conc. (SEGOVIA) 2, 815-819 cum correctionibus in 4, 92; MANSI 29, 459 A - 463 A, iuxta CRABBE.*

5 SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER PAPA VENERABILIBUS VIRIS ORATORIBUS SACRI BASILIENSIS CONCILII SUPER PROPOSITIS ET PETITIS PER EOS RESPONSUM REQUIRENTIBUS, HOC MODO RESPONDIT :

Quod mens et intentio ac omne studium suum semper fuit, intendere et vigilare ad ea, que honorem dei, salutem animarum, ac bonum totius ecclesie et reipublice christiane concernerent, si-  
10 gnanter ad extirpationem heresum, reformationem morum ac pacem populi christiani, et specialiter ad reductionem Grecorum et ecclesie Orientalis ad veram et catholicam fidem. In qua re quantum laboraverit, primum Constancie, deinde Rome tempore felicitis recordationis domini Martini pape quinti predecessoris sui, dum esset in minoribus, postremo, quantum ad apicem apostolatus assumptus fuit, fere omnibus notum est, ita ut non otiose extimet, quod si in ea re sibi credulitas  
15 fuisset adhibita, iam ad optimum finem perventum fuisset, aut saltem huiusmodi reductio magnum principium haberet.

Quantum autem ad negocium indulgentiarum, electionum, annatarum, causarum et vocationum scriptorum et abbreviatorum Romane curie respondit :

Quia materie grandes sunt, et discussione ac declaratione indigent, se una cum fratribus suis  
20 sancte Romane ecclesie cardinalibus decrevisse respondere per suos sacro concilio; quod quam primum facere intendit, sperans responsiones suas tales esse debere, que iustitie et honestati conveniant, ipsique sacro concilio et omnibus pie sentientibus ad dei honorem, caritatem et pacem ac bonum universalis ecclesie, grates et accepte merito sunt future.

Poggius.

Ego Poggius domini nostri pape secretarius suprascriptam responsionem de mandato sue sancti-  
25 tatis scripsi manu propria et subscripsi.

5 Oratores concilii Basiliensis fuerunt Iohannes de Bachenstein et Matthaes Mesnage, de quibus cf. bullam Eugenii IV, 9 aug. 1435, in Mon. conc. 2, 816. 8-25 cf. doc. n. 49, pag. 43.

Auscultatum cum originali scripto in schedula papyrea. Et concordat.

Et interfui, quando 12 die mensis augusti millesimo quadringentesimo tricesimo quinto prefatus Poggius in camera sanctissimi domini nostri pape coram multitudine prelatorum, doctorum, et aliorum virorum, respondit se dictam schedulam scripsisse, et dominis Iohanni de Bachenstein decretorum doctori et Mattheo Mesnage in sacra pagina baccalaureo, 5 oratoribus sacri Basiliensis concilii prefatis, ex parte ipsius domini nostri pape presentasse.

Ita est. D. Barard, notarius publicus.  
C. Rouselli.

RESPONSIONES FACTE PER ME ANTONIUM AUDITOREM NOMINE FRATRIS AMBROSII PRIORIS GENE- 10  
RALIS ET MEO PRO PARTE SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI NOSTRI DOMINI  
EUGENII DIVINA PROVIDENCIA PAPE QUARTI IN CONGREGATIONE GENERALI AD PETITIONES  
FACTAS PER ORATORES SACRI CONCILII, MCCCCXXXV DIE VII OCTOBRIS.

Nuncii et oratores a sacro hoc generali destinati concilio ad sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum Eugenium divina providencia papam quartum, venerabiles 15 scilicet et doctissimi viri magister Mattheus Mesnage sacre professor theologie et Iohannes Bachensteyn decretorum doctor, iniunctum eis prosequentes, reverendissimi reverendique in Christo patres et domini ceterique vos patres et viri electissimi, plura diversis orationibus ipsis domini nostri beatitudini exposuerunt, eorumque adplacuit [oratio?], corroborantes exhortatorias suas petitiones autoritatibus, tum rationibus, tum quoque persua- 20 sionibus, ornate sane atque discrete.

Que cum omnia reverendissimis paternitatibus et dominationibus vestris nota fore conspicimus, ad uniuscuiusque exhortatorie petiti responsionem descendere congruentius iudicamus quam eorundem dominorum oratorum singula repetamus proposita. Verum non declinantes ab ordine per eos ipsos egregie custodito, vice et nomine ipsius sanctissimi 25 domini nostri, cuius sumus nuncii et oratores immeriti, frater Ambrosius prior generalis et ego Antonius auditor, respondebimus singulis eorum petitionibus, conclusive tamen, ne verbis immorari videamur, ex qua tamen responsione satis aperte collegi poterit, quid eorum quisque dixerit peccieritve.

[1] Ad primum igitur, reverendissimi patres vosque viri elegantissimi, per ipsum ma- 30 gistrum Mattheum primo propositum atque petatum dicimus, quod sanctissimus dominus noster inter alias res quantumcunque graves, reductionem Grecorum et ecclesie Orientalis ad veram et catholicam fidem semper sibi precipuam fecit. In qua quidem re, quantum laboris cureve sumpserit primum Constancie, deinde Rome tempore felicis recordationis Martini pape quinti, postremo, postquam ad apicem apostolatus assumptus fuit, multis notum est, pre- 35 sertim plerisque ex vobis, reverendissimi reverendique patres, sicque viam illam omni quo melius potest studio una cum hoc ipso sacro concilio paratus est prosequi gaudetque plurimum, quod hec reductio Grecorum vobis patribus et dominis reverendissimis facilis videatur, quam quidem primum per sanctitatem suam promotam aliqui philacteriam anti- quam et cantilenam vocabant. Et hec quoad primum. 40

5 Mesnaige CRABBE. 16 Neuartze CRABBE.

33-35 cf. doc. n. 49, pag. 43.

[2] Quo vero ad secundum, hoc est ad materiam indulgentiarum, sic breviter respondemus:

Modus iste habendi pecunias, reverendissimi patres, gravis est, eo quod ex questu proveniat, qui in similibus superiori tempore multa mala attulit exempla christiano populo.

5 Item adventus Grecorum, cuius gratia hoc queritur, omnino incertus est, quamquam eorum oratores aliquid certi conclusisse videantur; nam et alias multa polliciti sunt, que tamen aut rerum vel temporis necessitate vel alia causa mutato consilio non servarunt. Nemo in rem incertam aliquid conferre disponet, sed suspicabitur potius gracia turpis questus et lucri id fieri.

10 Regnum Cypri et insula Rhodi, terrarum christianorum fortissima propugnacula, ex hoc scandalum et iacturam gravem patientur, similiter et multa pia opera, que ad indulgentias huiusmodi promoventur, si contingat hos Grecos non venire, cum et plane arbitritur quispiam nos illusisse, et predam quandam hac fictione quesivisse, et dicet: 'ecce qui in multitudine divitiarum gloriantur, et prevalere voluerunt in vanitate sua', sicque  
15 quod pro pietate quesitum est, ad impietatem ascribetur, quod omnino cavendum videtur, apud eos maxime, qui ad sancta opera convenisse se profitentur.

Quare concludimus, reverendissimi patres, quod omnino ante omnia expectandum sit imperatoris et patriarche finale responsum et habenda certitudo de adventu eorum; qua habita sive per viam indulgentiarum sive alio modo, qui melior et convenientior forsitan  
20 esse videatur, sanctissimus dominus noster se paratum offert ad concurrendum cum hoc sacro concilio et omnes posibles favores impendendum. Et hec quoad secundum.

[3] Ad tertium vero brevissime dicimus, quod ipse sanctissimus dominus noster tunc etiam paratus est cardinales et prelatos et alias literatas personas ad tam pium opus et locum electum mittere, immo et, si contingat eligi locum, ad quem sanctitas sua commode  
25 possit accedere, personaliter interesse curabit;

interim autem deputabit viros aliquos doctissimos, qui super differentiis Latinorum et Grecorum plene conferant et disputent, quamquam ista materia reperiatur plene discussa.

Et hec quoad proposita per venerabilem virum magistrum Mattheum.

*Altera pars sermonis continet responsum ad declarationes legati Iohannis de Bachenstein de decretis concilii Basiliensis, cum unione Graecorum non connexis.*

## 51.

*Eugenius IV ad Iohannem VIII imperatorem mittit Christophorum Garatoni, ut illum de assensu papae punctis inter Graecos et concilium Basiliense concordatis certiore faciat.*

*1435. aug. Florentiae.*

*Citatur in responso Iohannis VIII imperatoris ad Eugenium IV, 11 nov. 1435; cf. CECCONI n. 61, pag. 166.*

15 asscribetur CRABBE.

13-14 cf. Ps. 48, 7; 51, 9.



## 52.

*Eugenius IV ad Ioseph II patriarcham mittit Christophorum Garatoni, ut illum de assensu papae punctis inter Graecos et consilium Basiliense concordatis certiore faciat.*

1435 aug. Florentiae.

*Citatur in responso Ioseph II ad Eugenium IV, 11 nov. 1435; cf. CECCONI n. 60, pag. 164.*

## 53.

*Eugenius IV Sigismundum imperatorem per Ambrosium Traversari hortatur, ut papae contra synodales Basilienses assistat et ut electioni urbis conciliaris, quae papae et Graecis accomoda sit, assentiatur.*

1435 dec. 26 - 1436 ca. ian. 15  
Albae Regiae.

*Copiae coevae sermonum Ambrosii Traversari coram Sigismundo imperatore, 26 dec. 1435 et ca. 15 ian. 1436, indicatae in Deutsche Reichstagsakten 12 (Gotha 1901) 13-16.*

*Edd. MARTÈNE 8, 886-892; MEHUS 1151-1162; MANSI 30, 970-976 iuxta MARTÈNE.*

*Ambrosium Traversari in legatione sua etiam epistolam Eugenii IV imperatori praesentasse probabile est.*

## 54.

*Responsa legatorum Eugenii IV, Nicolai Albergati et Iohannis Cervantes cardinalium, coram concilio Basiliensi de unione Graecorum.*

1436 febr. 17 Basileae.

*Copia coeva Iohannis de Segovia 10, cap. 3.*

*Ed. Monumenta conc. 2, 865-866, cum correctionibus in 4, 95.*

## SEQUITUR CEDULA RESPONSIONIS LEGATORUM PAPE.

Quoniam sanctissimus dominus noster Papa semper desideravit felicem consummationem sanctorum illorum operum, ad que hoc sacrum concilium extitit congregatum, ut evidenter apparet ex adhesione sua dudum prestita et ex consensu dato decreto huius concilii pro reductione Grecorum, ut peramplius eciam sue sanctitatis sanctum propositum<sup>5</sup> et intencio nota fiant in illis, que hoc sacrum concilium visum est a sua sanctitate desiderare, nos Nicolaus tituli S. Crucis et Iohannes S. Petri sancte Romane ecclesie presby-

<sup>5</sup> reductione Ms.

teri cardinales et apostolice sedis legati pro universali bono, et eciam, ut omnis discordie materia precipatur, nomine sanctissimi domini nostri dicimus et offerimus infrascripta.

[1] Et primo quantum ad decretum huius sacri concilii de electionibus, sanctitas sua parata est electiones expectare et illas, si canonicè fuerint, confirmare iuxta formam decreti prenominati, necnon decretum de annatis in hoc sacro concilio publicatum recipere et servare, facta cum effectu provisione sedi apostolice et prelati, quorum interest, iuxta promissionem sacri concilii.

[2] Secundo beatitudo sua in omnibus aliis iustis et rationabilibus petitionibus et sue sanctitati possibilibus vult et intendit sacro concilio complacere et satisfacere.

[3] Tercio, quoniam instat tempus, quo de loco eligendo pro unione Grecorum agi debeat, exhortatur sanctitas sua, deprecatur et requirit sacrum concilium, ut pro consummatione tanti operis, ad quod perficiendum presencia sanctitatis sue est maxime necessaria et ipsi Greci petunt, ut velit eligere locum idoneum tam pro ipso sacro concilio quam pro sua sanctitate et eciam pro Grecis. Nam tempus artat, ut de loci electione tractetur et concludatur immediate, quoniam certissimum est opus esse maxima pecunia et in promptu pro mittendo ad Grecos cum galeis ad eos conducendos, necnon necesse est pacta pro securitate concilii a loco eligendo ac partibus circumstantibus habere et firmare, insuper prelatos et magistros ac doctores necessarios pro tanta re invitare et convocare, et multa alia querere utilissima pro huiusmodi materia componenda.

Facta namque unione sanctissimi domini nostri et concilii in uno loco longe melius dari poterunt vie ad dictas pecunias et ad subsidia opportuna et ad alia preparatoria pro adventu Grecorum facienda, et sic forte non erit opus indulgencias dare; nam per alios modos invenientur pecunie plures et magis in promptu, prout ipsa res requirit, quam sperari verisimiliter ex indulgenciis possit. Ipseque eciam sanctissimus dominus noster ad hoc omnes favores sibi possibiles dabit, et si quid aliud erit appunctuandum inter sacrum concilium et suam Sanctitatem, longe opportunius et perfectius et stabilius fiet ipso sacro concilio et sanctissimo domino nostro in uno loco simul convenientibus. Et hac eciam unione cessabunt multa scandala et dissidia, que ex separatione concilii et pape timentur evenire, et multa similiter bona provenient, et signanter generalis reformacio tam diu desiderata, et indubitanter per totum orbem acceptanda et observanda.

[4] Quarto, si tandem domini de sacro concilio vellent, ut darentur indulgencie, licet iste modus non videatur pluribus conveniens ex multis rationibus et potissime attentis guerris et mala condicione, quibus fere tota christianitas vexatur et exhausta est, nec modus iste credatur sufficere ad tantam pecuniarum summam recuperandam, quanta opus est de presenti, tamen, ut sanctitas domini nostri in hoc eciam videatur morem gerere sacro concilio, paratus est auctoritate apostolica et iuxta observanciam sanctorum patrum, predecessorum suorum Romanorum pontificum et iuxta ritum hactenus in universali ecclesia observatum indulgencias plenarias per universum mundum in forma expediendi publicare sacro approbante concilio, proviso tamen, quod pecunie, que ex dacione huiusmodi indulgentiarum provenient, in alium usum quam reductionis Grecorum non convertantur.

3 eleccionibus *Ms.*    4 elecciones *Ms.*    12 necessaria *Ms.*    14 eleccione *Ms.*    16 neccesse *Ms.*  
18 necessarios *Ms.*    19 utilima *EB.*    26 perfeccius *Ms.*    40 reduccionis *Ms.*

Hec omnia sanctissimus dominus noster per organum nostrum tamquam rationabilia et amplectenda offert et petit acceptari per sacrum concilium pro quiete et pace universalis ecclesie et pro executione efficaciori felicium operum, que sperantur; quod si hec sacrum concilium admittat, ut speramus, fructum maximum et universale bonum inde provenire debere non dubitamus.

5

## 55.

*Eugenius IV Gregorio metropolitae Moldovalachiae ad fidem catholicam converso salvoconductum dat.*

*1436 mart. 11 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 374, 39<sup>o</sup>. 40<sup>r</sup>.*

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1436, n. 27; A. THEINER, Vetera monumenta Slavorum meridionalium. I (Romae 1863) 374; EUD. DE HURMUZAKI, Documente privitôare la Istoria Românilor. I, 2 (Bucuresci 1890), 599-560, iuxta THEINER.*

EUGENIUS IV EPISCOPUS ETC. UNIVERSIS ETC. SALUTEM.

Novissime venerabilis frater noster Gregorius archiepiscopus Moldablachie, spiritus sancti lumine illustratus, veritatem catholice fidei cognoscens ad nostram et ecclesie Romane unitatem et obedientiam redactus est.

Cum autem ad nonnullas partes pro augmento catholice fidei et Romane ecclesie se transferre proponat, nos optantes eundem archiepiscopum cum eius comitiva equitum et peditum et familiaribus in personis, equis et bonis omnibus in eundo, stando et redeundo plena ubique securitate gaudere,

universitatem vestram requirimus et hortamur in domino, subditis vero nostris et gentium armorum capitaneis ubique militantibus districte precipiendo mandamus,

15

quatenus prefatum archiepiscopum cum eius comitiva equitum et peditum, salmis, valisiis, rebus et bonis omnibus per nostra et vestra territoria, passus, portus, pontes et loca quelibet tam per aquam tam per terram transire, stare, ire et redire pro nostra et apostolice sedis reverentia absque solutione gabelle vel alicuius alterius impositionis exactione libere permittatis, nec eidem vel comitive, sociis et familiaribus predictis molestiam sive gravamen aliquod inferatis, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, sed eum benigne recipientes et pertractantes, sibi pro se et comitiva huiusmodi de securo transitu et receptu sic liberaliter providere curetis, ut exinde vestra devotio apud nos et sedem predictam digne commendari valeat.

20

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, V idus marcii, pontificatus nostri anno sexto.

9

## 56.

*Instructiones pontificiae ad nuntios apostolicos de unione Graecorum, etc.*

1436 iun. Florentiae.

*Copia coeva (?)*, adhibita a BINIO, *Concilia*, 4, 1 seqq., copiae posteriores saec. XVI et XVII in bibliotheca Ambrosiana Mediolanensi, P 196 Sup., 58<sup>r</sup>-98<sup>v</sup>, in archivo Vaticano, *Miscell. Arm. II*, n. 20, 250<sup>r</sup>-283<sup>r</sup>, n. 30, 1<sup>r</sup> seqq., in bibliotheca Vaticana, *Urb. Lat. 866* (saec. XVII), 1<sup>r</sup>-60<sup>r</sup>, *Vat. Lat. 7160* (saec. XVII) 78<sup>r</sup>-101<sup>v</sup>.

Edd. BINIUS, *Concilia* 4, 1 seqq., RAYNALDUS, *ad annum 1436*, n. 2-15., iuxta BINIUM.

*De titulo falso, his instructionibus pontificiis a Raynaldo dato, et de chronologia huius documenti* cf. Haller, *Conc. Basiliense* 1, 137.

*Tantum ea, quae de unione Graecorum agunt, hic excerpto, scilicet ex n. 11, 12, 13, 14.*

[11] Nam primo in materia reductionis Grecorum, cum sua beatitudo avisasset modos valde convenientes et utiles pro eorum reductione, quibus etiam imperator ipse Greco-  
rum et patriarcha annuerant, et patres illi de concilio omnino illos spernerent, aliamque  
viam dispendiosam ac intolerabilis sumptus fuissent amplexi, quam absque eo, quod sanctis-  
5 simus dominus noster primitus avisaretur, concluderunt et solemniter decretarunt,

sua beatitudine postea requisita per eos, ut his, quae concilium in hac materia sta-  
tueret, suum prestaret assensum, licet hec via esset inutilis nec videretur expedire, tamen,  
ut non contenderet cum patribus illis, per quandam condescendentiam statuit sequi viam  
concilii, eam, prout ipsi petiverant, per bullam suam approbavit,

10 misitque dominum Christophorum Garatonum Constantinopolim ad intimandum im-  
peratori et patriarche sue intentionis fore de via per concilium electa non recedere, si  
tandem illa erat, quae ad desideratam unionem nos perducere posset, itidem suadendo  
imperatori et patriarche, ut facerent...

Suadebat sue beatitudini conventionem hanc nedum necessitas ipsa rerum istarum  
15 male gestarum reparandarum, quam conciliummet petere debuisset, sed ipsa Grecorum  
reductio, de qua nunc agitur, pro qua facienda pro maiori dignitate et firmitate presentia  
beatitudinis sue est plurimum necessaria.

[12] Accedebat, quod ipse Grecorum imperator et patriarcha cum maxima instantia  
petebant presentiam Summi Pontificis in concilio, et pro hoc ipso apud dominum ipsum  
20 concilium supplicarent.

Decrevit ergo sua Sanctitas pro hac conventionem mutua, et in loco sue sanctitati  
accomodo impetrando, mittere ad concilium reverendissimos patres dominos cardinales  
S. Crucis et S. Petri apostolice sedis legatos...

Instabant autem super omnia domini legati, ut patres de concilio vellent locum eli-  
25 gere, ad quem tam sua sanctitas una cum sacro Collegio Romane ecclesie ceterisque  
prelatis, quam concilium, necnon etiam ipsi Greci commode venire possent. Ipsi vero de  
principio bona verba dabant, interea vero mittebant ad serenissimum imperatorem, ut  
per suos oratores imperatori Grecorum suaderent, ut Basileam venire vellet, cum tamen  
ipse imperator Grecorum et patriarcha expresse recusassent se Basileam aut Constan-

tiam, aut Argentinam posse aut velle venire, dicens imperator ipse, quod pro commoditate tam sua quam suorum, maxime patriarche, qui iam senio confectus est, et aliorum etiam vellent locum eligere in Italia et prope littora, ad que ex ipsis galeis facilis esset accessus.

[13] Hec dum sic per legatum et illos de concilio [aguntur], perpenderunt legati, dominos de concilio eius intentionis non fore de loco eligendo pro reductione Grecorum, quemadmodum a principio putaverunt; erat enim valde verisimile, immo necessarium, si patres de concilio, que Grecis promiserant in tempore convento, servare volebant, et ex nunc locum eligerent, per cuius electionem et galeas et pecunias opportunas habere possent, fiebantque oblationes plurime tam a sanctissimo domino nostro quam a principibus plerisque et communitatibus, que omnia debebant illos de concilio inducere statim ad eligendum locum, maxime sanctissimo domino nostro per medium talium legatorum hoc cum instantia magna petente.

Offerebat enim beatitudo sua per eosdem presides, si ad aliquam civitatem ecclesie in Italia constitutam venire volebant, quam tamen libere possideret, illam summam pecuniarum gratis et dono dare, quam quilibet princeps aut communitas pro illa reductione offerret mutuare.

Obtulit communitas Florentina mutuo sexaginta milia ducatorum et quatuor galeas, prestando idoneas cautiones de servando promissa.

Obtulit illustris princeps marchio Mantue galeas et pecunias in magna quantitate. Obtulerunt plerique alii quammulta.

Quibus autem in tanta necessitate omnibus spretis responderunt patres illi tempus non esse de loci electione tractare, nullam tamen rationabilem causam pretendentes; dicebant enim se per decretum obligasse ad standum in Basilea usque ad adventum Grecorum ad littora Italie, et tunc ipsis Grecis notificari debere locum, ad quem venire debebant.

Dicebant preterea, quod electo loco statim concilium tenderet ad dissolutionem.

Quibus respondebatur rectissime, quod, licet concilium decrevisset eo modo, quo dicebant usque ad tempus illud stare Basilee, non tamen erat aliquod interesse Grecorum, quod ibi starent, et dato, quod usque ad tempus illud vellent expectare ad notificandum locum, ad quem venire debebant, non propterea impediabantur, quin statim ex nunc locum possent eligere, et non solum hoc poterant, sed tenebantur ex nunc facere,

quoniam, si tunc primum vellent locum eligere, cum Greci ad littora Italie applicuissent, valde tarde providerent de pecuniis et aliis, que pro illa reductione sunt necessaria; et si tunc primum haberent vocari prelati, uti esset necessarium, nimis intercederet de tempore, quousque illorum prestoletur adventus, diesque inutiliter currerent, et expensa augetur in dies.

Item etiam non esset possibile, ut dominus ille vel communitas, que haberet recipere concilium, in tam modico tempore posset parare, que ad recipiendum tot extraneos, precipue tot magnos principes, sunt necessaria, nec salvusconductus haberi posset in tempore, unde fieret magna protractio et illusio toti orbi, maxime Grecis, si usque ad illa tempora loci electio protrahi deberet;

unde vi ipsa compellebantur eligere, et ex nunc prelatos vocare, eis prefigendo diem; nec aliter in tempore servare poterant, que promiserant, nec ex huiusmodi electione

loci timere habebant dissolutionem, quoniam recte poterit provideri, ne papa et alii prelati ante diem statutum ad locum accederent, et interim in Basilea vacare reformationi, et occupari in preparatoriis pro reductione Grecorum.

Preterea, quod decrevissent patres illi stare Basilee, usquoque Greci ad littora Italie venissent, hoc nulla compulit necessitas facere, et qui sine causa illud condiderant, bene tollere poterunt cum causa.

Sed neque iis rationibus acquiescere voluerunt, intendentes potius perpetuationi concilii quam Grecorum reductioni.

[14] Quarto dicere et iustificare sanctam intentionem domini nostri, qui, ut hec mala cessarent, elegerat, non obstante, quod iam annis IV duravit, quod est inauditum, venire ad certum locum sue sanctitati accommodum et securum, communi voto pape sacrique Collegii et concilii eligendum, in quo unanimiter de reductione Grecorum et de reformatione ecclesie agatur, et de ceteris pro ecclesia opportunis, prout legati apostolici S. Crucis et S. Petri exposuerunt, agi posset.

Nec hoc est preter mentem concilii, quoniam in decreto de reductione Grecorum expresse agitur de ipsius concilii translatione,

et est valde decens, ut res tanta non fiat absque pape presentia, id potissimum petente sua sanctitate, et per hoc etiam instanter supplicante imperatore Grecorum et patriarcha.

Sed illi de Basilea nedum voluerunt de loco, sed nec aliquo modo tractare.

Possent etiam ex nunc offerri loca in specie, videlicet Bononia, Ancona, Ariminum, Florentia, Pise, Mantua, et ad ultimum Roma.

## 57.

*Eugenius IV Carolum VII regem Francorum per oratores regis hortatur, ut electioni urbis conciliaris papae et Graecis accomodae assentiatur.*

*1436 ca. sept. 12 Bononiae.*

*Copia coeva Iohannis de Segovia 10, cap. 19.*

*Ed. Monumenta conc. 2, 908-909, cum correctionibus in 4, 97.*

*Textum codicis Escorialensis praefero.*

*Quamvis mentionem explicitam bullae Eugenii IV ad Carolum VII non habeamus, tamen voluntas papae oratoribus regis manifestata nobis bene constat; cf. Mon. conc. 2, 908-909.*

*Instructiones regis Galliae pro sex legatis suis ad papam missis, 30 martii 1436; cf. in Conc. Basiliense 1, 402-418.*

*Caput legationis fuit Simon Caroli (Charles). Legatio prius Basileam venit, ubi usque ad 20 iulii 1436 mansit, postea ad papam profecta est; cf. epistolam Eugenii IV, 12 sept. 1436, ad cardinales Cesarini, Cervantes, Alamandi, in Conc. Basiliense 1, 428-429.*

*De actis inter papam et oratores regis Franciae relatum est in concilio Basiliensi 27 oct. 1436.*

## CAPUT XIX.

## INTENCIO PAPE CIRCA ELECTIONEM LOCI EXPLICATA PER FRANCIE ORATORES.

Die altera consequenter oratores regis Francie, qui papam adierant super materia loci et differentiis inter concilium et papam complanandis, verbum agente, qui primo iunio mense Simone Caroli milite, commemorantes responsionem synodalem eis datam et alia, 5 de quibus cum eis fuerat interlocutum, retulerunt pape et cardinalibus exposuisse tribulationes et scandala scismataque vexancia ecclesiam dei propter differentias inter concilium et papam vigentes, et super convencionem eorum in unum ad illa tollendum et ad reductionem Grecorum;

deputatisque eisdem auditoribus Rothomagensi et Sancte Crucis cardinalibus, Ta- 10 rentino et Cretensi archiepiscopis, Paduano et Ambianensi episcopis, habuerunt pro responso multa et pia verba.

Et tandem exposito, quamvis rex Francie pro ista vice interesse haberet, ut in dominio suo celebraretur concilium, cum plura in Ytalia et Germania celebrata fuissent, cupiebat tamen, ut concilium celebraretur in loco accommodo ad reductionem Grecorum 15 et huiusmodi differentias removendum;

papa lacrimatus responderat, quas paciebatur incommoditates corporis, nominando podagram aliasque invalidudines suas, contestans non esse desiderium suum ad honores et dignitates atque divicias, qui a pueritia substancie paterne constituerat pauperes heredes, omnia ipsis distribuens, sed quam maxime cuperet reformationem ecclesie vide- 20 reque suis diebus unionem Grecorum.

Quantum vero ad locum, iudicio suo tria consideranda videbantur, ut esset locus propinquior terre ipsorum, in quo ecclesia posset sustinere onus expensarum, quoniam pecunia erat tota forma, et cogitandum erat de expensis eorum continuandis multo tem- 25 pore; etenim si in reductione Bohemorum, qui vix heri ab ecclesia recessissent, laborato iam quinquennio necdum impletum erat opus, quanto amplius pro reductione illorum, qui a sexcentis annis ab ecclesia fuerant divisi; quodque oportebat ex tunc provideri de succursu contra infideles ad liberandum animas christianorum, que omni die rapiebantur ab infidelibus.

Expresse autem verbum faciens de loco pro concilio eligendo dixerat, quod non ali- 30 quem refutando, nec illos determinate nominando, videbatur sibi locum esse opportunum: primo Romanam urbem propter sanctimoniam eius, deinde Pisas, laudando tranquillitatem et libertatem inibi vigentes tempore Pisani concilii, tercio Florenciam, laudata securitate, unitate civium et pace, postremo nominaverat Senas. Qui obsecrabat et deprecabatur, ut talis locus eligeretur, in quo posset personaliter interesse, [unde] unio sequeretur 35 Grecorum et omnis dissensio in Latina ecclesia tolleretur.

Ad provisionem denique suam loco annatarum responderat se esse contentum, ut non tunc per Basiliense, sed per concilium ycumenicum super illa ordinaretur, velletque dare salvum conductum pro unione Grecorum, prout a Basiliensi concilio peteretur.

2 eleccionem *Ms.* 9 reduccionem *Ms.* 15 reduccionem *M.* 25 et 26 reduccione *Ms.* 38 illo *Ms.*

Referebat postremo dictus Simon Caroli, quod de omnibus gestis per eos cum papa et cardinalibus scriptum quaternum miserant ad regem, iamque ab eo nuncium recepissent, ut omnia concilio exponerentur, facerentque instanciam, ut locus per concilium eligeretur accommodus ad predicta duo, unionem fieri Grecorum et tolli ab ecclesia dissensionem; ita igitur ex parte regis supplicarent sacro concilio, ad quod etiam regio nomine, ut intenderent, requirebant subditos eius.

## 58.

*Eugenius IV Carolum VII regem Galliae hortatur, ut firmus remaneat in electione Florentiae tamquam sedis concilii unionis, eique legatos regis Simonem Caroli et Martinum Questel commendat.*

1436 dec. (?) Bononiae.

*Copia coeva archivi Vaticani. Reg. Vat. 359, 146<sup>v</sup>-147<sup>r</sup>. Copia saec. XVII collectionis Leonis Allatii, Barber. Lat. 778, 212.*

*Ed. CECCONI n. 102, pag. 276-277.*

CARISSIMO IN CHRISTO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ILLUSTRIS, SALUTEM ETC.

Quamvis viderimus semper tuam serenitatem promptam ad ea, que existimares utilia ecclesie et placere nobis, tamen letamur in domino quotidie magis, cum tuum erga nos  
10 sincerum animum perspicimus et opera devotione et affectione plena. Intelleximus quidem te mandasse dilectis filiis, nobili viro Simoni Caroli militi et Martino Questel oratoribus tuis, ut pro transferendo concilio, in quo Greci interesse debent, pro ipsorum reductione, locum gratum nobis et convenientem Grecis eligerent, et alios ad similiter faciendum requirerent et hortarentur. Que res fuit nobis gratissima et ex ea plurimum commendamus  
15 celsitudinem tuam, que more suorum predecessorum ea agit, que spectant ad dignitatem et pacem ecclesie et apostolice sedis.

Quoniam vero civitas Florentina per ipsos oratores tuos fuit tuo nomine pro loco concilii prudenter electa, qua quidem civitate nulla ad rem, de qua agitur, aptior esse potest, neque nobis et statui ecclesie accomodatior, exhortamur tuam sapientiam, ut, cum  
20 ipsa civitas fuerit semper specialissime affecta ergo domum Francie et omni honore et cultu Francorum reges sit prosecuta, firma in eo, quod actum est per tuos oratores, persistat neque ullis precibus aut persuasionibus ad mutandum propositum moveatur.

Cum enim Greci velint ad locum venire, ad quem nos possumus accedere, necesse est, ut in Italia locus eligatur. Neque enim ullo modo ultra montes possumus proficisci  
25 propter malitiam temporum et multas evidentissimas causas, que nostram presentiam requirunt; inter quas est potissima factum regni Sicilie, quod procul dubio aliter disponetur, quam tu et ego vellemus, si relinqueremus Italiam; et etiam patrimonio ecclesie

7 littera initialis deest in Reg. Vat. 359.



non parvum periculum immineret. In Italia vero civitas aptissima est omnium Florentina et valde utilis etiam pro statu regni dirigendo iuxta voluntatem nostram, quod et tua serenitas debet optare.

Datum Bononie etc.

59.

*Eugenius IV Iohannem Cervantes et Iulianum Cesarini cardinales hortatur, ut in concilio Basiliensi pro electione loci concilii oecumenici in Italia agant.*

1437 ante 23 febr. Bononiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 359, 147<sup>r</sup>-147<sup>v</sup>. Copia saec. XV bibliothecae Vaticanae, Chigianus D VII 101, 110. Copia saec. XVII collectionis Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 213.*

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1437, n. 2, iuxta codicem Chigianum; CECCONI n. 103, pag. 278-279, iuxta collectionem Leonis Allatii.*

*Cum congregatio generalis concilii Basiliensis 23 febr. 1437 Avinionem ut sedem concilii elegerit, protestantibus legatis pontificiis, et in hac epistola sit sermo tantum de voto trium deputationum concilii Basiliensis, documentum ante 23 febr. poni debet.*

EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS IOHANNI TITULI SANCTI PETRI AD VINCULA, ET IULIANO TITULI 5  
SANCTE SABINE, PRESBYTERIS CARDINALIBUS, APOSTOLICE SEDIS LEGATIS, SALUTEM ETC.

Ex literis multorum et precipue dilecti filii magistri Galeazii de Mantua, clerici camere apostolice, intelleximus, quomodo iam tres deputationes elegerunt civitatem Avinionensem, ad quam concilium debeat transferri, et quemadmodum vestra prudentia summopere resistit eorum deliberationi. Quanvis non est opus multis verbis collaudare 10  
vestram diligentiam et summam sollicitudinem circa hec adhibitam per sapientiam vestram — nam ipsa opera et omnium persone laudant et commendant — tamen operationes vestras et continua studia in defendenda causa nostra et ecclesie dei summis laudibus commendamus. Fecistis enim, prout honor et status ecclesie et vestra dignitas poscere videbatur. 15

Verum, licet sint note vobis cause plurime, propter quas illa civitas non est apta et accommodata ad rem, que queritur, tamen etiam nunc ex parte notificamus vobis:

Primum, ut scitis, ille locus non est de nominatis et iam conclusis cum Grecis, cum ipsi tum propter longam consuetudinem et usum, quem diutius cum Italicis contraxerunt, tum vero maxime propter maiorem commoditatem ipsorum desiderent et velint ad Italie 20  
locum et non alium venire. Quod si de alio novo loco ageretur, esset protrahere rem in longum, et quedam inconstantia videretur, ex qua daretur ei[s] materia de rebus nostris et promissis parum confidendi.

12 nam] *expectaretur forsitan* quam.

Deinde multotiens diximus locum eligi oportere, ad quem nos etiam commode venire possemus; ad Avinionem vero ex pluribus urgentibus causis nullo modo esset possibile nobis accedere.

Respondimus quoque oratoribus Avinionensibus, de consilio venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium, nullatenus, ex multis causis, precipue propter loci incommoditatem, posse neque nobis placere eligi civitatem illam pro transferendo concilio.

Mirum autem omnibus sapientibus et recte sentientibus videri debet velle eligere ea loca, de quibus non contententur Greci, ea vero omittere, in quibus et ipsis complacatur et finis optatus consequi possit.

Velitis igitur, cum multa possint emergere, propter temporis dilationem, que adventum eorum conturbent, instare ea solitudine et sapientia, qua cepistis, ut locus aptior et Grecis et nobis in Italia eligatur; alioqui neque finis tamdiu optatus a nobis de Grecorum reductione sequi poterit, ac multa et varia etiam scandala, de quo maxime dolemus et verisimiliter dubitamus, propter versutias sathane verendum est, ne propterea in dei populo et ecclesia oriantur.

Hec eadem ferme et prefati cardinales scribebant circumspectioni vestre.

Datum Bononie etc.

## 60.

*Responsa Eugenii IV ad quinque petitiones concilii Basiliensis de unione Graecorum etc.*

*1437 febr. 27 Bononiae.*

*Copia coeva Iohannis de Segovia 11, cap. 3.*

*Ed. Mon. conc. 2, 950-952, cum correctionibus in 4, 100-101.*

*Correctiones codicis Escurvaliensis praefero.*

*Haec responsa Iohannes archiepiscopus Tarentinus Bononia Basileam attulit eaque in congregatione generali concilii Basiliensis 11 apr. 1437 praesentavit; cf. Ioh. de Segovia, 11, cap. 3 = Mon. conc. 2, 952.*

*Petitiones concilii Basiliensis cf. Ioh. de Segovia 9, cap. 3 = Mon. conc. 2, 948-950.*

### RESPONSIONES PAPE DATE AD PETICIONES ORATORUM SACRI CONCILII.

[1] Super primo, videlicet de electione Basilee, Avinionis et Sabaudie etc., sanctissimus dominus noster, cum primum huiusmodi electionem audivit, non parum admiratus fuit, cum Greci multociens responderint nolle venire Basileam,

similiter de Avinione, cum omnibus videntibus tenorem decreti evidenter liqueat non comprehendi in decreto,

similiter de Sabaudia, cum in ea non sit aliquis locus capax tante multitudinis, que in tali universali concilio verisimiliter intererit,

20 eleccione *Ms.*    21 eleccionem *Ms.*    22 responderunt *Ms.*

ac etiam sacrum cum concilium bis solemniter in scriptis responderit velle eligere talem locum, ad quem sua sanctitas commode accedere possit; considerata autem debilitate notoria persone sue et aliis rationabilibus causis omnes possunt diiudicare ipsum ad illum locum non posse commode venire nec Ytaliam hoc tempore egredi.

Accedunt etiam rationes ille, quas uterque ambasiator domini imperatoris Constantinopolitani et patriarche tam in curia Romana quam hic in scriptis dedit; dicunt enim expresse, sicut sepe referunt se dixisse, Basileam ex certis causis non posse Grecos accedere, nec ad Avinionem velle venire tanquam nullo modo in decreto comprehensam, de Sabaudia dicunt se intellexisse de dominio illo domini ducis Sabaudie, quod est in Pedemontium. 5 10

Propter quas causas non putat dominus noster, quod sacrum concilium, cum semper asseruerit totis viribus velle laborare ad unionem Grecorum, debeat persistere in talibus locis, in quibus hoc tam sanctum negocium ad optatum finem deduci non potest, et presertim, cum tam in curia Romana quam alibi reputatum fuerit, quod Avinionenses non solverent tantam pecuniam, si quoquo modo non essent certi, quod Greci ad illam civitatem 15 venirent, nec pro Sabaudia pecunia necessaria oblata sit.

Quamobrem obsecrat sua sanctitas sacrum concilium, si sibi est cordi tantum bonum, quantum est unio Grecorum, ut velit cogitare de loco, in quo illud effici possit, qui videlicet, ut ipsi Greci requirunt et omnes sciunt, accommodus sit ipsis Grecis et sue sanctitati, cuius presenciam plurimum ipsum sacrum concilium dixit se desiderare in predicto ycumenico concilio. 20

[2] Quoad articulum de indulgenciis etc. quid alias reverendissimi domini cardinales S. Crucis et S. Petri, apostolice sedis legati, nomine domini nostri pape responderint, a memoria dominacionum vestrarum non debeat excidisse, quod si fuisset acceptatum, sicut debuisset, multo maior successisset fructus ex ipsis indulgenciis. Quod autem alias obtulit, 25 nunc minime recusat, sed videtur sibi, quod merito prius debeat eligi locus, in quo istud negocium verisimiliter compleri possit, sicut ipsi Greci postulant; dare autem indulgencias propter adventum ipsorum Grecorum et non habere aliquam certitudinem de adventu ipsorum, ymo potius de contrario, si non eligatur locus accommodus, timendum valde esset, ne redundaret in ignominiam ecclesie, et multi suspicarentur fuisse quandam de- 30 lusionem.

Non solum autem indulgencias pro predicto negocio, sed quodcumque subsidium et auxilium quoquo modo possibile sue sanctitati paratum se offert ipse dominus noster promptissimo ac libentissimo animo impendere, dummodo res taliter fiat, quod sperari debeat de ipso concilio ycumenico, propter quod ista petuntur, necnon alia facere, que 35 cedant ad honorem et utilitatem huius sacri concilii et suppositorum eius. Et si deus dederit, quod paternitates vestre cum sua sanctitate simul in eodem loco conveniant, offert se tam gratum, tam propicium ac promptum exhibere tam in isto sancto negocio unionis Grecorum quam in reformatione ecclesie et in omnibus concernentibus honorem dei et bonum publicum, quod merito gaudebunt patres sacri concilii cum eadem sanctitate con- 40 venisse.

15 quoquo modo] quo modo EB.

[3] Quantum ad decimam etc., videtur domino nostro et sacro collegio, quod hoc negotium tam pium est, quod nullum subsidium, nulla subvencio per aliquem recusari deberet, et quo magis sanctum et pium est, eo indignius et absurdus videtur, quod talia preparatoria non fiant, per que ad optatum possit finem deduci.

5 Et cum locus principale fundamentum sit in isto negotio agaturque de tanto bono, quo maius agitari non possit, merito talis locus eligi deberet, ad quem ipsi Greci libentissime proficiscerentur et in quo is, qui vicem gerit domini nostri Ihesu Christi in terris, cuius presenciam tantopere petunt Greci et vos ipsi desiderare asseritis, commode intervenire posset. Quanta autem culpa et in celo et in terra computabitur illis, qui solum  
10 propter locum aut distanciam sex vel octo dietarum erunt causa impediendi tantum bonum, vos ipsi diiudicetis.

Et quoniam clerus ubique terrarum maxime depauperatus est, ne frustra et incassum gravetur, offert dominus noster, quod decima imponatur seu colligatur, cum aliqua certitudo habita fuerit de adventu ipsorum Grecorum; unde, si locus eligatur ydoneus, ut  
15 predictum est, statim sunt expense necessarie parate, et si forsitan aliquo casu contingeret Grecos non venire, huiusmodi expense, que interim facte fuerint, sine tanto onere decime exsolventur.

[4] Quoad saluum conductum etc., quia salvusconductus respicit locum et ex predictis causis sanctitas sua existimat, quod alius locus merito eligi debeat, ideo sibi visum est,  
20 quod de loci congruenti, ut predictum est, prius conveniatur, quo facto et salvusconductus et omnia alia necessaria non solum pro Grecis, sed pro plenissima securitate omnium Latinorum volencium ad concilium venire erunt parata et ex parte sua nichil penitus deficiet.

[5] Quoad ultimum de convocacione prelatorum etc., postquam erit de loco, ut predictur, conclusum, libentissime et cum omni debita instancia fiet requisicio petita, et cum  
25 dei gracia in magna copia erunt notabilissimi prelati.

Et cum pace vestra dictum sit: non potest dominus noster, ymo et omnes alii affecti huic sancto negotio non mirari et dolere, quod pro decore ecclesie nostre Latine ac feliciore direccione rerum et aliorum necessariorum ac pro frequenciori copia paternitates vestre non dent aliam operam, quod ipse summus pontifex caput ecclesie in ipso ycumenico concilio, in quo de tam arduis tractabitur negociis, possit interesse.  
30

## 61.

*Eugenius IV Iohannem Cervantes et Iulianum Cesarini cardinales hortatur, ut totis viribus incumbant, ut concilium Basiliense ad locum transferatur, in quo papa possit interesse, eisque Iohannem Tarentinum archiepiscopum commendat.*

*1437 febr. 27 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 359,47<sup>r</sup>-48<sup>r</sup>. In margine: Eisdem legatis. Copia saec. XVII Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 214.*

*Ed. CECCONI, n. 104, pag. 280.*

*Iohannes Tarentinus archiepiscopus feria II post Pascha, id est 1 iun., Basileam advenit; cf. Ioh. de Segovia 11, cap. 3 = Mon. conc. 2, 947.*

EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS, ut supra etc.

Quamvis non extimemus esse opus requirere aut hortari sapientiam vestram ad id, ad quod vestra sponte animati estis, tamen propter ardens desiderium et ferventem affectionem, quam habemus ad prosecutionem futuri concilii, in quo de Graecorum unitate et reformatione ecclesie aliisque utilibus et necessariis pro pace et statu populi christiani tractanda et deo auctore perficienda erunt,

circumspectionem vestram requirimus et hortamur per Christi salvatoris nostri passionem sacratissimam, ut velitis totis viribus incumbere, sicut fecistis et facitis continue, ut concilium transferatur ad locum, in quo possimus interesse pro perfecta conclusione et consummatione premissorum. Nihil quidem est, quod magis exoptamus, quam ut concilium celebretur in loco accommodo, quod nos propter causas supradictas omnino intendimus prosequi et continuare ad laudem dei et utilitatem ecclesie sue sancte. Itaque operemini totis viribus et secundam vestram prudentiam, ut cum bona pace et concordia, quantum fieri potest, hec translatio fiat.

Super his venerabilis frater noster archiepiscopus Tarentinus latius loquetur vobiscum, cui in dicendis fidem prebere velitis.

Datum Bononie etc.

62.

*Eugenius IV deputationem pro reformatorio concilii Basiliensis certiore facit se habere voluntatem quam ardentissimam ad prosecutionem concilii pro unitate Graecorum, reformatione ecclesiae, et eis Iohannem archiepiscopum Tarentinum commendat.*

*1437 febr. 27 Bononiae.*

*Copia coaeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 359, 48<sup>r</sup>-48<sup>o</sup>. Copia saec. XVII Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 214.*

*De legatione Iohannis archiepiscopi Tarentini cf. Ioh. de Segovia 11, cap. 3 = Mon. conc. 2, 947.*

[EUGENIUS ETC.] VENERABILIBUS FRATRIBUS ET DILECTIS FILIIS DEPUTATIONI[S] REFORMATORII, IN CONCILIO BASILIENSI CONSTITUTIS, SALUTEM ETC.

[V]ellemus ut, sicut deo nota est, ita et innotesceret hominibus nostra voluntas, quam ardentissimam habemus ad prosecutionem concilii pro unitate Graecorum, reformatione ecclesie, et aliis agendis pro pace et utilitate ecclesie et populi christiani. Est enim nostra voluntas, et ad id semper fuimus dispositi, omnia agere, que spectent ad exaltationem fidei ac statum et pacem ecclesie sancte dei.

Vosque, prout in domino et vestra prudentia speramus, velitis idem sapere in domino, et ea meditari et procurare, que concernant bonum unitatis et concordie, ut sic per laudabile exemplum vestrum Greci quoque invitentur ad prosecutionem inceptorum, utque

18 Eugenius etc. deest in Ms., adest in documento praecedenti eiusdem Ms. 20 V deest in Ms.

etiam optata reformatio ecclesie subsequi et perfici, et alia bona agi possint, propter que concilium existit congregatum.

Super his venerabilis frater noster Iohannes archiepiscopus Tarentinus, qui de vobis antea retulit multa bona, ex parte nostra loquetur cum vestra prudentia, cui velitis fidem  
6 prebere.

Datum Bononie etc.

### 63.

*Eugenius IV Iohannem Cervantes, Iulianum Cesarini cardinales, Iohannem archiepiscopum Tarentinum hortatur, ut in concilio Basiliensi pro electione loci concilii oecumenici in Italia siti agant.*

1437, febr. 27 Bononiac.

*Copia coeva Iohannis de Segovia 9, cap. 3.*

*Ed. Mon. conc. 2, 952-953, cum correctionibus in 4, 101.*

*Haec bulla per Iohannem archiepiscopum Tarentinum Basileam allata est; cf. IOH. DE SEGOVIA 11, cap. 3 = Mon. conc. 2, 947-948.*

10 EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTIS FILIIS IOHANNI TITULI SANCTI PETRI AD VINCULA ET IULIANO TITULI SANCTE SABINE PRESBITERIS CARDINALIBUS APOSTOLICE SEDIS LEGATIS, AC VENERABILI FRATRI IOHANNI ARCHIEPISCOPO TARENTINO, PRO NOBIS IN SACRO BASILIENSI CONCILIO PRESIDENTIBUS, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

In supreme dignitatis specula ab altissimo constituti, dum continua mentis agitatione recensemus, quanta bona prodeant ex vinculo pacis atque unitatis, quibus omnis monarchia augetur tam ecclesiastica quam mundana, quanta eciam mala producant dissensiones et discordie, quibus eciam maxime res collabi et dissipari consueverunt, omni diligencia ope-  
15 ram efficacem conamur impendere, ut pax in universali ecclesia et quies vigeat, subsequaturque Christi fidelium tranquillitas et fides catholica optatum suscipiat incrementum.

Novit altissimus, qui renes et corda hominum scrutatur, et vobis quoque notissimum existit, quanto cum desiderio et affectione semper procuravimus, ut Orientalis et Occidentalis ecclesia unirentur, ad quam rem diligentem operam impendimus et omni cura vacavimus, sollicitando Grecos et ad eos transmittendo sepius nuncios et oratores nostros, ac  
20 illorum ad nos destinatos benigne suscipiendo. Hec ut facilius consequi possemus, et ut illi ad tractandum hanc unionem magis incitarentur atque eciam reformatio ecclesie per nostram operationem perfecte effici et alia agi, que pro augmento fidei et christiane reipublice statu utilia et necessaria viderentur, maturo consilio agi possent, optabamus, prout  
25 erat equissimum et necessarium, ut pro transferendo Basiliensi concilio, in quo tractari et perfici valerent, eligeretur locus, ad quem nos commode possemus accedere, cum et ipsi Greci presenciam nostram in concilio futuro omnino postularent.

18 affeccione Ms.

12 cf. Eph. 4,3. 14 cf. Sallustius, Iug. 10. 17 cf. Ier. 11,20.

Verum cum postea significatum esset nobis civitatem Basiliensem, Avinionensem et Sabaudiam pro huiusmodi celebrando concilio esse nominata, non parva admiratio nos cepit, attento maxime, quod huiusmodi loca partim a Grecis antea reiecta, partim non comprehensa in decreto concilii, partim inepta et minime accommoda tante rei, tum vero nobis fere impossibilia ad accedendum. 5

Hac nobis in cogitatione existentibus supervenit ad nos imperatoris et patriarche Grecorum orator, qui cum de hac locorum nominatione audisset, palam retulit hec loca Grecis non placere propter causas predictas, sed maxime, quia Greci nullum locum acceptare pro huiusmodi concilio vellent, nisi esset talis, ut in illo possemus commode interesse, quoniam imperator et patriarcha eorum omnino nobiscum vellent convenire. 10

Accessit ad idem, quod alter oratorum predictorum Grecorum, qui Basileam profectus est, ut vera relatione didicimus, publice dixit et postea in scriptis concilio tradidit locum esse eligendum nominatum in decreto, qui cum et ipsis Grecis et nobis habilis esset, cum presencia nostra omnino esset necessaria, sine qua nihil boni fieri posse crederent et eciam, nisi nos presentes futuri essemus 15 in concilio Greci a veniendo retraherentur.

His intellectis magna nos cura et sollicitudo effecit intentos, ne aliquid oriatur, quod tam salutiferum bonum impediat, et ne hac obmissa occasione tam sancte rei frustremur effectu. Nam cum ex urgentibus et necessariis causis, quae nobis et multis proprie sunt notissime, nequeamus ullo modo extra Ytaliam proficisci, nollemus tanta bona tam salu- 20 bria ecclesie et populo dei impediri aut retardari ex defectu loci, nisi, prout Greci volunt, et ipsis et nobis accommodus eligatur, plurima ex eo scandala et pernicioso mala in ecclesia verisimiliter subsequi valerent. Itaque, cum precipium nostrum desiderium versetur circa unitatem Grecorum, cum pacem ecclesie tota mente exoptemus, tum perfectam re- 25 formacionem cupiamus, que sine nobis secundum iudicium eorum, qui recte sapiunt, nul- latenus perfici possent, cum eciam omnibus et que iam exorta sunt et futuris scandalis, quantum humano fieri potest consilio, obviare per nostram presenciam desideremus,

de consilio et assensu venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium vobis tenore presentium mandamus et per Christi passionem iniungimus, ut predictis et aliis rationibus evidentissimis, que multe sunt, ad evitandas dissensionum ma- 30 terias, exhortemini venerabiles fratres et dilectos filios, qui sunt in concilio, ut velint ad laudem et reverenciam salvatoris nostri ac propter sui sanctissimi sanguinis aspersionem, propter pacem ecclesie, propter tantorum bonorum perfectionem eligere locum in Ytalia pro huiusmodi transferendo concilio, qui gratus sit Grecis et nobis aptus et 35 habilis ad accedendum. Exhortemini, ut removeantur disceptaciones et dissensiones omnes de medio, ut ambulantes in osculo sancto pacis et cordis simplicitate iacent in deum suos cogitatus, et in suis consiliis sequantur caritatem; nam, qui preceptis dei obtemperare voluerit, non sequetur aut queret, que sua sunt, sed que dei et proximi, pacem diliget ecclesie, neque volet locum esse impedimento, quominus tam salutarium operum consummatio subsequatur. 40

33 perfeccionem *Ms.*

7 *Emmanuel Buloti.* 11 *Iohannes Disypatus.* 13 *Cecconi n. 106, pag. 283; cf. 282.* 36 *cf. Malach. 2,6; Eph. 5,6; Prov. 19,1.* 36-37 *cf. Ps. 54,23.* 38 *cf. Phil. 2,21.*

Volumus insuper et iniungimus vobis, ne qua via obmittatur, per quam speretur ad finem premissorum posse perveniri, ut requiratis similiter et hortemini omnes et singulos regum et prelatorum et principum oratores et procuratores in concilio existentes, ac etiam prelatos et principes circumvicinos, ut vobiscum assint ad exhortacionem istam circa loci  
5 ipsius concordem electionem, ita ut per nostra et illorum opera fructuosa valeat auctore domino ad tam grata deo opera et mundo salutaria cum pace et concordia feliciter perveniri.

Datum Bononie anno incarnationis dominice MCCCCXXXVI, tercio kalendas marcii, pontificatus nostri anno sexto.

10 *Rota Papae.*

Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Iordanus episcopus Sabinensis subscripsi.

Ego Branda episcopus Portuensis subscripsi.

Ego Anthonius tituli Sancti Marcelli presbyter cardinalis [manu] propria subscripsi.

15 Ego Nicolaus tituli Sancte Crucis presbyter cardinalis [manu] propria subscripsi.

Ego A[ngelottus] tituli Sancti Marci presbyter cardinalis manu propria subscripsi.

Ego Lucidus Sancte Marie in Cosmedin dyaconus cardinalis manu propria subscripsi.

Ego Dominicus Sancte Marie in Via Lata dyaconus cardinalis subscripsi.

Pogius de curia. Iacobus de Viterbio.

#### 64.

*Instructiones pontificiae pro legato imperiali, scilicet episcopo Signensi, ad imperatorem redeunte.*

1437, ca. mart. 13 Bononiae.

*Copiae coevae saec. XV, bibliothecae Laurentianae, Strozzii 33, 116<sup>v</sup>-118<sup>r</sup>, bibliothecae S. Marci Venetiis, Lat. Z 166, 250<sup>v</sup>-253<sup>r</sup>, bibliothecae Vaticanae, Lat. 4184, 188<sup>v</sup>-190<sup>v</sup>.*

*Ed. ex parte in Conc. Basiliense 1, 151, nota 4 et pag. 152, not. 1-5; totum in Deutsche Reichstagsakten 12, 40-45.*

*Ex 14 punctis ea hic edam, quae unionem Graecorum respiciunt.*

20 [6] Sexto sue maiestati aliqua in preteritum gesta tam per sanctissimum dominum nostrum quam per nonnullos patres et dominos in concilio existentes recensere et altius exordiri, videlicet, quod sanctissimus dominus noster cum sacro collegio habito maturo digestoque concilio anno preterito considerans Bohemorum reductionem eo loco domino iuvante deductam, quo dici poterat consum[m]atam, pacemque in regno Francie per re-  
25 verendissimum dominum Sancte Crucis factam, ita quod sine preiudicio reductionis Bohemorum et pacis procurande in regno Francie iam facte — nam aliqui dicebant, quod sine concilio pax illa concludi non posset — translatio concilii pro Grecorum reductione et

5 electionem Ms. 14 manu om. Ms. 15 manu om. Ms. 23 concilio] ponendum videtur consilio.

25 cardinalem Albergati.



reformatione ecclesie tractari poterat, misit reverendissimos dominos cardinales Sancte Crucis et Sancti Petri ad Vincula ad concilium, ut conventioni ad unum locum operam darent, sicut sue maiestati notum fuit, et post continuo modis honestis, quibus visum fuit, idem procuravit.

[7] Septimo, quod dominus noster credebat et credit, quod duo principalia, que restabant agenda, scilicet reductio et tractatio Grecorum et reformatio tam ecclesiastica quam secularis populi christiani, melius et habilis fieret, sua sanctitate presente cum sacro collegio et sua curia, ad quam non parum pertinet dicte reformationi interesse et illius observantiam custodire. Nam aliter fieri, ut experientia docuit et docet, difficile nimis et impossibile forsitan a multis iudicatur, dictamque reformationem sanctissimus dominus noster optavit et de presenti evidentissimo desiderio desiderat, prout sue maiestati ex magna parte notum est, et recordari potest sua maiestas, que sanctissimus dominus noster sue maiestati de ardenti desiderio, quod ad reformationem habet, dixit, quando Rome fuit. Item reductio Grecorum sine comparatione melius et habilis presente sua sanctitate fiet, immo a plurimis et sapientissimis viris et illarum partium expertissimis aliter fieri posse impossibile iudicatur. Ad hoc rationes plures sunt et potissime, quia Greci ita volunt et ita desiderant, ita cupiunt, immo aliter non posse dicunt, tum quia propter metum Thurocorum longius ire nolunt, tum propter infirmitatem imperatoris et patriarche senectutem et propter alios fere innumeros venturos, qui equitari, peregrinari et longius vagari non possunt, tum quia sua sanctitate presente facilius et sine difficultate impensis necessariis providebitur, que longe plures erunt, quam estimatum fuerit hucusque.

[8] Octavo, si diceretur, quare sanctissimus dominus noster non venit ad concilium, tum quia longum nimis iter propter Grecos, ut dictum est, tum quia sanctitas sua Italiam exire non potest, immo talibus necessitatibus urgetur, quod si extra Italiam esset, eum redire oporteret absque mora, portet rationes, quare dominus noster non potest Italiam exire et quare Grecorum reductio facilius in Italia presente domino nostro fieri poterit. Eas dominus Tarentinus habet.

[10] Decimo exponere sue maiestati, quod sanctissimus dominus noster cum sacro collegio audito ambasiatore Grecorum habitoque maturo concilio non videt posse tractatum conventionis future ad suam maiestatem remittere, maxime propter temporis brevitatem, ut prefatus episcopus dixerat, quia de mense maii eundem est pro Grecis, ita quod tempus est non tractatus, sed executionis, ac etiam, quia aliqui ita affecti vel potius passionati sunt, ut impossibilia iuris et facti facilissima credant et ad Avinionem ire pertinaciter insistere videantur. Quare sua maiestas nunciis et litteris satisfacere potest tum rei, de qua agitur, que maior vix esse possit, tum sanctissimo domino nostro, quod cedit ad honorem et gloriam sue maiestatis et ad magnam consolacionem sanctissimi domini nostri et populi christiani.

[12] ... ad loci namque electionem pro Grecorum reductione et conventionem nobiscum futura, quam legatis nostris polliciti fuerant, procedentes Grecis ex Oriente proficiscentibus in Occidentem obviam currunt et sic pacta federaque cum Grecis inita iuramentis solemp-

11 ardentissimo desiderio *Ms. Vaticanum.* 29 concilio] *ponendum videtur* consilio.

1 cardinales *Albergati et Cervantes.* 27 archiepiscopus *Iohannes Tarentinus.* 29 ambasiator *Grecorum Disypatus fuit.*

niter firmata, leges rationesque aliorum spernentes et suarum constitutionum decretorum-  
que immemores, quod aliud corde gerunt et aliud ore loquuntur, clarissime et luculentissime  
iusto dei iudicio demonstrarunt, eligendo scilicet civitatem Avinionensem, quantum ex hoc  
ex omni capite ineligibilem, ut cuilibet notum est, nostris et apostolice legatis protestan-  
5 tibus et reclamantibus.

[13] ... Non aurum, non argentum, non exercitum terrestrem aut navalem sanctissimus  
dominus noster postulat, sed ut Lubicensem episcopum inde revocet et prefatum episcopum  
Segniensem illuc destinet cum legatis sue sanctitatis dominis Sancti Petri et S. Sabine ac  
domino archiepiscopo Tarentino cooperaturum, ut ad Grecorum petitionem concilii translatio  
10 et loci electio fiat, ut tam sanctum opus, si deus iuverit, felicem consequatur effectum.

## 65.

*Eugenius IV Andream archiepiscopum Rhodiensem hortatur, ut cum magistris conventus  
hospitalis Sancti Iohannis Hierosolymitani pacem habeat, eumque ad concilium unionis  
invitat.*

1437 apr. 20 Bononiae.

*Copia coeava archivi Vaticani, Reg. Vat. 359, 282<sup>v</sup>-283<sup>v</sup>. Alteram partem, quae de concilio  
unionis agit, hic edam.*

VENERABILI FRATRI ANDREE ARCHIEPISCOPO COLOCENSI. VENERABILIS FRATER, SALUTEM ETC.

Dilecti filii oratores etc.

Ceterum, quoniam speramus per gratiam altissimi, a quo bona omnia procedunt, quod  
in transferendo concilio, in quo Greci interesse debent, tractabitur maxime eorum reductio  
15 atque unio cum Romana ecclesia, exhortamur tuam fraternitatem, eidem nihilominus  
mandantes, ut tempore debito se conferat ad concilium prefatum, in quo speramus in  
domino tuam doctrinam et virtutem plurimum profuturam.

Datum Bononie die XX mensis aprilis, anno septimo.

## 66.

*Eugenius IV decretum minoris partis patrum concilii Basiliensis et legatorum pontificiorum  
eiusdem concilii die 7 maii 1437 de sede concilii oecumenici promulgatum utpote in de-  
creto diei 7 septembris 1434 comprehensum approbat.*

1437 maii 30 Bononiae.

*Copiae coeavae archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 212<sup>r</sup>-214<sup>r</sup>, bibliothecae Vaticanae, Vatic. Lat.  
4128, 58<sup>v</sup>-60<sup>v</sup>, bibliothecae Laurentianae, Strozianus 33, 172<sup>v</sup>.*

*Codicem Vat. Lat. 4128 utpote meliorem praefero.*

14 maxima Ms.

4-5 legati papae fuerunt cardinales Cervantes et Cesarini, et archiepiscopus Iohannes Tarentinus.

EDD. GIUSTINIANI 7-11; HARDOUIN 9,678B-682E; CECCONI n. 126, pag. 341-345, iuxta editionem Giustiniani et codicem Strozianum; RAYNALDUS, ad annum 1437, n. 8-9 (ex parte) iuxta codicem archivi Vaticani et editionem Giustiniani.

*Datum « quarto kalendas iunii » apud GIUSTINIANI, CECCONI est falsum, sicut iam auctor posterior in nota ad textum editum suspicatus est.*

*In margine Reg. Vat. 366 habetur: Decretum electionis loci pro celebrando concilio super Occidentalis et Orientalis ecclesiarum unione Florentie aut Utini.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Salvatoris et dei nostri, in glorioso cuius ortu angelorum chorus gloriam in altissimis deo et in terra pacem hominibus bone voluntatis nunciavit, et qui, e mundo transiturus ad patrem, tanquam in ultimis testamentum conderet discipulis suis, quos in fine[m] dilexit, bonum hereditarium, unionem reliquit et pacem, vices quamquam meritis insufficientibus 5 gerentes in terris; pro debito oneris imbecillibus nostris humeris impositi, unitatem in universo christianorum populo summis desideriis affectamus, ad illamque, ubi est, conservandam, ubi vero aliqua ex parte desit, ponendam nutriendamque anhelamus.

Sane dudum adhuc, in minoribus constituti, attendentes, quot et quanta, sive bona neglecta et perdita sunt, sive mala in ecclesia dei et 10 populo christiano provenerunt ex divisione Orientalis et Occidentalis ecclesie, et intelligentes nihil esse inter omnia pluris faciendum, rem existimavimus dignam, cui omnes adhiberemus conatus. Hinc in concilio Constantiensi primo, deinde apud felicitis recordationis Martinum V predecessorem nostrum, pro optata huiusmodi ecclesiarum dei unione 15 plurimum laboravimus.

Quamprimum vero, ad apostolatus apicem assumpti fuimus, honesto illi et pio desiderio nostro debitum accessisse cernentes iniuncte nobis desuper cure pastoralis, eam rem suscepimus ardenti animo; factumque est, ut oratores carissimi in Christo filii nostri Iohannis 20 imperatoris Grecorum illustris, et venerabilis fratris Ioseph patriarche Constantinopolitani se Romam ad nos contulerint et deinde, missis per nos Constantinopolim nunciis, communi consensu tractatum, quod pro celeriori firmiorique ipsius rei consecutione legatus de latere cum prelatiis, magistris et doctoribus tante rei 25 tractande necessariis a nobis Constantinopolim mitteretur: quem tractatum imperator Trapezuntiarum faciliter postea approbavisset. Prius vero quam tractatus huiusmodi ad nos capitula portarentur, alius in sacro Basiliensi concilio veniens modus per decretum firmatus est; posteaque missus ad nos predicti concilii orator nostrum requisivit assensum. 30

Nos vero, avidi predictae unionis, et veriti, ne, si aliqua dissensio intercederet, tante tamque nobis optate rei ruptura sequeretur; licet de re tam gravi et tot mensibus agitata quicquam a predicto concilio ad nos perlatum non fuisset, non obstante etiam quod

2-3 cf. Luc. 2,14. 4 cf. Ioh. 13,1. 9 cf. bullam Eugenii IV, 15 nov. 1434; doc. n. 45. 29 decretum in sessione 19. 29 orator, Simon Freron.

interea regressus oratoris nostri et novus Grecorum adventus pro approbatione alterius conclusionis esset nunciatus, antedictae conclusioni in concilio habite consensimus.

Venientibusque ad nos predictorum imperatoris et patriarche oratoribus pro confirmatione eorum, que in Constantinopoli conclusa fuerant, eam facere obmisimus, ne  
5 propter varietates tractatum tam sanctum opus destrui posset aut quomodolibet impedi-  
diri; sed illos ad predictum concilium remisimus, exhortantes eos, ut de huiusmodi varietate non desperarent, quoniam nobis erat grata omnis via, per quam sancta hec res effectum  
esset optatum quomodolibet habitura.

Postea vero missi sunt a prefato concilio ad imperatorem et patriarcham predictos  
10 alii oratores pro decreti ipsius ratificatione, et secutum est, ut habita a nostris oratoribus, qui hac de causa erant Constantinopoli, certissima informatione de nostro ad rem ipsam consensu prestito, imperator et patriarcha predicti ratificaverunt.

Qua ratificatione facta nos ut semper antea istius sancte unionis conclusionem affectantes, de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie, cardinalium consilio  
15 et assensu dilectos filios nostros Nicolaum tituli Sancte Crucis et Iohannem tituli Sancti Petri ad Vincula presbyteros sacre Romane ecclesie cardinales nostros et apostolice sedis legatos misimus Basileam ad predictum concilium. Eis autem facultatem inter alia dedimus plenariam illa faciendi omnia, que unioni predicte viderentur quomodolibet profutura. Qui pro loci nobis et Grecis accomodi electione procuranda, ut ad optatam  
20 unionem perveniri posset, opportune institerunt.

Cum vero expectaretur predicta ad debitum finem perduci, nonnulli in predicto Basiliensi concilio existentes ad quamdam nominationem processerunt civitatis Avinionensis non nominate, non comprehense in decreto, et ab ipsis Grecis semper alias repudiate. Unde factum est, ut dilectus filius, nobilis vir Iohannes Bissipatus, ambaxiator imperatoris  
25 et nuncius ac etiam patriarche predictorum, in forma subscripta publice fuerit protestatus:

#### PROTESTATIO

In nomine domini. Amen. Tenore presentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno a nativitate eiusdem 1437, indictione XV, die vero veneris XV mensis februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii, divina providentia pape  
30 quarti anno sexto, reverendisque in Christo patribus ac dominis, dominis Iuliano, tituli Sancte Sabine, in Germania apostolice sedis legato, Iohanne tituli Sancti Petri ad Vincula, Ludovico, tituli Sancte Cecilie Arelatensi, sancte Romane ecclesie presbiteris cardinalibus vulgariter nuncupatis; Iohanne Antiocheno, Ludovico Aquilegiensi, patriarchis, Amedeo archiepiscopo Lugdunensi, Petro Di-

34 Lugdonensi *Mss.*

1 *Christophori Garaloni.* 3 oratoribus, *Georgio et Emmanuel Disypatis, qui 21 ian. 1435 Florentiam advenerunt.* 6 die 21 febr. 1435 legati *Graeci cum Christophoro Garaloni a curia pontificia profecti sunt et 5 apr. Basileam advenerunt.* 9 legati concilii *Basiliensis fuerunt Iohannes de Ragusio O. P., Simon Freron, Henricus Menger, qui Constantinopolim die 4. sept. 1435 advenerunt.* 10 oratores pontificii *Christophorus Garaloni et socii fuerunt.* 12 ratificatio *graeca facta est die 26 nov. 1435, cf. CECCONI, n. 66.* 15 missi sunt hi duo cardinales *Basileam die 17 febr. 1436.* 20 *cf. Ioh. de Segovia = Mon. conc. 2,865.* 22 *Avinionem synodales Basilienses ex parte magna ut sedem concilii selegerunt conditionale die 6 decembris 1436.* 23 in decreto concilii *Basiliensis 7 sept. 1434.* 24 *Bissipatus loco Dissipatus (Disypatos).* 27 *cf. documenta edita apud CECCONI n. 107, pag. 285-286, n. 106, pag. 282-284.*

gnensi, Alfonso Burgensi, Iohanni Lubicensi, Matheo Albiganensi, Berengario Petragoricensi, Antonio Sudensi, episcopis; ac aliis reverendis patribus dominis episcopis et abbatibus, ceterisque dominis doctoribus et magistris in magna multitudine et numero copioso sacrum generale concilium representantibus et celebrantibus, in generali congregatione, videlicet in maiori ecclesia Basiliensi, de mane, more solito congregatis, presente domino reverendissimo cardinali legato presidente in eodem, in nostrorum notariorum publicorum et testium infrascriptorum presentia personaliter constitutus spectabilis et egregius miles dominus Iohannes Bissipatus, ambaxiator et nuntius serenissimi domini imperatoris Romeorum ac reverendissimi domini patriarche Constantinopolitani, certam protestationis cedulam sive requestam sacro concilio presentavit et obtulit ipsamque legi petiit. Que quidem cedula per me Petrum Brunetti alterum notarium sacri concilii de mandato eiusdem lecta extitit in hec verba:

Reverendi patres et domini.

Serenissimus dominus imperator et reverendissimus dominus patriarcha et Greci Orientales miserunt me ad sacrum concilium ex multis respectibus, et specialiter propter quatuor:

[1] Primo, ut significarem vobis, qualiter omnes de ecclesia Orientali sunt parati venire in tempore constituto iuxta formam decreti, a quo non intendunt in aliquo quoquo modo recedere. Et sciatis et sitis certi, quod ex parte ecclesie Orientalis nullus defectus erit, quin omnia in tempore convento exequantur.

[2] Secundo, ut debeam cum omni diligentia sollicitare paternitates vestras et instare ac exhortari, quod omnia in decreto comprehensa adimpleantur in tempore constituto; quia si aliquis defectus esset, ex uno defectu etiam parvo multa inconvenientia et plura mala sequi possent.

[3] Tertio, ut viderem, an locus, qui eligitur, sit ex nominatis in decreto, et habilis nobis Grecis et domino nostro pape; quia presentia sua, prout semper diximus et dicimus, supra modum est huic negotio necessaria, et sine eo non credimus, quod aliquid boni fieri possit; quoniam si nostri sciunt, quod ex parte vestra remaneret, quod papa non esset presens, a veniendo possent se retrahere; quia, cum veniant pro unione, nollent venire in vanum, et esse causa divisionis ecclesie vestre. Suspicerentur etiam, quod non haberetis illum perfectum animum, qui ad istam unionem requiritur.

[4] Quarto, ut electo loco prout dixi, accomodo et habili nobis et domino nostro pape, ego deberem videre galeas, super quibus venire debemus; an sint fortes et bene apte ad portandum personas nostras et eas accipere cum trecentis balistariis, secundum quod in decreto continetur, et aliis necessariis. Deinde reverti in Constantinopolim in tempore constituto.

Et, si contrarium fieret, ego debeo protestari, prout protestor, quod vos in causa estis, quod tantum bonum impediatur; et quod per nos non remanet neque remanebit, quin omnia per nos in isto negotio promissa adimpleantur; sed vos estis in culpa.

Ego, ut videtis, huc veni cum magnis laboribus et periculis, et inveni, quod aliqui ex vobis volunt eligere locum, immo, quod peius est, elegerunt non nominatum in decreto, ad quem papa nunquam veniet neque mittet legatos suos; et volunt quod veniamus extra gulfum per viam valde nobis periculosam et multo magis longinquam et incomodam. De quo valde miror, quia per istam viam isti tales nolunt unionem nostram, imo mortem; quia per illud mare sic latum, ultra alia pericula vix potest inveniri portus, et in eo sunt multi pirate, nobis et omnibus christianis inimici. Miror etiam quod, cum videatis nostros prelatos antiquos venire de Cayro, Iherusalem, Alexandria et Antiochia et aliis remotissimis partibus Orientis ac de Russia et de ultimis partibus septentrionis

per multa milia miliarium et per terras infidelium usque Constantinopolim, et de Constantinopoli tam predicti prelati quam imperator et patriarcha Constantinopolitanus, qui est antiquissimus, debeant similiter per multa milia miliaria et per mare ac etiam per dominia Turcorum usque ad terras Latinorum accedere, quod vos non velitis pro VIII aut X dietis, in terra vestra tuta ac pacifica  
5 ambulare. Et, cum videatis imperatorem nostrum et principales ex Grecis dimittere domum propriam, uxores et filios in faucibus Turcorum, multi ex vobis pro tanto bono nolint se elongare a patria propria per modicum spatium.

Quare si non providebitis in tempore de alio loco et alia via, nobis et pape accomoda, ego, nomine domini imperatoris et totius ecclesie Orientalis protestor coram deo et angelis suis et toto  
10 mundo, quod per ecclesiam Orientalem non remanet, quin ea, que sunt capitulata in decreto inter vos et nos, adimpleantur in tempore suo. De qua re per totum mundum semper habebitis confusionem; et in extremo dei iudicio reddetis rationem de tanto damno, cuius eritis causa. Quia revera talis est dispositio ex parte nostra, quod si fiet istud concilium ycumenicum, omnino sequetur unio ecclesie utriusque; et, si remanebit, erit notum toti orbi, quod ex parte vestra deficiet, non ex  
15 nostra. Et si aliquas expensas facietis, significo vobis et vos certos facio, quod omnes illas perdetis, quia per istam viam, electam per aliquos ex vobis, nunquam aliquem nostrum habere poteritis; imo habebimus causam repetendi a vobis omnes expensas, quas fecimus propter hoc. Et hanc eandem protestationem intendimus facere apud dominum nostrum, qui pro consensu est colligatus ad dictum decretum, et apud omnes principes mundi.

20 Rogo omnes notarios, qui hic sunt, quod de ista mea requisitione faciant mihi instrumenta necessaria, ut possim [fidem] de hoc facere domino imperatori et toti mundo.

Qua quidem protestationis cedula sive requesta, ut prefatur lecta, super premissis omnibus et singulis prefatus dominus Iohannes petiit a nobis notariis et dicti sacri concilii scribis infrascriptis sibi fieri atque tradi unum atque plura publicum et publica instrumenta.

25 Data fuerunt hec in dicta generali congregatione Basilee sub anno, indictione, mense, die et pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem venerabilibus et circumspicuis dominis et magistris Iohanne Pulchipatris, Iohanne de Segovia in sacra pagina, Iohanne Leonis, Iohanne de Bachenstein archidiacono Zagrabiensi, decretorum doctoribus et Guidone de Vercellis magistro in artibus Parisiensi testibus ad premissa astantibus.

30 Cumque per temporis spatium non modicum de huius loci electione dissensio fuisset, in dicto concilio tandem, pacto convento firmatum et ordinatum exitit, ut si infra certum terminum Avinionenses omnia et singula per concilium requisita non adimplerent, concilium ad alterius loci electionem procedere posset et teneretur.

35 Quo termino per plures dies elapso, cum Avinionenses requisita non adimplevissent, prefatum sacrum concilium iuxta ordinationem prefatam ad loci electionem processit. Nam pro ycumenico et catholico concilio celebrando elegit Florentiam aut Utinum in provincia Fori Iulii ponenda in manu concilii, seu quemcunque alium locum tutum nomi-

28 Pulcapatris *Mss.* 29 Bachestein *Mss.* 29 Zagrabiensi *Mss.* 29 Guido *Mss.*

31 *paetum concilii Basiliensis 23 febr. 1437; cf. Cecconi n. 109, pag. 289-290.* 37 *decretum minori partis patrum concilii Basiliensis et praesidentium pontificiorum 7 maii 1437; cf. Cecconi n. 120, p. 317-319.*

natum in decreto et accomodum nobis et Grecis; unum videlicet de predictis, qui citius paraverit galeas, pecunias et alia necessaria, prout in decreto superinde confecto latius continetur.

Novissime autem venientes Bononiam dilecti filii Bissipatus magnus Adriacus, et Emanuel Tragagnoti Vuloti, oratores supradicti petierunt audiri in consistorio generali. 5  
Quibus pro rerum magnitudine libenter annuimus.

Quare, cum die XXIII maii presentis in dicto consistorio eos audire stauissemus, eorum orationem exposuerunt; ex cuius expositionis tenore, imperatoris et patriarche predictorum ad sanctissimam ecclesie Occidentalis et Orientalis unionem pia desideria, non solum confirmari, verum etiam in dies augeri, facile intelleximus. 10

Quodque magis est et plurimi faciendum, materiam eius unionis consequende eo loci perductam esse conspicimus, ut iamiam huiusmodi operis sanctissimi omnino confiendi, iuvante domino, spem maximam teneamus. Nam cum gesta in concilio prefato narrassent, et protestationem suprascriptam per se factam contra nominationem civitatis Avinionensis allegassent, ac postmodum de verbo ad verbum legi fecissent; pro conclu- 15  
sione sua nos humilibus ac supplicibus verbis exoraverunt requisiveruntque, ut nominationem electionemque factam de Florentia vel Utino, aut de alio loco, prout in decreto superinde confecto plenius continetur, qui citius necessaria paraverit, acceptare atque confirmare velimus, ut ycumenicum ac catholicum concilium, et per consequentem effectum sanctissima ecclesiarum Occidentalis Orientalisque unio fiat. Protestantesque nobis, 20  
prout Basiliensi concilio protestati sunt, quod per eos non stat neque aliqualiter stabit, quin predictum ycumenicum catholicum concilium fiat; memorantesque damna, scandala, ignominiam et animarum pericula, que incumbent, si eorum iuste et omni ex parte laudabili ac summe necessarie postulationi consentire recusabimus.

Quare cupientes quod tam sanctum unionis opus nullo modo pereat, cum ad id per- 25  
veniendum nullam nobis pro nunc aliam cernamus viam superesse, rerum gestarum ordinem, simul protestationum et requisitionum suarum instantiam attentius considerantes, et tanti boni operis periculum formidantes, si vel parum ab eorum presenti requisitione aliqua-  
liter declinaremus, quod penitus impium et contra nostre mentis institutum esset, qui ut supra diximus, semper rem istam desideravimus quesivimusque pro dei laude, nominis christiani 30  
celebritate ac amplitudine, et huiusmodi sanctissime unionis incomparabili bono; de concilio et assensu venerabilium fratrum nostrorum, sancte Romane ecclesie cardinalium, plurimis etiam venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis electis, aliisque prelati in nostra curia residentibus numero copioso id laudantibus, dictorum oratorum petitionibus annuentes, eas grate libenterque suscepimus, atque electionem 35  
Florentie aut Utini vel alterius loci, pro celebratione predicti ycumenici catholici concilii, ut in decreto continetur, acceptamus ac etiam confirmamus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre susceptionis, acceptationis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hec attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. 40

26 cf. *Cecconi n. 124, pag. 333-337.*

Datum Bononie anno incarnationis divine MCCCCXXXVII, III kal. iunii, pontificatus nostri anno septimo.

## 67.

*Eugenius IV Thomam de Campofregoso ducem Ianuensem hortatur ut Graecis ad concilium unionis venientibus saluumconductum praestet.*

1437 maii 31 Bononiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 215<sup>o</sup>.*

*Edd. GIUSTINIANI 16; HARDOUIN 9, 687B-C; CECCONI n. 127, pag. 346.*

*Papa duci Ianuensi simul copiam bullae 30 maii 1437, doc. n. 61 mittit et copiam saluumconductus ut normam.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO NOBILI VIRO THOME DE CAMPOFREGOSO  
DUCI IANUENSI SALUTEM ETC.

5 Videbit tua nobilitas, ex introclusa literarum apostolicarum hesterna die datarum copia deliberationem factam, quod ycumenicum concilium Florentie aut Utini pro unione ecclesiarum Occidentalis et Orientalis celebretur.

Quare, cum velint Greci predicti pro eorum tutela et securitate saluumconductum habere a te et illa communitate tua, eandem tuam nobilitatem in domino requirimus et  
10 hortamur, ut fieri facias et nobis mittas predictum saluumconductum in forma copie, quam mittimus introclusam.

Datum pridie kalendas iunii.

## 68.

*Eugenius IV desiderat, ut Laurentius de Medicis vel alius mandata necessaria a communitate Florentina habens ad papam veniat, tractaturus de loco concilii oecumenici.*

1437 iun. 6 Bononiae.

*Orig. (?) in archivo regio Florentino.*

*Ed. CECCONI n. 128, p. 347.*

DILECTI FILI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Postquam a nobis es profectus, omnia apud nos bene sunt disposita circa rem diu  
15 tractatam; sed necessarium est, ut aliquis nomine illius comunitatis ad nos mittatur cum sufficientibus mandatis, sive ab ipsa comunitate sive ab illis quatuor, qui pridem ad hoc fuerunt deputati, ut conclusio necessaria fiat.

3 Suprascriptio: Secreta. *In margine*: Papa petiit a duce et domino Ianuensi, ut faciant saluumconductum imperatori Grecorum ad concilium venturo.



Quare postquam tu hanc rem diu tractavisti et, ut credimus, mandatum id habes, de quo diximus, velis quam poteris celerius huc accedere. Nam domino concedente conclusionem ipsam presto faciemus, et distincte ac enucleate constituemus, qualiter res ipsa pro utraque parte in posterum esse debeat. Si vero tua devotio aliquo casu esset omnino impedita vel aliter venire non posset, cum dilectis filiis prioribus et vexillifero nostris verbis ages, ut quempiam alium cito mittant, mandata habentem necessaria ad ea promittendum, quae diutius, ut nosti, inter nos fuerunt tractata. 5

Datum Bononiae, sub anulo nostro secreto, die 6 iunii 1437, pontificatus nostri anno VII.

*A tergo:*

Dilecto filio nobili viro Laurentio de Medicis civi Florentino. 10

### 69.

*Eugenius IV Sigismundum imperatorem certiore facit de electione loci concilii oecumenici eumque hortatur, ut causae in hoc concilio tractandae, scilicet unioni ecclesiarum Occidentalis et Orientalis faveat.*

*1437 iun. 13 Bononiae.*

*Diploma orig. cum bulla plumbea, Vindobonae, Haus- Hof- und Staatsarchiv. Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Val. 366, 214<sup>r</sup>-215<sup>r</sup>.*

*Edd. GIUSTINIANI 16-17; RAYNALDUS, ad annum 1437, n. 10 (ex parte); HARDOUIN 9, 687 D-688 C; CECCONI n. 131, pag. 350-351, iuxta editionem GIUSTINIANI; LÜNIG, Reichsarchiv, Spicilegium ecclesiasticum 1, 740; Deutsche Reichstagsakten 12, 229-230.*

*Papa imperatori simul epistolam de actis in consistorio cum Graecis mittit, scilicet bullam 'Salvatoris et Dei', et instrumentum advocati fiscalis = CECCONI n. 155, pag. 338-340.*

*In editione expositionem finalem de haereticis Hungariae omitto.*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI CARISSIMO IN CHRISTO FILIO SIGISMUNDO ROMANORUM IMPERATORI ET HUNGARIE AC BOEMIE REGI ILLUSTRIS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDITIONEM.

Cum proximis diebus venissent Bononiam ad nos dilecti filii Iohannes Dissipatus et Emanuel Tracagnoti Vultis oratores carissimi in Christo filii nostri... imperatoris Grecorum et venerabilis fratris... patriarche Constantinopolitani, qui dudum fuerant in concilio Basiliensi, petiverunt audiri in consistorio generali, quod nos illis faciliter concessimus, attendente magnitudine rerum, quas tractare advenerant. 15

Cumque eos in dicto consistorio audiremus, fecerunt expositionem suam, cui postea respondimus in simili consistorio, prout contineri videbis in litteris apostolicis, quas tue celsitudini mittimus. Predicti etiam oratores audita nostra concessione et appro- 20

15 Dissipatus *Mss.* 16 Uulctis *erronee in orig.*

15-20 *cf. doc. n. 66, pag. 69.*

19 *consistorium die 24 maii 1437 fuit.* 22 *litterae apostolicae, 30 maii 1437; cf. supra, doc. n. 61, p. 65-70.*

batione eorum, quae petiverant, eiusmodi approbationem nostram habuerunt ratam, prout ex instrumento advocati fiscalis patet, quod etiam mittimus alligatum.

Per eosdem etiam dies accidit, quod venerabilis frater episcopus Dignensis et dilectus filius Nicolaus de Cusa, oratores a Basiliensi concilio hac de causa missi ad nos venerunt, et eis apud nos existentibus, a dilectis filiis... communitate Florentie responsionem et certitudinem habuimus, quod omnia, que iuxta formam decreti ad hoc negotium necessaria erant, cumulatissime paraverant. Hincque constituimus, quod predicti oratores Grecorum et concilii Basiliensis, simul cum nostris nuntiis, propediem in Greciam navigent.

Quare, domino concedente, omnia nobis optime disposita et parata videntur, que pro unione Occidentalis et Orientalis ecclesie videbantur necessaria.

Itaque velit tua sublimitas omnia facere, dicere, disponere et ordinare, que huiusmodi Grecorum reductioni et eorum ecclesie cum nostra unioni iudicabis et intelliges posse conducere; ut diebus nostris et tuis precipuum hoc augmentum suscipiat catholica fides christiana, quanquam sperari posse videmus plurima bona multifacienda, unionem predictam, cum facta erit, concedente domino secutura.

Ceterum, summa cum displicentia audivimus quosdam hereticos etc.

Datum Bononie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, idus iunii, pontificatus nostri anno septimo.

*In verso:*

Carissimo in Christo filio Sigismundo Romanorum imperatori et Hungarie ac Boemie regi illustri.

M. de Pistoria.  
Blondus.

### 70.

*Eugenius IV Carolum VII regem Francorum de electione loci concilii oecumenici certiore[m] facit eumque hortatur, ut causam unitatis ecclesiarum foveat.*

1437 iun. 7 Bononiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 215.*

*Edd. GIUSTINIANI 17; HARDOUIN 9, 688 C; CECCONI n. 131, pag. 351.*

EUGENIUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO CAROLO FRANCORUM REGI ILLUSTRIS SALUTEM ETC.

Cum proximis diebus venissent Bononiam etc.; ut supra, usque: Ceterum summa cum diplicentia.

### 71-72.

*Eugenius IV reges Angliae et Portugaliae de electione loci concilii oecumenici certiores facit eosque hortatur, ut causam unitatis ecclesiarum sustineant.*

3 Divensis erronee in orig.

1-2 instrumentum advocati fiscalis, 7 sept. 1437, cf. CECCONI n. 159, pag. 426-430.

24-25 cf. doc. n. 69, pag. 71-72.

1437 iun. 7 Bononiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 215<sup>r</sup>.**Edd. GIUSTINIANI 17; HARDOUIN 8,688 D; CECCONI n. 131, pag. 351.*

Regibus Angliae et Portugalie, ut supra, usque: Ceterum summa.

## 73.

*Eugenius IV civitati Perae (iuxta Constantinopolim) Nicolaum de Ferraria vicarium generalem O. P. eiusque socios commendat.*

1437 iul. 2 Bononiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 221<sup>r</sup>-222<sup>r</sup>.*

EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS CONSULIBUS ET RECTORIBUS PEYRE SALUTEM ETC.

Cum aliquando de vestra civitate cogitaverimus, intelligentes eam ab Italia et Latinis remotissimam virisque prestantibus ac civibus et populo frequentissimam esse, existimavimus vos plurimum gaudio et spirituali consolatione affectos iri, si ad vos mittentur viri 5 religione, scientia et vite sanctimonia singulares, quorum predicationibus, monitionibus, exhortationibus et vite exemplo catholici et bene dispositi confirmarentur ac in dies meliores redderentur, infideles vero ad salutem suam adducerentur.

Accessit etiam huiusmodi nostre considerationi, quod Grecos, qui ad unionem ecclesie, ut nostis, invitati sunt, a predictis religiosis exempla vite et lumen veritatis catholice 10 domino adiuvante cognovimus posse suscipere.

Scientes itaque dilectos filios fratrem Nicolaum de Ferraria vicarium generalem et fratrem Antonium de Oria inquisitorem Bononiensem doctos graves, vite munditia et religionis observantia insignes esse, eosdem cum nonnullis confratribus sui ordinis in regulari observantia beati Dominici innutritis ad reformandum vestrum conventum ordinis sui 15 transmittimus, facietque idem frater Antonius apud vos residentiam. Qui cum sit, ut diximus, excellentis litterature vir et in predicatione dominici verbi gratiam habeat singularem, non solum vos et ceteros fideles verbo doctrine poterit pascere, sed, cum se commoditas et occasio exhibuerint, cum Grecis et aliis disputando, inspirante et lumen scientie ac veritatis exhibente sancto spiritu, illorum errores funditus extirpare. 20

Quocirca devotionem vestram in domino requirimus et hortamur, ut fratres [Nicolaum] et socios antedictos tam pro reformatione predicta in illo conventu fienda quam pro aliis sanctis operibus, que inspirante domino facere pro viribus insudabunt, possibilibus auxilio et favoribus prosequamini, illaque omnia pro posse faciatis, que pro conservacione et amplitudine sui conventus aliorumque operum bonorum consum[m]atione a vobis duxerint 25 postulanda. Nam si ea, ut optamus atque etiam speramus, facietis, preter eterne beatitudinis premia, nostram et apostolice sedis gratiam reportabitis.

Datum II iulii [1437].

<sup>2</sup> *Suprascriptio*: Mittitur F. Nicolaus de Ferraria vicarius generalis ordinis beati Dominici ad reformandum monasterium et conventus ad partes Peyre.

<sup>21</sup> Iacobum *Ms.*

<sup>1</sup> *cf. doc. n. 69, pag. 71-72.*

## 74.

*Eugenius IV civitati Caphae (Feodosia) Iacobum de Primaditiis vicarium generalem O. F. M. eiusque socios commendat.*

1437 iul. 2 Bononiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 222<sup>r</sup>-222<sup>r</sup>.*

*Edd. WADDING 11,<sup>3</sup> 68-69; HOFMANN III, 7-8.*

EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS CONSULIBUS ET RECTORIBUS CIVITATIS CAFFENSIS SALUTEM ETC.

Cum proximis temporibus nobis esset renunciatum, vestram devotionem cupere, quod monasterium vestrum Caffense ordinis Minorum reformetur, pro vestra et aliorum fidelium catholicorum consolatione, gavisus sumus de vestra huiusmodi bona dispositione, et quod  
5 sponte nostra libenter facimus ac ubique pro viribus fieri curamus, vestris precibus et intercessione apud nos fieri debere disposuimus.

Quamobrem considerantes, dilectum filium Iacobum de Primaditiis de Bononia, vicarium generalem fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum, virum esse vita, zelo, caritate et in predicando divino verbo singularem, qui fideles confirmare et consolari,  
10 infidelesque domino adiuvante ad fidei salutem invitare atque attrahere poterit,

eundem cum aliis confratribus sui ordinis, in regulari observantia vivere consuetis, ad vos mittere decrevimus, non obstante, quod a plurimis Italiae civitatibus magna cum instantia peterentur. Visum namque est nobis, fratres prefatos in civitate illa, que multas nationum continet varietates et regionibus infidelium est vicina, maximos simul animarum  
15 fructus allaturos et vestro desiderio abunde satisfacturos.

Quocirca devotionem vestram in domino requirimus et hortamur, ut fratres Iacobum et socios antedictos, tam pro reformatione predicta in illo conventu fienda, quam pro aliis sanctis operibus, que inspirante domino facere pro viribus insudabunt, possibilibus auxilio et favore prosequimini, illaque omnia pro posse faciatis, que pro conservatione et amplitudine sui conventus, aliorumque operum  
20 bonorum consummatione a vobis duxerint postulanda. Nam si ea, ut optamus atque etiam speramus, facietis, preter eterne beatitudinis premia, nostram et apostolice sedis benedictionem reportabitis.

Datum II iulii [1437].

## 75.

*Eugenius IV Iohanni VIII imperatori, Ioseph II patriarchae ceterisque Graecis usque ad numerum 700 personarum salvumconductum dat.*

1437 iul. 6 Bononiae.

*Copiae coevae, archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 233<sup>r</sup>-235<sup>r</sup>; bibliothecae Vaticanae, Vatic. Lat. 4128, 61<sup>r</sup>-62<sup>r</sup>.*

*Edd. GIUSTINIANI 19 20; RAYNALDUS, ad annum 1437, n. 10; HARDOUIN 9, 689 E-691 B; CECCONI n. 139, pag. 372-374.*

*Codicem Vat. Lat. 4128 semper fere praefero.*

1 *Superscriptio*: Mittitur frater Iacobus de Primaditiis de Bononia vicarius generalis fratrum Minorum ad partes Caffenses.

16-21 *cf. doc. n. 73, pag. 73.*

EUGENIUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO IOHANNI PALEOLOGO IMPERATORI ROMEORUM ILLU-  
STRI, ET VENERABILI FRATRI IOSEPH PATRIARCHE CONSTANTINOPOLITANO, SALUTEM ETC.

Quia, annuente domino, in Italia fiet universalis et catholica synodus, in qua, iuxta  
concordata in synodo Basiliensi et in Constantinopoli postmodum confirmata, Occidentalis  
et Orientalis ecclesia conveniet; cupientes, quod omnibus nostre mentis caritas appareat, 5  
et omnis suspicio, que circa facultatem et libertatem venientium exhiberi possit, de medio  
tollatur; tenore presentium damus, concedimus vobis, imperatori et patriarche predictis  
aliisque venerabilibus fratribus Anthiocheno, Alexandrino et Iherusalemitano patriarchis,  
omnibus quoque vobiscum et cum ipsis, usque ad numerum VII<sup>c</sup> personarum cuiuscunque  
status, gradus, ordinis vel dignitatis tam spiritualis quam temporalis existant, ad univer- 10  
salem et catholicam synodum predictam accedentibus vel venientibus, plenum et liberum  
salvumconductum, omnesque predictos et eorum quemlibet, cum personis, salmis et rebus  
suis, in omnibus regnis, provinciis, dominiis, civitatibus, castris, arcibus, villis ac locis sub-  
iectis obedientie Romane, per que ire, stare, redire et recedere vel transire contingeret,  
ad nostram liberam et firmam custodiam recipimus per presentes; promittentes omnibus 15  
et eorum singulis tenore presentium securam et liberam facultatem eundi et redeundi ad  
Italiam predictam, et illic standi, morandi, conversandi, habitandi, et cum omnibus secu-  
ritatibus, libertatibus et facultatibus cum iis, qui obedientie sancte Romane ecclesie de-  
diti et subiecti sint, disputandi, sillogizandi, et iusta ac rationabilia proponendi, omniaque  
alia libere et sine impedimento aliquo decidendi, faciendi et exponendi, que ad unionem ec- 20  
clesiarum Christi illis conferre videbuntur ac placebit; insimul et divisim cum bonis pro-  
priis, rebus et substantiis suis ac sive recedendi quoque, eundi et redeundi secure et  
libere et sine lesione, omni impedimento reali et personali cessante ac penitus remoto.

Item, si hec unio, quod deus avertat, non sequeretur neque ad finem optatum pro-  
cederet, predicti imperator et patriarcha et alii superius nominati nostris sumptibus et 25  
galeis, sine longitudine temporis et omni impedimento cessante cum honore suo, bona  
voluntate nostra, quemadmodum ad predictam catholicam futuram synodum venerunt, ita  
Constantinopolim redeant, sive unio in dicta synodo secuta fuerit sive non.

Non obstantibus in predictis, et quolibet predictorum, aliquilibus differentiis, discor-  
diis, divisionibus, tam preteritis quam que presentia ipsorum elu[ces]cerent, et in futurum 30  
oriri et adaugeri possent in ecclesiis predictis Occidentali et Orientali, sive inter prefatam  
Romanam ecclesiam ac illius subditos et subiectos, et imperatorem ac patriarcham et  
Grecos alios antedictos, aliisque non expressis conclusionibus, decretationibus, sententiis,  
terminationibus, quomodo vel qualiter aliquid esse vel fieri debeat.

Nec obstantibus aliquibus pignoribus et obligationibus publicis vel privatis neque ac- 35  
cusationibus, excessibus, criminibus aut delictis, si qua per predictos aut aliquem predic-  
torum quoquo et qualicumque modo acta et commissa fuerint.

Et universaliter, non obstantibus aliquibus aliis, etiamsi talia essent, quibus in pre-  
senti de illis opportunum esset specialem facere mentionem.

Si autem accideret aliquem ex ipsis Grecis alicui Occidentali et Romane ecclesie 40  
subiecto iniuriam vel lesionem aliquam inferre in persona, honore et rebus vel alio modo,

1 *In margine*: Salvusconductus. Imperatori Grecorum. 28 sequa Ms.

spectaret eius delicti cognitio hucusque ad debitam, iustam et decentem resectionem et red-  
integrationem damni illati, ad imperatorem et patriarcham prefatos. E contra vero, si  
aliquem ex nostris et nobis et Romane ecclesie subiectis contingat alicui subiecto ecclesie  
Orientali[s] aliquid iniuriari vel aliquam lesionem facere in persona, honore et rebus, vel  
5 alio modo, ipsa cognitio ad nos spectet, qui passis integre satisfieri curare debeamus. In  
aliis vero accusationibus, excessibus, criminibus, et aliis quecumque fuerint, unaqueque  
pars cognoscat, et suos iudicet.

Mandamus itaque omnibus et singulis prelatis, regibus, ducibus, principibus, locaten-  
nentibus, communitatibus, et aliis particularibus quibuscunque personis, cuiuscunque gra-  
10 dus vel preeminentie existant, que Romane et Occidentali ecclesie sunt subiecte, quatenus  
predicta et eorum quelibet inviolabiliter observent, et quantum in eis sit, faciant obser-  
vari, prefatosque imperatorem, patriarcham et alios omnes et quemlibet eorum ad pre-  
fatam synodum venientes, ac inde redeuntes, simul et divisim, favorabiliter tractent atque  
suscipiant, celeremque et securum illis transitum prebeant.

15 Volumus autem presentem salvumconductum in sua vi et robore manere, quousque  
prefati imperator, patriarche et Greci omnes superius nominati, cum suis nobilibus, fami-  
liaribus et servis usque ad numerum prescriptum VII<sup>c</sup> personarum, Constantinopolim re-  
deant, et in omnem eventum eandem vim habere quam salvusconductus Basiliensis concilii  
supradictis concessus habet.

20 Datum Bononie, pridie nonas iulii.

## 76.

*Eugenius IV Antonium Condulmer capitaneum navium pro Graecis Italiam advehendis no-  
minat.*

*1437 iul. 6 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat., 366, 224<sup>r</sup>-225<sup>r</sup>.*

*Edd GIUSTINIANI 17-18; HARDOUIN 9, 688 D-689 D; CECCONI n. 140, pag. 375-376.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO, NOBILI VIRO ANTONIO CONDULMARIO, GALEARUM NOSTRARUM CON-  
STANTINOPOLIM MITTENDARUM CAPITANEO, SALUTEM ETC.

Strenue probitatis tue ac circumspecte prudentie conspicua merita, quibus personam  
tuam dominus insignivit, fidelisque promptitudinis voluntatem, quam ad nostrum et Ro-  
25 mane ecclesie honorem et statum te gerere novimus, et singularis navigandi peritia, cuius  
magnam laudem in patriam diu reportasti, diligenter attendentes; spem indubitata[m] ge-  
rimus, quod, que tuo exercitio committentur, disponentur utiliter, et salubriter tuo mini-  
sterio dirigentur.

11 quemlibet *Mss.*

21 *Suprascriptio*: Fit capitaneus galearum mittendarum pro Grecis Constantinopolim.

Sane, cum pro ducendis in Italiam carissimo in Christo filio nostro Romeorum imperatore et venerabili fratre Ioseph patriarcha Constantinopolitano cum aliis prelatiis Grecis, ad ycumenicum concilium pro unione Occidentalis et Orientalis ecclesie celebrandum quatuor galeas apud civitatem Venetiarum parari et expediri fecerimus, super quibus, hac de causa Constantinopolim mittendis, in earum reversione predicti imperator, patriarcha et 5 Greci in Italiam navigare debebunt, in ipsisque gubernandis, et in accessu redituque suo feliciter dante domino dirigendis precipue requiratur sufficiens dux et caput; tue persone imaginatio occurrit, fidelitatis et devotionis ardorem eximium, quo nos personam et eandem ecclesiam colere dignosceris, representans oculis mentis nostre.

Tenentes igitur indubie, quod ex tuis actibus virtuosis, galee predictae in accessu 10 eiusmodi et reditu iuvante domino secure perducentur, et alia, que cupimus et tibi mandata sunt, feliciter implebuntur; te galearum quatuor predictarum ac patronorum et aliorum officialium hominum armatarum remigumque in illis deputationum ac deputandorum generalem capitaneum facimus, creamus, constituimus et tenore presentium deputamus.

Tibi galeas, patronos, homines et remiges huiusmodi, in accessu et reditu predictis 15 dirigendi et gubernandi necnon supradictos imperatorem, patriarcham et Grecos iuxta voluntatem et mandatum venerabilium fratrum nostrorum Marchi archiepiscopi Tarantasiensis et Christofori episcopi Coronensis, quos ad id negotii nuntios apostolicos mittimus, ac iuxta consilium et directionem venerabilium fratrum nostrorum Petri Dignensis, Antonii Portugalensis episcoporum, et Nicolai de Cusa prepositi Confluensis, Basiliensis 20 concilii oratorum, etiam hac de causa Constantinopolim missorum, in Italiam conducendi, universosque officiales armatos et remiges inobedientes seu quomodolibet delinquentes aut aliquid excedentes, secundum iustitiam et tue voluntatis arbitrium puniendi et corrigendi, ac in eos merum et mixtum imperium exercendi, et omnia et singula faciendi, que ad plenissimum capitaneatus officium dignoscuntur de iure vel consuetudine pertinere, 25 iuxta formam et consuetudinem commissionum, que a dilectis filiis dominio Venetorum similibus armatarum capitaneis in Romaniam mitti consuetis dari consueverunt, concedentes plenam et liberam potestatem.

Districte quoque mandantes patronis, officialibus, hominibus armatis et remigibus supradictis, quatenus tibi tamquam eorum capitaneo plene pareant et intendant. 30

Curet itaque devotio tua traditum tibi officium huiusmodi sic attente, diligenter et sollicite exercere, quod tua probitas virtuosa votivum et speratum in hac parte fructum pariat, quodque preter divinum premium, quod exinde mereberis, amplam tibi nostram et apostolice sedis gratiam merearis.

Datum 6 iulii.

35

## 77.

*Eugenius IV Michaeli Zeno et Baldassari Lupari committit, ut pecuniarum quantitates pro causa unionis Graecorum necessarias nomine ecclesiae Romanae provideant.*

*1437 iul. 7 Bononiae.*

26 dominii *probabiliter legendum.*

29 officialibus *Ms.* 31 officium *Ms.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 374, 178°. In margine: A. de Florentia. De curia. Ed. CECCONI n. 141, pag. 377, iuxta collectionem Leonis Allatii.*

EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS NOBILIBUS VIRIS MICHAELI ZENO DE VENECIIS CASTELLANE  
DIOCESIS SCUTIFERO ET BALDASSARI LUPARI CIVI VENECIARUM FAMILIARIBUS NOSTRIS  
SALUTEM ETC.

Cum pro tractatu unionis ecclesie Orientalis cum nostra ecclesia Occidentali et  
5 conductione Grecorum ad partes Ytalie multis et magnis sumptibus ac pecuniarum quan-  
titatum expositione porro necessarium sit ac propterea pro huiusmodi negociis effectu  
mancipandis devociones vestras, de quarum fidelitate et prudentia singularem in domino  
fiduciam obtinemus, duxerimus eligendas et deputandas, vobis et vestrum cuilibet quas-  
10 ecclesie nomine sub illis modis, formis et condicionibus, de quibus discretioni vestre  
melius visum fuerit, ad cambium recipiendi easdemque pecuniarum quantitates sic receptas  
ad personas, a quibus eas acceperitis, mittendi solutionis causa ac destinandi, omniaque  
alia et singula, que pro ipsa materia unionis et solucione expensarum huiusmodi ac pro  
apparatu et fulcimento galearum et balistrariorum tam in civitate Constantinopolitana  
15 quam alibi necessaria fuerint aut eciam oportuna, tractandi, curandi, faciendi et perficiendi  
plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem et eciam potestatem. Habe-  
bimus enim ratum et gratum, quidquid in premissis et circa premissa feceritis faciemusque  
ea vobis in computum vestrum effectualiter assignari et acceptari.

Datum Bononie anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo  
20 septimo, nonas iulii, pontificatus nostri anno septimo.

Iohannes de Steccatis.

78.

*Eugenius IV Baldassari Lupari Constantinopolim profiscenti salvumconductum dat.*

*1437 iul. 7 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 374, 179<sup>r</sup>-179<sup>v</sup>. In margine: Andreas de Florentia  
Copia saec. XVII collectionis Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 515.*

*Ed. CECCONI n. 142, pag. 378, iuxta collectionem Allatii.*

EUGENIUS ETC. UNIVERSIS ETC. SALUTEM ETC.

Cum pro nostris et Romane ecclesie arduis negotiis peragendis ad diversas mundi  
partes et presertim civitatem Constantinopolitanam dilectum filium nobilem virum Baldas-  
25 sarem Luparem civem Bononiensem familiarem nostrum in presentiarum destinemus,

2 familiari Ms. 5 conductione Ms.; Gregorum Ms. 10 discretioni Ms. 12 mittendi Ms.; soluc-  
cionis Ms. 13 materiā Ms. 15 necessarie Ms.; oportune Ms.



nos cupientes eundem Baldassarum cum eius comitiva necnon familiaribus, eque-  
stribus et pedestribus usque ad numerum octo, in personis, equis et valisiis, rebus et  
bonis suis quibuscumque, in eundo, stando et redeundo, plena ubique securitate et im-  
munitate ac favorabili tractatione gaudere, universitatem etc.

Datum Bononie, anno incarnationis dominice 1437, nonis iulii, pontificatus nostri 5  
anno VII.

P. de Vivianis.

79.

*Eugenius IV Christophoro Garatoni episcopo Coronensi facultatem dat, ut viros pietate et  
doctrina insignes ad concilium oecumenicum in virtute sanctae obedientiae vocare possit.*

*1437 iul. 8 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 374, 178<sup>o</sup>-179<sup>r</sup>. In margine: Cincius. De curia.  
Edd. RAYNALDUS, ad annum 1437 n. 11; CECCONI, n. 143, pag. 379-380.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI CHRISTOPHORO, EPISCOPO CORONENSI, NUNTIO ET ORATORI  
NOSTRO, SALUTEM ETC.

Cum, inter ceteras pias cogitationes nostras ac vigiliis, variosque conatus, quos effe- 10  
cimus, ut Occidentalem et Orientalem ecclesiam cum recta religione et fide coniugatam  
esse videremus, te iteratis vicibus ad nonnullas mundi partes destinaverimus; cumque  
huius salutaris unionis desiderati fructus desiderataque conclusio dei benignitate atque  
clementia appropinquare videatur, utque omnia, que ad nos attinent, pro consummatione  
huius dei cause, iuxta desiderium cordis nostri valeamus;

15

cum te in presentiarum nuntium et oratorem nostrum, una cum venerabilibus fra-  
tribus Petro Dignensi et Antonio Portugallensi episcopis, sacri Basiliensis concilii orato-  
ribus, ac dilecto filio nobili viro Emmanuele, carissimi in Christo filii nostri Iohannis  
Paleologi imperatoris Constantinopolitani illustris, ac venerabilis fratris nostri Ioseph  
patriarche Constantinopolitani oratore, ad civitatem Constantinopolitanam et nonnullas 20  
alias mundi partes pro imperatore et patriarcha prefatis, et aliis Grecis, prelati et eccle-  
siasticis personis, nostris tiremibus ad ycumenicum concilium in Italia deo auctore ce-  
lebrandum conducendis transmittamus; et maxime opus sit, [ut] in huiusmodi concilio  
viri sanctimonia vite et religionis et doctrina sacrarum literarum prestantes intersint:

20

fraternitati tue, de qua ob comprobata tuam in hac salutari exercitatione et etiam 25  
in aliis arduis rebus integritatem ac prudentiam specialem in domino fiduciam obtinentes,  
convocandi, citandi et in virtute sancte obedientie precipiendi et mandandi omnibus et  
singulis personis ecclesiasticis sub ritu Romane ecclesie existentibus, quas ad id idoneas  
esse putaveris, cuiuscumque status, ordinis, conditionis, dignitatis vel preeminentie  
existant, etiamsi archiepiscopali prefulgeant dignitate, ut, quamprimum eis commoditas 30  
aderit, ad dictum ycumenicum concilium veniant, rescissis contrariis quibuscumque pri-  
vilegiis, indulgentiis, exemptione et literis apostolicis generalibus vel specialibus, sub

30

quacumque forma vel expressione verborum concessis, per que nullum cuique cuiuscumque status, gradus, conditionis vel ordinis etiam Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Gra[n]dimontensis, Cartusiensis, Vallisumbrose, Camaldulensis, Humiliatorum, sancti Benedicti, sancti Augustini, Hospitalium sancti Iohannis Hierosolimitani, sancte Marie  
 5 Theutonicorum, sancti Iacobi de Spata et Calatravensis, et quorumcumque aliorum ordinum existant in hac parte volumus afferri suffragium nequaquam obstantibus, plenam et liberam, auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem.

Datum Bononie, anno incarnationis dominice, XIII idus iulii, pontificatus nostri anno VII.

10

X. de Recanato.

## 80.

*Eugenius IV Iohanni VIII imperatori et Ioseph II patriarchae attestatur promissiones datas Graecis et cardinali Francisco camerario sanctae sedis super nominatione loci concilii oecumenici factas esse de mandato papae, eisque promittit se eas adimpleturum esse.*

*1437 iul. 10 Bononiae.*

*Copiae coevae, archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 226<sup>v</sup>, bibliothecae Vaticanae, Vatic. Lat. 4128, 60<sup>v</sup>.*

*Ed. CECCONI, n. 144, pag. 381; iuxta codicem Vaticanum Lat. 4128 et collectionem Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 362.*

EUGENIUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO IOHANNI ROMEORUM IMPERATORI ILLUSTRIS ET VENERABILI FRATRI IOSEPH PATRIARCHE CONSTANTINOPOLITANO SALUTEM.

Cum dilectus filius Franciscus cardinalis Venetiarum, camerarius noster, certas promissiones oratoribus vestris nomine vestro recipientibus fecerit per hos dies, manu propria  
 15 subscriptas, super nominatione loci fienda, pro ycumenico concilio celebrando, prout in ipso c[h]irographo latius continetur:

nos intendentes ea, que per dictum cardinalem nostro nomine et camere apostolice sunt promissa, observare et effectualiter, quantum in nobis erit, adimplere;

vobis, tenore presentium attestamur c[h]irographum illud de nostro mandato factum  
 20 fuisse, promittimusque illud et contenta in ipso observare et plenarie adimplere.

Datum VI idus iulii.

## 81.

*Eugenius IV Iohannem Disypatum (Bissipatum) in familiarem et scutiferum pontificium recipit.*

*1437 iul. 12 Bononiae.*

11 *Superscriptio in Reg. Vat. 366*: Promissiones super nominatione loci fienda pro ycumenico concilio.

*Copia coeua archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 219<sup>r</sup>-219<sup>v</sup>.*

*Ed. CECCONI, n. 144, pag. 382, iuxta collectionem Leonis Allatii. Barb. Lat. 878, 474.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO NOBILI VIRO IOHANNI BISSIPATO MILITI CONSTANTINOFOLITANO,  
FAMILIARI ET SCUTIFERO NOSTRI ONORIS, SALUTEM ETC.

Dum generis nobilitatem, vite ac morum honestatem aliaque dona virtutum, quibus personam tuam fide dignorum testimonio iuari percepimus, necnon sincere devotionis affectum, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, diligenter attendimus, decens reputamus et congruum, ut te gratiosis preveniamus honoribus et oportunis prosequamur favoribus. 5

Ut igitur in effectu percipias, quod suggerit nostre mentis affectus, te in familiarem ac scutiferum nostrum honoris gratiose recipimus, ac nostrorum familiarium et scutiferorum honoris consortio favorabiliter aggregamus, intendentes, quod per hoc favorabilis apostolici presidia plenius sortiariis. 10

Ut autem te et familiam, cum qua nobis servire promisisti, decenter sustentare possis, provisionem annuam mille florenorum auri de camera, anno singulo, a nobis et officialibus nostris ad id deputatis, tibi, aut quibus iusseris persolvendum, tibi tenere presentium deputamus; mandantes predictis officialibus nostris, qui pro tempore fuerint quatenus dictos mille florenos, singulo, ut prefertur, anno tibi solvere curent. 15

Sic ergo de bono in melius studiis virtutum intendas; quod merito ad faciendum tibi plenior gratiam invitemur.

Nulli ergo etc.

III idus iulii, anno VII.

20

## 82.

*Eugenius IV Iohanni VIII imperatori et Ioseph II patriarchae oratores minoris partis patrum concilii Basiliensis Petrum Dignensem, Antonium Portugalensem episcopos, Nicolaum de Cusa praepositum, simul et Iohannem de Ragusio O. P. iam nomine concilii Basiliensis Constantinopoli commorantem commendat, praeterea nuntios speciales papae Marcum Tarentasiensem archiepiscopum et Christophorum Coronensem episcopum.*

*1437 iul. 15 Bononiae.*

*Copiae coeuae, archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 239<sup>r</sup>-240<sup>r</sup>, bibliothecae Vaticanae, Vatic. Lat. 4128, 62<sup>v</sup>.*

*Edd. GIUSTINIANI 20-21; RAYNALDUS, ad annum 1437, n. 12; HARDOUIN, 8, 691 C-692 B; CECCONI, n. 149, pag. 390-391.*

EUGENIUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO IOHANNI PALEOLOGO, ROMEORUM IMPERATORI ILLU-  
STRI ET VENERABILI FRATRI IOSEPH, CONSTANTINOPOLITANO PATRIARCHE SALUTEM ETC.

Cum pridem sacra Basiliensis synodus pro futuro ycumenico concilio in Italia celebrando ad sanctissimam unionem Occidentalis et Orientalis ecclesie deo propitio conse-

1 *Superscriptio*: Fit unus Grecus familiaris et scutifer domini nostri.

quendam locum elegerit, et dilectis filiis Iohanni tituli Sancti Petri ad Vincula ac Iuliano tituli Sancte Sabine, sancte Romane ecclesie presbyteris cardinalibus, et venerabili fratri Iohanni archiepiscopo Tarentino, in ea synodo apostolice sedis legatis et presidentibus, eligendi oratores ad vos cum galeis ex parte prefate synodi destinandos, ac eis omnia  
 5 et singula committendi, que ad executionem incumbentium negotiorum fuerint necessaria, plenam dederit potestatem, veluti in decreto super hoc confecto plenius continetur; prefati legati et presidentes ex huiusmodi sibi potestate concessa venerabiles fratres Petrum Dignensem, Antonium Portugalensem episcopos, carissimorum in Christo filiorum Francie et Portugalie regum illustrium in dicta synodo oratores, ac dilectum filium Nicolaum de  
 10 Cusa, prepositum monasterii, decretorum doctorem, ex parte dicte synodi ad devotiones vestras transmittendos elegerunt; quibus etiam dilectum filium Iohannem de Ragusio, ordinis Predicatorum, sacre theologie professorem, nunc apud vos oratorem, adiunxerunt, cum plena potestate premissa omnia faciendi, ut in literis et instructionibus super hoc eis traditis serius continetur; nobis deinde instantius supplicantes, ut electionem et com-  
 15 missionem huiusmodi approbare, et oratores ipsos cum literis nostris cum dictis galeis ad vos ulterius transmittere dignaremur: nos autem omnia et singula supradicta rata et grata habentes, ipsorum oratorum protectioni, ut petatum est, libenter annuimus.

Quare caritatem vestram exhortamur in domino, quatenus oratores prefatos, latores presentium, ad vos pro tanto pietatis opere venientes placeat benigne suscipere ipsosque  
 20 simul cum venerabilibus fratribus Marco Tarantasiensi archiepiscopo et Christoforo Coronensi episcopo, specialibus oratoribus nostris, super dicto concilio, ut premittitur, in Italia celebrando, libenti animo exaudire, eis una cum predictis oratoribus nostris in omnibus ad rem huiusmodi pertinentibus fidem plenariam adhibendo.

Datum idibus iulii.

### 83.

*Eugenius IV archiepiscopum Tarentasiensem et Christophorum episcopum Coronensem creat sedis apostolicæ nuntios et oratores.*

*1437 iul. 15 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Val. 366, 237<sup>v</sup>-237<sup>v</sup>.*

*Edd. GIUSTINIANI, 21-22; HARDOUIN, 9, 692 B-693 A; CECCONI, n. 147, pag. 387-388.*

EUGENIUS ETC. VENERABILIBUS FRATRIBUS MARCHO ARCHIEPISCOPO TARENTASIENSI ET CHRISTO-  
 25 FORO EPISCOPO CORONENSI, NUNTIIS ET ORATORIBUS APOSTOLICIS, SALUTEM ETC.

Grandia virtutum merita, quibus personam vestram dotavit altissimus, vestreque fidei promptitudo et comprobata in laboribus assiduis, quos pro nostris et apostolice sedis obsequiis studio indefesso subiistis, animi vestri constantia, nos inducunt, ut illa vobis  
 30 audenter committamus, per que ardua et necessaria sedis apostolice ac Romane ecclesie negotia prudenter, solícite et diligenter executioni mandentur et vestra virtus in eo negotiorum exercitio a nobis deputata, sese reddat omnibus clariorem

30 executioni *Ms.*

Sane, cum pro unione Occidentalis et Orientalis ecclesie maximo a nobis studio dudum quesita carissimum in Christi filium nostrum Iohannem Romeorum imperatorem, et venerabilem fratrem Ioseph patriarcham Constantinopolitanum aliosque prelatos et nobiles Grecos in certo numero ad partes Italie perduci oporteat super galeis mittentium impensa expediendis, prout in decreto superinde confecto, a nobis postea comprobato latius 5 continetur; nosque, ad tollendas quorundam differentias de missione dictarum galearum inter se contententium ipsas propriis sumptibus parari fecerimus, et unam ex eis premiserimus: volentes id, quod restat, perficere, et predictos imperatorem, patriarchamque et Grecos alios duce deo in Italiam conduci facere;

vobis, quos hac de causa, sedis apostolice nuntios et oratores, de venerabilium 10 fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu creavimus, prout tenore presentium facimus et creamus, ut ad civitatem Venetiarum vos conferatis et super ipsis galeis ad hoc paratis in Constantinopolim navigetis predictosque exinde imperatorem, patriarcham, prelatos, nobiles aliosque Grecos, quos illi secum ducere velint, ad partes Italie, quanta cum eorum maiori commoditate et honorificentia poteritis, perduci 15 curetis;

committimus et mandamus omnia et singula faciendi, gerendi et administrandi, que pro dictorum imperatoris et patriarche et aliorum Grecorum in Italiam adventu necessaria duxeritis vel quomodolibet oportuna, licentiam vobis potestatem et plenariam concedentes tenore presentium facultatem. Mandantesque dilectis filiis nobilibus viris capitaneo 20 et patronis galearum predictarum, quatenus in cunctis, que ad directionem predictorum imperatoris, patriarche et Grecorum spectabunt, vobis pareant et intendant.

Datum idibus iulii.

#### 84.

*Eugenius IV. Marcum archiepiscopum Tarentasiensem constituit legatum de latere.*

*1437 iul. 15 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 235<sup>r</sup>.*

*Ed. CECCONI n. 148, pag. 389, iuxta collectionem Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 475.*

*Facultatem Marco archiepiscopo concessam, officium tabellionatus 25 personis sub conditionibus quibusdam conferendi cf. in Reg. Vat. 366, 242<sup>r</sup>-242<sup>v</sup>.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI MARCHO ARCHIEPISCOPO TARENTASIENSI, NUNTIO ET ORATORI NOSTRO CONSTANTINOPOLIM MISSE, SALUTEM ETC. 25

Cum per alias certi tenoris literas, te et venerabilem fratrem episcopum Coronensem nuntios et oratores nostros Constantinopolim ituros, pro ducendis in Italiam carissimo in Christo filio nostro imperatore Romeorum et venerabili fratri patriarcha Constantinopolitano, constituerimus, prout in illis continetur; nos cupientes tuam honorare personam,

5 cf. doc. n. 80, pag. 80. 26 cf. doc. n. 83, pag. 82-83.

ut durante tempore huiusmodi commissionis tibi facte, potestatem, facultates et auctoritatem habeas, que legatis de latere sancte Romane ecclesie cardinalibus similiter missis dari consueverunt, fraternitati tue auctoritate apostolica concedimus<sup>18</sup> per presentes.

Idibus iulii.

85.

*Eugenius IV decretum concilii Basiliensis cum Graecis 7 maii 1437 conclusum se observaturum esse declarat.*

*1437 iul. 20 Bononiae.*

*Copiae coevae, archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 240<sup>o</sup>-241<sup>r</sup>, bibliothecae Vaticanae, Vat. Lat. 4128, 66<sup>r</sup>, cf. 62<sup>r</sup> 65<sup>r</sup> (instrumentum).*

*Edd. GIUSTINIANI 26-27, 23-26; HARDOUIN 8, 697 C-698 B; CECCONI n. 152, pag. 397-398, n. 151, pag. 394-396.*

5

EUGENIUS ETC. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Optatam summisque hactenus a nobis quesitam laboribus ecclesiarum Christi Occidentalis et Orientalis unionem perfici, et ad debitum finem perduci intensissimis desideriis affectantes, et possibilibus diligentia, sollicitudine et vigilantia satagentes; omnia facere, precavere ac providere intendimus, que ipsam predictae unionis conclusionem confirmationemque quomodolibet concernere videantur.

Sane, cum dilectus filius nobilis vir Iohannes Bissipatus, miles Constantinopolitanus, magnus Adriacus, carissimi in Christo filii nostri Iohannis imperatoris Romeorum illustris et venerabilis fratris Ioseph patriarche Constantinopolitani orator, nuncius et procurator, coram nobis et venerabilibus fratribus nostris, sancte Romane ecclesie cardinalibus in-  
 15 frascriptis comparens, exhibitis mandatorum suorum, que habet in plena forma, instrumentis, vice et nomine predictorum imperatoris et patriarche, certam per instrumentum publicum, manu propria subscriptum, obligationem fecerit, cuius tenor sequitur, et est talis:

In Christi nomine. Amen. Anno ab eiusdem nativitate 1437, die 17 mensis iulii, tempore  
 20 pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii IV, divina providentia summi pontificis, constitutus coram prefato sanctissimo domino nostro et sacro collegio reverendissimorum dominorum cardinalium spectabilis miles dominus Iohannes Bissipatus, magnus Adriacus, serenissimi domini, domini Iohannis Paleologi Romeorum imperatoris, et reverendissimi patris et domini, domini Ioseph patriarche Constantinopolitani orator, considerans affectionem maximam tam  
 25 ipsius sanctissimi domini nostri et sacri collegii quam dominorum imperatoris et patriarche prefatorum ad sanctissimam unionem Orientalis cum Occidentali ecclesia, ita ut deo propitio indubie speret, mediantibus ipsis unionem predictam, ad magnam dei gloriam et catholice fidei exaltationem, optatum finem habituram; attendensque, per nonnullos, qui videntur asserere se facere concilium generale, et

<sup>18</sup> In Reg. Vat. 366, 240<sup>o</sup> haec nota habetur: «In Christi nomine etc. inseratur instrumentum usque: XX novembris». Instrumentum vero habetur 245<sup>r</sup>-266<sup>r</sup>.

aliquos alios, eorum nomine, quedam fore attemptata, et in dies, ut audit, attemptari, que potius ad divisionem quam ad unionem manifeste conspiciantur tendere, ac timens, ne inimico homine superseminante zizania, ex his in futurum aliquid dubietatis vel difficultatis suboriri possit, quod contra mentem ipsius sanctissimi domini nostri pape et sacri collegii ac predictorum dominorum imperatoris et patriarche, eius sanctissime unionis effectum haberet aliquatenus perturbare: idcirco, ad omnia 5 talia submovenda ac ad confirmandos animos omnium querentium pacem et unitatem ecclesie dei, omnia et singula, per eum et collegam suum, spectabilem virum dominum Emanuelem Tracagnoti Vulotis, communiter et divisim, nomine predictorum dominorum imperatoris et patriarche in preteritum facta, ad robur infrascriptorum quomodolibet competentia confirmando, ex facultatibus sibi concessis per predictos dominos imperatorem et patriarcham, que infra subiiciuntur, dixit et asse- 10 ruit, ac publice recognovit et firmavit, prout in quadam cedula tunc exhibita et lecta, cuius tenor de verbo ad verbum nunc sequitur, et est talis, videlicet :

Ego Iohannes Bissipatus, orator serenissimi domini imperatoris Romeorum et reverendissimi domini patriarche Constantinopolitani, fateor presenti litera, propria manu subscripta, reverendissimos dominos Sancti Petri ad Vincula et Sancte Sabine presbyteros sancte Romane ecclesie cardinales, 15 aliosque pro sanctissimo domino nostro papa et sede apostolica in Basiliensi concilio presidentes cum patribus eis adherentibus, qui ultimum decretum per sanctissimum dominum nostrum papam ad meam et college mei requisitionem confirmatum ediderunt, et qui reverendum patrem dominum Petrum Dignensem, dominum A. Portugalensem episcopos, et dominum Nicolaum de Cusa, decretorum doctorem, oratores Constantinopolim miserunt, concilium Basiliense facere, cui serenissimus 20 dominus meus imperator Romeorum et reverendissimus meus patriarcha Constantinopolitanus obligantur, postquam ipsi patres de concilio prefati aut sanctissimus dominus noster papa, caput concilii prefati, adimpleverint promissa in primo decreto conventionali, prout in eodem decreto conventionali de ipso domino imperatore Romeorum et patriarcha scriptum reperitur, et quemadmodum etiam ipse imperator per auream suam bullam, et patriarcha per plumbeam, ibidem scripta appro- 25 barunt et ratificarunt.

Et ad hoc, ut omnis tollatur ambiguitas, dico, quod in casu, quo alii patres, qui Avinionem elegerunt et se concilium Basiliense facere putant, ad Constantinopolim cum galeis et pecuniis accesserint, et prefatos meos dominos imperatorem et patriarcham nomine concilii Basiliensis per bullas auream et plumbeam inquisiverint, quatenus finaliter Sabaudiam veniant, qui locus nominatus est in 30 primo decreto, et protestati fuerint concilium Basiliense ad alium locum non consentire vel transferri velle, et alia fecerint, que quomodolibet etiam movere possent imperatorem et patriarcham aut ad veniendum cum ipsis aut penitus non veniendum hoc tempore ad terras Latinorum; attento, quod in casu, quo etiam illa pars concilium faceret, iamdudum in promissionibus defecit quoad electionem loci, et lapsum temporis, in quo galee mitti et alia fieri debebant, ita quod imperator et patriarcha 35 absoluti sunt ab omni promissione illis facta, quod tunc, illis requisitionibus et protestationibus non obstantibus, ipse imperator et patriarcha ad requisitionem ambassiatorum domini nostri et concilii Basiliensis prenominatorum secundum vim, formam et continentiam primi decreti et auree bulle im-

7 Trachagnoti, Thracagnoti, Tarchanioti, Tracagnoti (cf. lin. 17, 36, pag. 86) *Mss.*

8 Wulotis, Wllotis, Vulotis, Vuloti (cf. lin. 18, 31, 36, pag. 86. lin. 13, pag. 87) *Mss.*

19 Cussa *falso aliquando in Mss.*

2-3 cf. *Mt.* 13, 25.

peratoris et plumbee patriarche omnino venient; et in casu, quo prefati domini presidentes, una cum patribus eis adherentibus concilium Basiliense non facerent, adhuc pro bono negotii et ad finem, ut sanctissima et desideratissima unio non pereat, per mihi traditam potestatem serenissimum dominum meum imperatorem et reverendissimum dominum patriarcham et alios patres ecclesie Orientalis per  
 5 presentem paginam obligo et obligatos esse ostendo ad veniendum ad requisitionem ambassiatorum sanctissimi domini pape et concilii prenominatorum; ita tamen, quod ipsi ambassiatores iter arripiant versus Constantinopolim infra quintum diem augusti immediate sequentis, et secum omnia promissa in primo decreto deferant. Quod si hoc fecerint, imperatorem et patriarcham cum aliis patribus ecclesie Orientalis ad intrandum galeas causa veniendi ad unum ex tribus portibus in secundo decreto  
 10 nominatis, infra trigesimum diem a die, quo Constantinopolim applicaverint, obligo et obligatos esse ostendo per presentes literas, manu mea subscriptas.

Qua cedula, ut premittitur, lecta, sanctissimus dominus noster et reverendissimi domini cardinales predicti acceptaverunt, approbaverunt et grata habuerunt omnia in eadem contenta, et ipsius domini Iohannis nomine quo supra factas promissiones; petentes, mandantes et rogantes, ut de predictis  
 15 unum et plura conficerem instrumenta.

Similiterque statim petiit idem dominus Iohannes, ut de cedula, ut prefertur, lecta, de promissionibus per eum factis, et de acceptatione illorum facta per sanctissimum dominum nostrum et reverendissimos dominos cardinales, unum et plura conficerem instrumenta.

TENORES VERO MANDATORUM, DE QUIBUS SUPRA FIT MENTIO, SEQUUNTUR, ET SUNT TALES :

20 Imperium meum committit vobis familiaribus suis, Iohanni Bissipato et Emanueli Tracagnoti Vuloti abientibus ad sacram synodum Basiliensem, circa materiam futuri concilii pro unione ecclesiarum Christi, quod, si reperiatis dictam sacram synodum non valentem facere et adimplere suum decretum de loco et tempore et expensis et aliis, quemadmodum continetur in decreto et sicut vobis commissum est, debeatis ire ad beatissimum papam; et si ille velit suscipere tale opus in se et fa-  
 25 cere, ut fiat concilium ycumenicum, canonicum, inviolatum, liberum, dando omnes expensas et omnia necessaria secundum formam decreti dicte synodi et, quemadmodum ibidem diffuse continetur; etiam facere nobis salvumconductum et salvosconductos iuxta formam similiter eorum, que nobis per dictam synodum facta sunt; si ista omnia prompte velit facere et effectualiter adimplere beatissimus papa, quod et vos habeatis potestatem assentire hoc et suscipere ex parte nostra et promittere, quod istis  
 30 effectis et nos cum omni Orientali ecclesia accedemus, in statuendo loco uno ex locis Italie, qui in decreto nominati sunt synodi, omnino et sine occasione, sicut et dicte synodo promisimus; et, ista conclusione facta in scriptis et iuramento confirmata per beatissimum papam et reverendissimos cardinales illic existentes ex una parte, et per vos ex altera, quod venire hic debeat orator beatissimi pape cum talibus litteris, tuque Vulotis cum illo venire debeas, Bissipatus autem remaneat ibi, ut  
 35 veniat cum effectu eorum.

Et ad manifestationem istorum et roborem factum est potens imperii mei prostagma, anno MCCCCXXXVI.

SEQUITUR MANDATUM PATRIARCHE.

Humilitas nostra committit vobis, potentissimi et sancti mei imperatoris in spiritu sancto di-  
 40 lectis filiis suis, videlicet megalo et heriarcho Iohanni Bissipato et Manueli Tracagnoti Vuloti, abeun-

40 hierarcho *ponendum videtur.*



tibus deo auctore ad sacram synodum Basiliensem circa materiam futuri concilii pro unione ecclesiarum Christi, quod, si reperietis dictam sacram synodum non potentem facere et adimplere suum decretum de loco et tempore et expensis et aliis, prout continetur in decreto et quemadmodum vobis commissum est, ire debeatis ad beatissimum papam; et si ille velit suscipere tale opus in se et facere, ut fiat concilium ycumenicum, canonicum, inviolatum, liberum, dando omnes expensas et omnia 5 necessaria secundum formam decreti dicte synodi et sicut ibidem omnia diffuse declarantur; etiam facere nobis salvumconductum et salvaconducta iuxta formam similiter illorum, que nobis facta sunt per dictam synodum; si hec omnia prompte velit facere et effectualiter adimplere beatissimus papa, quod et vos habeatis potestatem assentire hoc ex parte nostra, et promittere, quod istis effectis et nos, cum omni sancta Orientali ecclesia, veniemus illuc in statuendo loco uno ex locis 10 Italie, qui nominati sunt in decreto, omnino, et sine aliqua occasione, quemadmodum dicte synodo promisimus; et ista conclusione facta in scriptis et iuramentis roborata per beatissimum papam et reverendissimos dominos cardinales omnes, qui ibidem existunt, et una parte, et per vos ex altera parte, quod veniat hic orator beatissimi pape cum talibus litteris, et tu Vulotis cum ipso, Bissipatus autem remaneat ibi, ut veniat cum fine et complemento rerum.

Et ad manifestationem istorum et confirmationem, facta est presens commissio nostre humilitatis, 15 MCCCCXXXVI 20 novembris.

Acta fuerunt hec Bononie, in palatio sanctissimi domini nostri pape, in logia inferiori prope hortum, die, mense, anno et pontificatu suprascriptis, presentibus reverendis in Christo patribus et dominis, dominis Bartholomeo de Corneto prothonotario apostolico, C. episcopo Ariminensi, Ludovico, episcopo Traguriensi, Nicolao de Cusa, decretorum doctore, et nobili milite domino Paulo Barbo honorabili cive Venetiarum, testibus ad predicta habitis, vocatis et rogatis; et me Blondo Antonii Blondi Forliviense, publico imperiali auctoritate notario, et nunc supradicti sanctissimi domini nostri pape secretario, qui predicta rogatus notavi, et in hanc publicam formam, aliena manu propter occupationes, redigi feci, nomine meo et signo consueto ad fidem roburque premissorum manu propria 25 appositis, XIII kal. aug., anno VI.

Nos cupientes, sinceram in hac re intentionem nostram omnibus, et presertim prefatis imperatori et patriarche aliisque Grecis notam et manifestam esse, de venerabilium fratrum nostrorum sacrosancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu, tenore presentium, ex certa scientia promittimus ac una cum predictis venerabilibus fratribus 30 nostris singulariter singulis, coram deo et sanctis eius attestamur, et nos obligamus omnia contenta in predicto conventionali decreto Basilee celebrato observare et firmiter adimplere, et in nullo deficere, contrafacere vel venire; cuius rei causa omnia nostra bona presentia et futura, ac cameram apostolicam obligamus.

Et insuper, si casu, cui universa caro singulis subiacet momentis, noster obitus in- 35 terim accideret, priusquam tanta tamque laudabilis res perfici potuisset, de predictorum venerabilium fratrum nostrorum consilio et assensu, nostram mentem fore declaramus, et presentium tenore disponimus, volumus et ordinamus, quod quecumque ex contentis in predicto decreto, casu predicto adveniente, perfici et adimpleri forte restarent, adimpleant atque perficiant predicti venerabiles fratres nostri sancte Romane ecclesie cardinales. 40

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre promissionis, attestationis, obligationis, declarationis, dispositionis, voluntatis et ordinationis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Bononie, XIII kalendas augusti, anno VII.

## 86.

*Eugenius IV Marco archiepiscopo Tarentasiensi committit et mandat, ut commissarios concilii Basiliensis moneat, ne Constantinopoli contra papam agant.*

*1437 iul. 20 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 238<sup>r</sup>-239<sup>r</sup>.*

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1437, n. 14, iuxta Reg. Vat. 366; CECCONI, n. 153, pag. 399-400, iuxta Raynaldum et collectionem Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 471.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI MARCO ARCHIEPISCOPO TARENTASIENSI, SALUTEM ETC.

Pervenit nuper ad audientiam nostram, venerabiles fratres Iohannem Lubicensem, D. Parmensem, L. Visensem et Ludovicum de Palude episcopos, tanquam oratores et  
 10 commissarios Basiliensis concilii ad carissimum in Christo filium Iohannem Romeorum imperatorem, et venerabilem fratrem Ioseph Constantinopolim patriarcham, cum nonnullis bullis, instructionibus et galeis ex parte dicti concilii accedere, eosque requirere velle, ut ad certum locum pro celebrando ycumenico concilio veniant, in quem nos expresse et specialiter, ex iustis et rationabilibus causis non consensimus nec etiam consentimus.

15 Cum autem talis requisitio, si fieri contingeret, decreto conventionali in Basiliensi concilio edito obviet manifeste, ac in enervationem privilegiorum et auctoritatis apostolice sedis tendere dignoscatur, ad quam solum universalium et ycumenicorum conciliorum convocatio pertinet, ita quod sine Romani pontificis expresso consensu quecunque congregatio nec concilium facere nec auctoritatem habere manifestum sit, teneanturque omnes infe-  
 20 riores omni conatu huius apostolice eminentie defensare privilegia et auctoritatem, presertim episcopi et superiores propter prestita ipsi Romano pontifici fidelitatis iuramenta; sicque alias huius ecclesie cum Occidentali ex parte dictorum imperatoris et patriarche et sibi adherentium per eorum oratores tam in dicto concilio Basiliensi quam hic coram nobis in generali consistorio, de non veniendo ad dictum locum, sed ad illum solum, in  
 25 quem sedes apostolica expresse consenserit, sit publice protestatum;

idcirco fraternitati tue tenore presentium auctoritate apostolica committimus et mandamus, quatenus prefatos episcopos et eorum complices, ac alios quoscunque, cuiuscunque gradus, status, preeminentie et conditionis existant, ac quavis ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, et de quibus esset habenda mentio specialis, auctoritate predicta  
 30 moneas et requiras, quatenus a requisitione huiusmodi et alio quocunque actu, qui directe vel indirecte secundo decreto electionis loci per nos in dicto generali consistorio accep-

8-9 Libicem Ms. || inter D. et Parmensem, item inter L. et Visensem est spatium vacuum. 11 Constantinopolim] expectaretur Constantinopolitanum. 22 alias] supplendum videtur pro unione.

tato et approbato, ac conventionibus inter nos una cum venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus et oratores prefatorum imperatoris et patriarche nuper factis, et prosecutioni commissionis tibi et aliis per nos facte obviare aut aliquod impedimentum prestare possit quovis modo, sub penis periurii ac excommunicationis, ac etiam privationis et inhabilitationis, ubi opus esse videbitur, quas incidere volumus ipso facto, indilate desistant, et prosecutioni tam sancti operis, tecum et aliis, qui iuxta dictum secundum decretum pro futuro ycumenico concilio celebrando in Italia secundum traditam a nobis formam adherent, omnibus aliis dimissis, et continuo assistant et alia faciant, que ad prosecutionem huiusmodi negotii iuxta formam et instructiones a nobis tibi et aliis traditas necessaria esse videris aut quomodolibet oportuna. Alioqui omnes et singulos contradictores et rebelles, cuiuscunque gradus, preeminentie, dignitatis vel ordinis ut premititur, existant, in ipsas penas incidisse declares. Nos autem quicquid in premissis feceris, ratum et gratum habebimus illudque faciemus ab aliis auctore domino inviolabiliter observari.

Datum XX iulii.

15

87.

*Eugenius IV' salvumconductum generalem pro concilio Ferrariensi dat.*

*1437 sept. 17 Bononiae.*

*Copia coeva bibliothecae Vaticanae, Vat. Lat. 4128, 47<sup>r</sup>-48<sup>r</sup>.*

*Edd. GIUSTINIANI, 39-41; HARDOUIN, 9, 710 B-711 D; CECCONI, n. 157, pag. 410-412, iuxta GIUSTINIANI et codicem bibliothecae Laurentianae, Plut. XVI, cod. 13, 351 sqq.*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI UNIVERSIS ET SINGULIS, AD QUOS PRESENTES NOSTRE LITTERE PERVENERINT, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum speremus, quod per operam altissimi, cuius causa agitur, concilium Basiliense transferetur de proximo ad civitatem Ferrariensem pro tractanda in eo et Occidentalis et Orientalis ecclesiarum unitate, pro reformatione universalis ecclesie, christiane fidei augmento et pace fidelium, vel ante, si contigerit transferri,

nos summis desideriis cupientes, ut ad huiusmodi transferendum concilium prelatorum et principum et aliorum principum multitudo copiosa conveniat, prout tantarum rerum pondus et magnitudo requirit, et etiam, ne aliqui ex quavis causa a veniendo ad illud retrahantur,

25

universitati vestre notum facimus per presentes, quod nos de consilio et assensu venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium omnibus et singulis clericis et laicis tam Grecis quam Latinis cuiuscunque status, ordinis, dignitatis vel gradus extiterint, etiam si imperiali, regali, cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali vel alia quavis ecclesiastica aut mundana dignitate prefulgeant, ceterisque ecclesiarum et monasteriorum quorumvis prelati, generalibus quoque ac magistris et doctoribus ac aliis in qualibet dignitate vel gradu constitutis et ordinum quorumcunque reliquis omnibus, cuiuscunque conditionis et qualitatis extiterint et quocunque nomine seu titulo nuncupentur,

6 in indillate Ms. 23 et aliorum multitudo fidelium CECCONI.

coniunctim et divisim veniendi et accedendi ad ipsam civitatem Ferrariensem etiam per civitates, castra, terras, loca quelibet nobis et Romane ecclesie subdita, et alia quelibet, quantum fuerit in nobis, ac in eadem moram trahendi et ibidem libere consulendi, tractandi et agendi omnia, que in eis secundum deum et eorum conscientiam visa fuerint  
 5 pro bono statu et pace universalis ecclesie, expedite et inde recedendi pro libito voluntatis totiens, quotiens ei vel cuilibet eorum placuerit, libere, tute ac secure sine quovis impedimento vel alio nocumento personali aut reali qualitercunque et ex quacunque causa civili vel criminali inferendo, cum omni eorum comitiva familiaque ac servitoribus laicis et clericis cum omnibus et quibuscunque eorum rebus ac bonis in victualibus, libris, auro,  
 10 argento, equis, pannis, vel alia materia consistentibus, et terram et aquam die noctuque liberum et plenum salvumconductum, securitatem ac libertatem bona fide damus et concedimus per presentes.

volentes in hoc nostro salvoconductu, securitate et libertate omnes clausulas necessarias et oportunas et, que in talibus de iure vel consuetudine apponi consueverunt,  
 15 intelligi et pro expressis haberi, ita ut omnes et singuli predicti sine aliqua cavillatione seu contradictione aut quocunque quesito colore, omni securitate ac libertate in rebus et personis efficaciter ac plenarie gaudeant.

Non obstantibus quibuscunque legibus vel statutis municipalibus aut aliis quibuscunque, per que huic nostro salvoconductui in aliquo quoquomodo derogari aut preiudicari  
 20 possit, etiam si talia essent, de quibus specialis mentio et expressa foret habenda,

que salvumconductum, securitatem ac libertatem toto tempore ipsius concilii universalis a die date presentium inchoando et per quatuor menses, eo finito firmiter et inviolabiliter in omnibus suprascriptis clausulis durare volumus.

Promittimus etiam et bona fide pollicemur omnes et singulos benigne et caritative  
 25 tractare.

Mandantes exnunc omnibus et singulis nostris et ipsius ecclesie vicariis, gubernatoribus et officialibus ac subditis et vasallis necnon gentium armorum nostrorum capitaneis, conductoribus et stipendiariis quibuslibet ad nostra stipendia militantibus,

ceteros vero quoscunque requirentes et in domino exhortantes, quatenus omnes  
 30 et singulos supranominatos ad huiusmodi civitatem et concilium accedere volentes per civitates, terras, passus, portus, pontes et loca quelibet tam nostra quam vestra et tam per aquam quam terram, quotiens eis placuerit, transire, morari ac recedere cum rebus et bonis predictis sine aliqua solutione dacia, pedagii vel gabelle aut alterius oneris exactione pro nostra et apostolice sedis reverentia libere permittant, nec eis aut eorum  
 35 alicui in personis, rebus vel bonis huiusmodi aliquam molestiam vel offensam inferant, nec ab aliis permittant inferri.

Presentibus per quatuor menses ante tempus ipsius concilii inchoandum totoque concilii tempore ac etiam per menses quatuor post finitum ipsum concilium duraturis.

Datum Bononie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo  
 40 septimo, quintodecimo kal. octobr., pontificatus nostri anno septimo.

## 88.

*Eugenius IV concilium Basiliense Ferrariam transfert, conditionate ante Graecorum adventum, in quantum synodales Basilienses non resipuerint, simpliciter post adventum Graecorum ad concilium Ferrariense.*

*1437 sept. 18 Bononiae.*

*Copiae coevae, bibliothecae Vaticanae, Vat. Lat. 4128, 44<sup>r</sup>-47<sup>r</sup>, Iohannis de Segovia 12, cap. 12.*

*Edd. GIUSTINIANI, 28-36; Monumenta conc. 2, 1033-44 (Ioh. de Segovia). CRABBE 3, 327-332; HARDOUIN 9, 698 E-707 A; MANSI, 31 B, 1388 A-1397 A; CECCONI n. 158, pag. 413-425, iuxta Giustiniani et codicem bibliothecae Laurentianae, Plut. XVI, cod. 13, 351 sqq; MANSI habet datum falsum 1. oct. 1437.*

*Codicem Vat. Lat. 4128 praefero, aliqua autem menda eius ad fidem textus Ioh. de Segovia corrigo*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Doctoris gentium admoniti saluberrima suavissimaque doctrina, hortantis, ut solliciti simus servare unitatem spiritus in vinculo pacis, ad ea maxime convertimus aciem mentis nostre, et indefessa solitudine, cura et cogitatione conatus omnes intendimus, per que in corpore mystico, sancta videlicet ecclesia, perpetua caritas et pax inviolata perduret, 5 ac, si qua membra dissentiant, ea commode corpori reinserantur suo, ut dum per sancti spiritus gratiam, qui est patris et filii amor atque connexio, membra omnia sub Christo capite unum in ecclesia corpus efficimur, unica etiam per spiritum unitate in Christo societas simus, et pax, que est perfectum unitatis vinculum, sincera caritate et concordii animorum coniunctione servetur, omnisque discordie et scissure fomes extingatur. 10

Sane, dudum in minoribus constituti divisionem Orientalis et Occidentalis ecclesie, quippe ex qua mala innumera et christiane religioni detrimenta provenire videbamus, ferentes egerrime semper ac molestissime, agentesque pro virili nostra, ut tolleretur, instetimus multum, in Constantiensi concilio primum, tum etiam apud felicis recordationis Martinum papam V predecessorem nostrum satisque laboravimus, ut sublato pariete de 15 medio utriusque ecclesie unio proveniret.

Ubi vero, ad apostolatus apicem assumpti, honesto huic et pio desiderio nostro debitum, ex iniuncto nobis desuper cure pastoralis officio, accessisse conspeximus, eam rem ardenti animo et tota alacritate suscepimus.

Ac primum quidem adierunt nos, per nostrum studium et diligentiam, oratores 20 carissimi in Christo filii Iohannis Grecorum imperatoris, et venerabilis fratris Ioseph, Constantinopolitani patriarche. Tum vero, missis e vestigio Constantinopolim nunciis nostris habitoque tractatu diligenti, id tandem communi consensu omnium placuit, ut ex antiquo instituto pro celeriori ac faciliiori executione tante rei legatus de latere cum prelati et theologis ac doctoribus, tam digne materie tractande necessariis Constantino- 25 polim a nobis mitterentur. In eam conclusionem imperator quoque Trapezuntius et Armenius patriarcha et alii quamplures pari voto consenserunt.

2-3 cf. Eph. 4,3. 7 cf. THOMAS AQU., *Summa theologia I qu. 37, art. 1, ad tertium.*

Necdum ad nos huiusmodi deliberationis conclusiones pervenerant, cum alium longe diversum unionis modum, in Basiliensi concilio iam decreto firmatum, missus ab ipso concilio orator, ut approbaretur, requisivit a nobis.

Displicuit quidem iam tunc, quod sedi apostolice parum deferri videretur, et de re  
 5 tam gravi et ardua, tot mensibus agitata, contra honeste et antique consuetudinis normas, nihil antea nobis per ipsum concilium fuisset nunciatum. Avidi tamen predictae unionis, simulque veriti, ne, si dissensio ulla intercederet, optatissime nobis rei ruptura sequeretur; licet deliberationem aliam longe diversam et multo expeditiorem ex Constantino-  
 poli in dies affuturam verisimiliter expectaremus, sicuti et factum est postea, conclusioni  
 10 ipsius concilii prebuimus assensum.

Subsecuti Grecorum oratores, cum instantissime postularent ea capitula a nobis confir-  
 mari, in quibus imperator et patriarcha prefati cum oratore nostro convenerant, exorati  
 a nobis sunt et attentius admoniti, ne conclusionum veritatem egre ferrent neve diffide-  
 rent, auspice deo, prospere et pro votis successura omnia; nobis gratam esse viam  
 15 omnem, per quam ea res, tam sancta, tam necessaria, optatum effectum esset habitura, neque opem nostram ullo tempore unquam defuturam.

Missi postmodum ab ipso concilio nuntii ad ipsos imperatorem et patriarcham, ut decretum illud ratificarent, postularunt. Comperto autem ex oratore nostro nos decreto illi consensisse, et ipsi consensum dederunt; alias, ut profitebantur, id nulla ratione facturi.

Hiis itaque peractis, eiusdem unionis desiderio nos magis ac magis incensi, de venerabili-  
 20 lium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio atque assensu, dilectos filios nostros Nicolaum tituli Sancte Crucis in Iherusalem et Iohannem tituli Santi Petri ad Vincula presbyteros cardinales, nostros et apostolice sedis legatos, Basileam misimus, eis inter cetera facultatem dantes ea omnia tractandi et agendi, que dicte unioni quomodo-  
 25 libet profutura viderentur.

Institerunt illi, ut locus eligeretur nobis et Grecis idoneus, quo ad optatum unionis finem mature possit perveniri; ac, licet ob difficultates plurimas, quas gignebant inordinati quorundam motus et compugnantie voluntatum, parum spei de conficiendo dicte unionis negotio tribueretur nobis, expectavimus tamen, neque a spe et intentione nostra omnino  
 30 decidimus, quousque nonnullos ex ipso concilio ad eam nominationem loci processisse cognovimus, quam iustis et rationabilibus causis gratam habere neque potuimus neque ullis rationibus possumus. Civitatem enim nostram Avinionensem, in decreto non nomi-  
 natam nec comprehensam et a Grecis ipsis expresse et sepenumero repudiatam, nobis etiam irrequisitis, quantum in se fuit, elegerunt, non satis advertentes, quantum ea res  
 35 importet mali quantumve predictae unioni afferat detrimenta, contra concilii decretum, contra Grecorum instantiam, contra denique pium nostrum desiderium, tanta facilitate pre-  
 sumpta. Est quippe locus ille nobis parum commodus, et provinciis multis ac regnis, regi-  
 busque et principibus non modo ingratus, verum et situ ipso suo non satis tutus. Quibus ex rebus illa loci nominatio nullo pacto fuit admittenda, cui, nisi auctore domino obvias-  
 40 semus, ut ex certis auctoritatibus et gravibus de ipso etiam concilio viris certiores facti sumus, actum esset de ecclesiastica pace et optatissima illa unione.

Denique ex Grecorum oratoribus, quorum alter ad nos, alter ad Basiliense concilium profectus est, mandatis pariter in scriptis utrobique traditis, cunctis palam fuit ipsos imperatorem et patriarcham perstare in sententia, locum scilicet esse eligendum, qui nobis

et illis esset accomodus; aperte protestantibus, nisi nos in loco adessemus, imperatorem ipsum et patriarcham nequaquam accessuros. Questus est graviter orator ipse, quod ad eum revocaretur locus, qui esset remotissimus, et preter navigationis longinque pericula, mare ipsum piratis quoque esset infestum, ac per id ceteris suspectum, in primis illis suspectissimum; protestatus, nisi condiciones in decreto apposite servarentur locusque, ut 5  
 prefertur, eligeretur ydoneus, ecclesie Latinorum, quod optata tantoque studio et labore quesita unio non sequeretur, imputandum fore.

Hiis omnibus intenta meditatione et diligenti deliberatione pensatis, providendum omnino visum est, ne Greci a proposito iure desisterent. Ea ferme fuit omnium sententia, non modo unionem istam, nisi aliter provideretur, non secururam, verum in ipsa quoque 10  
 Occidentali ecclesia novitates noxias et scandala plura emersura necessario.

Nos itaque tanto constricti articulo, tam variis casibus, tam multis omni ex parte se aperientibus periculis pro viribus occurrere cupientes, de predictorum venerabilium fratrum consilio et assensu, venerabili fratre Iohanne archiepiscopo Tarentino ad ipsum Basiliense concilium destinato, dilectis filiis Iohanni tituli Sancti Petri ad Vincula et Iuliano 15  
 tituli Sancte Sabine presbyteris cardinalibus, apostolice sedis legatis, ac ipsi archiepiscopo per literas nostras commisimus atque mandavimus, ut per passionem Ihesu Christi ad evitandas omnes dissensionum materias, exhortarentur venerabiles fratres et dilectos filios in ipso concilio existentes, quatenus vellent ob laudem et reverentiam dei ac salvatoris nostri Ihesu Christi, et per aspersionem sui sancti sanguinis, pro pace et tantarum 20  
 rerum consum[m]atione locum eligere pro huiusmodi transferendo concilio, qui gratus esset nobis et Grecis aptus, atque accessu facilis, disceptationibus ac dissensionibus omnibus subductis de medio; ambulantes in rectitudine et simplicitate cordis, iactarent in deum cogitatus suos, ac de deo confidentes in suis consiliis caritatis legibus obsequerentur, que iuxta apostolum non irritatur, non cogitat malum, non querit, que sua 25  
 sunt, non gaudet super iniquitate, sed contra patiens et benigna est; debere eos, qui ecclesie dei negociis tractandis insisterent, superiores esse mundo, non que sua sunt querere, sed que Ihesu Christi; nullam cuiusvis loci electionem debere esse impedimento, quominus tam salutaris rei subsequatur effectus. Ista nos et similia pro affectione nostra 30  
 ipsis in concilio existentibus tranquille proponenda mandavimus.

Iniunximus preterea legatis ipsis ac presidentibus nostris, ut nichil obmitterent ex iis, que ad hunc finem conducere posse ulla ratione viderentur; requirerent, hortarentur, rogarent omnes et singulos regum et principum prelatorumque oratores, procuratores ibi presentes, vicinosque itidem prelatos et principes, sibi ut socii accederent, secumque hortarentur omnes ad locum ipsum aptum concorditer eligendum; temptarent denique omnia, 35  
 per que ad optatum tante rei finem posset pacifice perveniri.

Nec tunc quidem tam pia, tam sancta, adeoque salutaria, tam modeste postulantes auditi sunt; quin potius, spretis adhortationibus nostris, Avinionis civitatis electionem, ipso iure nullam, decretare temptarunt, legatis et presidentibus nostris et aliis prelatibus plurimis et gravibus religiosisque personis renitentibus, atque ad novam loci electionem 40  
 alterius procedendum esse decernentibus.

25 cf. 1 Cor. 13,4-6.

Tum vero, sedandi tumultus causa, ad id tandem deventum est, approbantibus cunctis, ut secunde inducie darentur ea condicione, ut nisi intra prescriptum et prepositum diem Avinionenses promissas pecunias numeratas persolvissent, integrum iam esset ac liberum et debitum concilio locum alium eligere. Cum vero intra conductum terminum pecunias  
 5 illi nequaquam exsolvissent, legati ac presidentes predicti, aliique ex prelati plurimi, et omnes ferme regum principumque oratores, procuratores prelatorum, theologice ac doctores habendam rationem honoris ac dignitatis Occidentalis ecclesie, ea studiose servando, que Grecis fuerant promissa, censes, ecclesiasticeque pacis ac unitatis cupientissimi, et saniozem ipsius concilii partem facientes, ad quos etiam esset ius eligendi  
 10 devolutum, cum partem aliam nichilominus ante sepe requisissent, ut ad alterius loci electionem intenderet, alioquin protestantes se ista amplius sine gravi offensa dei et ipsius ecclesie insigni nota dissimulare non posse; postquam autem minime exauditi erant, ad electionem loci, Florentie scilicet aut Utini, sive alterius cuiuslibet in decreto comprehensi, qui galeas et necessaria alia maturius parasset, canonicè legitimeque pro-  
 15 cesserunt, prout ex decreto inde confecto clarius constat.

Eam electionem memorati imperatoris et patriarche oratores, ut consequende unioni summe necessariam, gratissime amplexi sunt; profectique inde ad nos, ut electionem predictam admittere et confirmare vellemus, precibus humillimis petiverunt; simul nos impensius orantes atque requirentes, ne rem hanc sanctissimam desertam esse pateremur,  
 20 protestati publice in consistorio generali, quod per eos nequaquam staret, si sancta ista unio non sequeretur.

Nos autem hec omnia attentius considerantes, conspicientesque res eo devenisse, ut predictos oratores necessario exaudire cogeremur, nec superesse modum alium proseguendi operis tanti et servandi Latine ecclesie honoris; de predictorum venerabilium  
 25 fratrum nostrorum consilio et assensu, ipsorum petitis annuimus, nominationemque factam de Florentia aut Utino vel alio ex locis in decreto comprehensis, in alio generali consistorio admisimus ac confirmavimus, ac demum cum ipsis oratoribus, mandatum ad hoc habentibus, nonnullis prius tractatis, conclusis atque firmatis, que de memoratorum imperatoris et patriarche adventu ad has partes nobis spem indubiam pollicentur, multisque  
 30 laboribus ingentique sumptu operam dedimus, ut galee quatuor et alia mitterentur pro ipsorum adventu necessaria. Sicque deo largiente factum est.

Hec ubi didicere, qui Avinionem pretulerant, semper pro inordinatis, quibus agitantur, affectibus turbati, quia iuxta beate memorie predecessoris nostri Leonis primi sententiam, dum private cause religionis exercentur obtentu, committitur impietate paucorum,  
 35 quod universalem ecclesiam vulneret, multa ad perturbanda predicta machinati sunt.

Nam primum quidem in venerabilem fratrem nostrum Iohannem archiepiscopum supra nominatum, qui decretum in ea forma mittebat ad nos, qua fuerat in publica sessione promulgatum, nonnulla confingentes irruerunt, omnique pretermisso iuris ordine, ipsum, postquam primo, secundo ac tercio ea pro sua iustitia petierat, que iure nulli deberent dene-  
 40 gari, primum in domo sua sub cautione iurisiurandi detinere conati sunt, deinde deputationem et congregationem generalem, per iudices datos suspectissimos illi interdicerere

14 necessaria etiam postea, at non constanter, haec orthographia occurrit in Mss.

33 cf. LEO MAGNUS, Epistola 10 = MIGNE PL 54, 629 B.



temptaverunt, ac postremo contra gravamen utrumque se tueri de iure satagentem suamque iustitiam asserere, sub excommunicationis, privationis et inhabilitationis penis in domo propria tumultuario multitudinis impetu detinere et quodammodo carcerare moliti sunt. Gravamen preterea gravimini adiicientes, dilectum filium Arnoldum de Reclinchusem, dicti archiepiscopi procuratorem, pro iusticia illius in congregatione generali et maiore 5 ecclesia loqui volentem, manibus iniectis percusserunt, ac per capillos ad carcerem trahere conati sunt adeo violenter ac inhoneste, ut cardinalis Sancte Sabine, legatus antedictus, de violentia illata et de sublata libertate concilii necessario sit publice protestatus. Per hanc itaque illatam violentiam iusto metu constrictus archiepiscopus ipse in defensionem sui quosdam nobiles armatos domi habere compulsus est. Tandem, iustissima quadam 10 petitione in generali congregatione porrecta, cui adiecta erat protestatio, quod nisi in sua iusticia audiretur et a gravaminibus et oppressionibus, que in dies augebantur, cessaretur, ipse ob iustum metum inde decedere cogeretur; ut non modo non fuisset admissa ipsa petitio, verum contra exhibitorum potius, ut ad carceres traheretur, esset acclamatum, coactus est iniunctum sibi oratoris ac presidentis officium deserere, et adiunctis sibi 15 seque ducentibus dilectis filiis nobilibus viris Wilhelmo marchione de Roitling et Rodolpho de Ramstein et aliis plerisque illorum nobilibus, a predicto concilio omnino discedere. Non obmittimus alia plura gravamina, ut cursores nostros primum, tum dilectum filium priorem Furnensem ordinis Premonstratensis ad nos specialiter missum, in itinere, interceptis literis nostris, pecuniisque et bonis aliis nudaverint, ut ex nostris sit nemo, qui sine 20 iusto metu vel illuc ire vel inde redire possit.

Quantum generali concilio ista convenient, cunctis ratione utentibus liquet. In secunda Ephesina synodo, perniciosissima illa quidem, apostolice sedis legatos iugulatos legimus, quod acquiescere subscriptioni nepharie noluerint. Verum hec inferiora non sunt. Sed obmittamus ista Referre quidem piget ob ecclesie matris iniuriam atque iacturam, sed dicendum 25 tamen est: illi ipsi, qui pro tractandis ecclesie negociis, pro pace et unitate in ecclesia catholica servanda, pro reformatione utili et honesta inducenda, se convenisse profitentur quique sextum iam annum in huiusmodi tractatibus minimo cum fructu exegerunt, cum universus christianus orbis esset predictae sanctissime illius unionis quasi iam imminentis expectatione suspensus, ex qua dici non potest, quantum letioris spei humanis rebus 30 et christiane religioni accederet, eos ad eversionem potius tam pii operis confusionemque nominis christiani et universalis ecclesie scissuram et totius religionis excidium moliri manifeste apprehenditur.

Et quid mirum, si in oratores nostros sevant, qui in nos quoque adeo effrenate feruntur? Pretensum quippe quoddam monitorium, sive, ut ipsi appellant, citatorium, con- 35 viciis, contumeliis atque iniuriis plenum, adversus nos et in gravamen venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium conflare ausi sunt, novo plane exemplo et quod priora omnia secula ignoraverunt, et quod, uti ne fieret, cum Iohannes et Iulianus cardinales predicti sedis apostolice legati, variis modis obsisterent et validissimis ac gravissimis verissimisque rationibus improbitatem facti coarguerent, demonstrarentque apertis 40 documentis, id caritati, bono publico, paci ecclesie, iusticie sacrisque canonibus ita adversari, ut ipsi abhorrerent illic adesse, ubi de tali tractaretur monitorio, auditi non sunt. Et

4 *Reclinchusem* = *Reclinghusen* (*Recklinghausen*). 15 *Roilling* = *Rotelin* (*Rötteln*).

cum instanter orarent, et expresse postularent, ut a re tam monstruosa desisterent, conscientiasque exonerando suas, excusarent coram deo et hominibus innocentiam suam, quod monitorium illud pro viribus et supra vires impugnarent, plurimaque ex illo sequi poterant scandala et mala memorantes maximaque instantia utentes, veluti ex protestationibus  
 5 suis publice et solemniter factis apertissime constat; tantis tamen, tam piis, tam iustis postulationibus furor ille non cessit.

Cum vero memorati Iohannes et Iulianus legati octo primum, deinde trium dierum inducias peterent, infra quos rationes in scriptis redigerent, quibuscum nullo modo ad dictum pretensum monitorium seu citatorium esset procedendum, evidentissime demonstrarent; non solum auditi non sunt, verum contra ipsius ordinationes concilii, eadem die  
 10 et generalis congregatio et sessio repente ac precipitanter est habita, quod nunquam antea vel in minimis privatisque negociis fuerat factum.

In ea sane pretensa precipitique sessione, etsi prelatos sub pena prestiti iuramenti cogere et pene violenter attrahere conarentur, legati tamen ipsi et plures ex oratoribus  
 15 regum et principum prelatique plurimi, iusticie potius et veritati deferentes quam illorum cedentes comminationibus nulla ratione huic tam inhoneste ac monstruose rei interesse passi sunt, sed magis ac magis institerunt, ut a dicto monitorio abstinereetur; nichil innovari debere identidem aperte protestantes. Hiis profecto legatorum nostrorum rationibus, iustissimisque petitionibus ac protestationibus necessariis acquievisent, nisi pauci ex primoribus, quos sequitur inferiorum turba, partim ambitionis corrupti peste, partim potentium quorundam secularium, seu furori obsequentes, seu deliniti obsequiis, seu minis ac  
 20 terroribus adacti, sub specioso reformationis nomine sese duces atque auctores harum novitatum prebuisent, inque tempus imminentis iam concilii ycumenici, si quid adversus nos conceperant, animo distulissent.

Ea vero cum comperisset carissimus in Christo filius noster Sigismundus, Romanorum imperator, obstupuit, precipitemque sententiam schismatis metu, quod sublatum temporibus plurimis isti inferre temptarent, vehementer exhorruit, ac protinus per venerabilem fratrem Petrum Augustensem episcopum oratorem suum ad prefatum concilium destinatum, ut abstinereent ab huiusmodi novitatibus et scandalis, omni instantia requisivit, et si quid  
 30 adversus nos promulgassent, revocarent. Quod quidem, ut ex certissimis nunciis accepimus, facere omnino neglexerunt.

Et quid mirum, si illi minus obtemperent honesta postulanti, contra sanctorum canonum statuta, qui excusso de sub iugo divini timoris collo, tam libere, tam licenter eunt in pastorem, pontificem suum?

Quorum conatibus, nisi oportuniis provideatur rem hanc sancte unionis Orientalis et Occidentalis ecclesie, ex qua diebus nostris propagari christianitatis terminos speramus, et sub huius spe et expectatione christianorum multitudo ab infidelibus oppressa respirat, intercipi ac destitui, ecclesieque reformationem et pacem christiani populi, quam iam annis sex mundus prestolatur, in deformationem potius intestinumque bellum converti, quis adeo  
 40 rationis et iudicii ignarus est, quin videat, quin intelligat? Suborientur, ut timendum est, insuper alia incommoda et mala necessario, scandalaque et divisiones, non modo in re ecclesiastica, verum in regnis quoque, principatibus, dominiisque temporalibus pullulabunt

ex infausto hoc germine, que sine maxima dei offensa nos amplius dissimulare [non posse] nemo sane mentis ignorat.

Cum igitur ad huiusmodi pericula scandalaque et detrimenta ab universali ecclesia et a populo christiano, sicuti ex debito astringimur pastoralis officii, propulsanda et longius arcenda, nichil eque expediens occurrat quam si in unum conveniamus omnes, caritatis, 5 pacis et concordie vinculo astricti, et semotis privatis affectionibus; ad memorate unionis ecclesie utriusque sanctorumque reliquorum operum prosecutionem, quorum gratia concilium Basiliense ab initio fuerat institutum, studia et vota nostra convertamus.

Omnibus itaque ac singulis, que supra digesta sunt, et aliis iustis et rationabilibus causis ad hoc animum nostrum promoventibus, atque eo in primis, quia quod factum est 10 sine consideratione iusticie et contra omnem canonum disciplinam, ratum haberi nulla permittit ratio; et quia dissensionis scandalum non auferret Basiliensis synodus, sed hii, qui in illa se duces ac principes novarum rerum faciunt, potius augerent; hiis inquam, omnibus accurata meditatione pensatis, quorum gratia neque nobis neque nostris tutum aut liberum sit in eo concilio, quod sub ditione est et quasi tyrannide quadam emulorum nostrorum redactum, quicquam proponere aut tractare; habitaque super hiis omnibus et 15 singulis cum prefatis venerabilibus fratribus nostris matura deliberatione, de ipsorum omnium communi consilio et assensu, plurimis etiam adhibitis venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, aliisque prelati in curia nostra existentibus, id idem consulentibus, atque laudantibus, 20

volentes tam perniciosis et imminentibus turbationum, scandalorum et confusionum periculis in dei ecclesia, ut premittitur, obviare, si et in quantum supradicti in ipso concilio Basiliensi existentes in obstinato proposito suo perseveraverint, vigore et occasione dicti pretensi monitorii seu citatorii, in aliquo procedendo aut aliquam aliam novitatem contra nos aut venerabiles fratres nostros sancte Romane ecclesie cardinales, vel presides 25 et oratores nostros, qui in dicto concilio fuerunt, vel aliquem ex eis imposterum inferendo, vel etiam a die prefati asserti monitorii forsitan factam continuando quovismodo vel quovismodo servando, tenore presentium, auctoritate apostolica, et ex certa scientia ac ex plenitudine potestatis, civitatem Ferrariensem, quam et pro futuro ycumenico concilio ex nunc assumimus, ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc, pro loco dicti 30 concilii transferendi nominamus, assignamus ac etiam deputamus, locum quidem gratum Grecis, rebus gerendis utilem, ydoneum ac accommodum omnibus regibus et mundi principibus et prelati, tutum et liberum, in decreto Grecorum comprehensum, et pro quo omnia Grecis promissa expedita et parata sunt; ad eumque locum prefatum Basiliense concilium, ad omnes et singulos effectus inchoatos et inchoandos, et pro eisdem causis, pro quibus fuerat 35 Basilee congregatum, consilio, assensu, auctoritate et potestate similibus, ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc, transferimus et translatum fuisse et esse declaramus.

Causa Bohemorum quoad articulum communionis sub utraque specie, quem solum articulum volumus in dicta civitate Basiliensi a data presentium infra triginta dies continuari posse, dumtaxat excepta; quos etiam Bohemos, si pro dicta causa ad dictam civitatem Ferrariensem et concilium sic translatum eis magis venire placuerit, in eum casum 40 benigne suscipiemus tractabimusque cum omni humanitate et caritate possibili, et ab aliis tractari faciemus.

Hanc autem translationem, in quantum predicti Basilee existentes non resipuerint, ut premittitur, locum habere intelligimus et declaramus ante ipsorum Grecorum adventum; ipsis autem Grecis venientibus et in dictum locum Ferrarie pro ycumenico concilio celebrando, ut certi reddimur, consentientibus, ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc, ipsum Basiliense concilium ad prefatam civitatem Ferrariensem pure, libere, et simpliciter transferimus, et decernimus inchoandum.

In quo etiam sic translato talia auctore deo proponere et agere intendimus, ex quibus nostram innocentiam orbis totus agnoscere poterit, et que sunt adversum nos quorundam malevolentia et malignitate conficta, falsa et omni veritatis fundamento destituta, intelligere, ac nostram bonam voluntatem ad ea, pro quibus dictum Basiliense concilium, ut premittitur, fuerat congregatum, evidentius poterit intueri.

Decernentes ac etiam declarantes omnem aliam declarationem, electionem vel translationem, quavis auctoritate aut quocunque pretextu factam vel etiam imposterum faciendam, preterquam auctoritate nostra, de qua constet per autenticas literas nostras super hoc conficiendas, nullius esse, prout est, roboris vel momenti.

Mandantes insuper et precipientes venerabilibus fratribus et dilectis filiis sancte Romane ecclesie cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus, et aliis, qui de iure et antiqua consuetudine generalibus conciliis interesse tenentur, quatenus ad prefatum concilium, ut premittitur, translatum, se transferant ad ea tractanda et peragenda, que ad laudem dei et gloriam sanctorumque operum profectum, pro quibus ipsum Basiliense concilium fuerat congregatum, necessaria et utilia videbuntur, signanter in materia Bohemorum, si quid in ea fortassis restaret peragendum, et specialiter ad materiam unionis Orientalis et Occidentalis ecclesie, ut supra dictum est, quam quanta possumus industria et diligentia ad felicem usque exitum prosequi intendimus.

Quos omnes et singulos ad omnia et singula premissa ex nunc citamus, requirimus et monemus, securitatem quoque et salvumconductum omnibus et singulis, prout in aliis nostris literis inde confectis latius continetur, damus et concedimus etiam per presens.

Insuper, auctoritate, potestate, consilio et assensu predictis, sub excommunicationis, privationis dignitatum, beneficiorum et officiorum ac inhabilitationis penis, quas contrafacientes incurrere volumus ipso facto, adversus quas penas restitui et rehabilitari preterquam a nobis non possint, sed nec ab excommunicatione absolvi nisi in articulo mortis constituti, districtius prohibemus, ne in prefata Basiliensi civitate, aut alibi quam in civitate Ferrariensi supradicta, deinceps ut premittitur, concilium aut aliquis conciliaris actus teneatur, seu aliquod officium ad ea subordinatum de cetero exerceatur, neque etiam aliquis in dicta civitate Basiliensi remanere, preterquam ad articulum Bohemorum, ut dictum est, et ad alium locum, quam Ferrarie, sub nomine aut pretextu concilii, accedere audeat.

Decernentes etiam, irritum ex nunc et inane ac nullius auctoritatis vel momenti, si secus, quavis auctoritate, etiam sub nomine et auctoritate concilii, preterquam nostra, de qua per litteras nostras, ut supra premittitur, super hoc conficiendas, constet, a quibusvis communiter vel divisim, cuiuscunque status, gradus, preeminentie et conditionis existant, etiamsi cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali et episcopali dignitate prefulgeant, scienter vel ignoranter forsitan contigerit attentari.

Ordinationibus, statutis, constitutionibus, decretis, declarationibus quavis auctoritate, etiam sub nomine generalis concilii factis, et aliis in contrarium facientibus, etiamsi talia forent, de quibus esset habenda etiam de verbo ad verbum mentio specialis, quibus omnibus auctoritate, potestatis plenitudine, consilio et assensu similibus, ex premissis necessariis et urgentibus causis supradictis derogamus ac derogatum esse, apostolica auctoritate, tenore presentium, declaramus, ceterisque in contrarium quomodolibet facientibus non obstantibus quibuscunque. 5

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre assumptionis, nominationis, assignationis, deputationis, translationis, declarationis, voluntatis, constitutionis, mandati, precepti, citationis, requisitionis, monitionis, dationis, concessionis, inhibitionis et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire. 10

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Bononie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, quatordecimo kal. octobris, pontificatus nostri anno septimo. 15

*Rota Papae.*

† Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus subscripsi.

† Ego Iordanus episcopus Sabinensis subscripsi.

† Ego Branda episcopus Portuensis subscripsi.

† Ego Antonius tituli Sancti Marcelli, presbyter cardinalis subscripsi. 20

† Ego Nicolaus tituli Sancte Crucis presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Franciscus tituli Sancti Clementis, presbyter cardinalis subscripsi.

[†] Ego Angelottus tituli Sancti Marci, presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Prosper, Sancti Georgii ad Velum Aureum, diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Dominicus, Sancte Marie in Via Lata, diaconus cardinalis subscripsi. 25

## 89.

*Eugenius IV civitatem Basiliensem certiozem facit se concilium Basiliense Ferrariam transulisse eamque hortatur, ut huius decreti adversariis resistat.*

*1437 post sept. 18 Bononiae.*

*Copiae coevae archivi Vaticani, Reg. Vat. 359, 161<sup>r</sup>-162<sup>r</sup>, bibliothecae Vaticanae, Chigi D VII 101, 237.*

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1437, n. 17; CECCONI n. 160, pag. 431-432, iuxta Raynaldum et collectionem Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 215.*

DILECTIS FILIIS MAGISTRO CIVIUM ET CONSULIBUS CIVITATIS BASILIENSIS SALUTEM ETC.

Semper alias multum dileximus, vos, dilecti filii, tum vero maxime tempore hoc Basiliensis concilii, eximio quodam et paterno amore complexi sumus vestram devotionem, quos tanquam precipuos nostros et ecclesie filios habemus in visceribus caritatis,

nam cum semper gesseritis erga nos singularem fidem et devotionem, cumque in concilio prefato semper quesiveritis, que essent pacis et concordie, obviantes pro posse

scandalis, que oriri videbantur, cumque etiam semper habueritis nostros legatos et nuncios in summa veneratione, ostendendo erga ipsos benevolentiam et caritatem, ac prestando eis in opportunis auxilium et favorem, merito vestram devotionem gerimus infixam in intimo cordis nostri, atque utinam facultatem nobis deus tribuat, ut meritis vestris iuxta  
 5 nostrum desiderium satisfacere valeamus; ostendemus enim, quam grata sint nobis, et quam accepta obsequia vestra, et fervens zelus, quem ipso opere erga nos plurimis in rebus demonstrastis, sed ille, cuius causa hec fecistis, salvator noster retribuet vobis abundanter secundum merita vestra.

Verum, si quando fuistis prudentes, dilecti filii, si quando vos ostendistis bonos nostros  
 10 et ecclesie filios, si quando pacem universalis ecclesie amastis, si quando pro honore ac statu nostro et sedis apostolice conservando operam impendistis, nunc opus est, ut virtutem vestram, ut constantiam, ut pristinam fidem, et integritatem animi, ut sinceritatem cordis, totis viribus, omnibus gentibus demonstretis, ut ostendatis vos cupere pacem ecclesie, et schismata evitare, ut faveatis bonis, perversorum impetum comprimatis, denique ut ea  
 15 agatis, per que sincera fides et integra religio vestra ex fructuosis et bonis operibus omnibus innotescat.

Nostis, ut credimus, dilecti filii, plures dissensiones hactenus exortas esse in concilio super electione loci, ad quem ycumenicum, ut Greci dicunt, concilium transferretur, cum Greci oratores eum locum vellent et aperte peterent, ad quem ipsorum imperator et patriarcha cum eorum prelati commode nobiscum possent convenire.  
 20

Itaque nos, ea considerantes, pluribus ac iustis de causis necessitate quadam coacti pro bono universalis ecclesie et pace populi christiani, certis modis et formis transtulimus concilium Basiliense ad civitatem Ferrariensem, prout videre poteritis, per copiam litterarum nostrarum presentibus interclusam. Hoc non fecimus in vestrum contemptum, non  
 25 ad subtrahendam vobis utilitatem, quibus omne bonum optamus, non ad displicendum vobis, quibus in omni facto cupimus complacere, sed quia aliter fieri non potuit ad presens.

Nam cum necesse esset omnino eligere locum idoneum, ad quem imperator ac patriarcha Grecorum cum eorum prelati vellent accedere, quique etiam nobis esset habilis,  
 30 cum ipsi absque presentia nostra nolint ad concilium venire, Basileam vero Greci, prout notum vobis esse debet, penitus recusassent, necesse autem esset, pro tanti boni consumptione alicubi concilium fieri, elegimus eam civitatem, que et ipsis ac nobis reliquisque omnibus, qui voluerint accedere, accomoda atque idonea ab omnibus iudicatur.

Hoc significare voluimus prudentie vestre, ut ea, qua soliti estis sapientia, firmi et  
 35 immobiles perseveretis in fide et devotione nostra et apostolice sedis, utque cupientibus aut conantibus aliquas novitates in ecclesia moliri, quantum in vobis est, in virtute altissimi resistatis, ne propter aliorum culpam, aut in gravissimum aliquod crimen incidatis, aut vestra devotio aliqua nota infamie aut dedecoris apud principes christianos ex novis dissensionibus possit aspergi, sed eam famam, eam laudem, eum honorem, quem ante  
 40 inchoatum concilium habuistis, etiam translato et finito concilio in perpetuum conservetis.

Datum Bononie.

## 90.

*Eugenius IV Henrico Chicheley archiepiscopo Cantuariensi bullam translationis concilii Basiliensis Ferrariam mittit, eumque huiusque suffraganeos ceterosque praelatos hortatur, ut ad concilium Ferrariense se conferant.*

*1437 sept. 19 Bononiae.*

*Copia coeva registri Chicheley, II, f. 103 sq., facta iuxta bullam originalem eidem archiepiscopo missam.*

*Ed. WILKENS, Concilia Magnae Britanniae et Hiberniae. III (London 1737) 525-526.*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI VENERABILI FRATRI HENRICO ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum Basiliense concilium ad civitatem Ferrariensem pro ycumenico concilio inibi celebrando, tam propter Orientalis et Occidentalis ecclesiarum unitatem, quam reformationem universalis ecclesie ac pacem populi christiani totis viribus procurandam, ac aliis 5 ex causis duxerimus transferendum, prout tua fraternitas videre poterit per copiam litterarum, presentibus interclusam,

eidem fraternitati in vim iuramenti per te prestiti iniungimus et mandamus, ut cum per dei gratiam speremus, imo certi reddamur, quod Grecorum imperator, ac patriarcha cum eorum prelatis, pro quibus iamdiu misimus, proculdubio ad huiusmodi concilium ac- 10 cedant circa calendas mensis novembris proxime futuras,

te ad prefatum ycumenicum concilium, quam citius poteris, conferas, et similiter omnibus et singulis tuis suffraganeis, ac ceteris prelatis etiam exemptis, qui ad concilia venire tenentur de antiqua consuetudine vel de iure, auctoritate nostra iniungas et mandes ut se quoque conferant, quam citius poterunt, ad concilium prefatum, ut, altissimi misericordia cooperante, in eo per tuam et aliorum prudentiam et virtutem tractentur et agantur ea, que cedant ad laudem dei, pacem christianorum, ac statum et exaltationem ecclesie sue sancte. 15

Datum Bononie, anno incarnationis dominice MCCCCXXXVII, 13 calend. octobris, pontificatus nostri anno VII. 20

## 91.

*Eugenius IV Amedeum ducem Sabaudiae hortatur, ut oratores ad concilium Ferrariense mittat.*

*1437 sept. 20 Bononiae.*

*Diploma originale, in archivio regio Taurinensi, Materie ecclesiastiche, vol. 1, n. 12; deest nunc bulla plumbea.*

1 Cantar. WILKENS. 3 oecumenico WILKENS. 10-11 accedent *probabiliter legendum.* 12 oecumenicum WILKENS. 15 poterint WILKENS.

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO NOBILI VIRO AMEDEO DUCI SABAUDIE  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum Basiliense concilium ad civitatem Ferrariensem pro icumenico concilio ibidem celebrando  
tam propter Occidentalis et Orientalis ecclesiarum unitatem quam reformationem ecclesie ac pacem  
5 christianam populi totis viribus deo auctore procurandas ac aliis iustis causis  
transtulerimus,

prout tua celsa nobilitas per copiam presentibus interclusam latius videre poterit, tibi  
tanquam nostro et Romane ecclesie filio inter ceteros catholicos principes huiusmodi trans-  
lationem significandam esse duximus, eandem tuam nobilitatem ex corde rogantes ac  
10 in domino exhortantes, ut cum per dei gratiam speremus, ymo certi reddamur, quod caris-  
simus in Christo filius noster Iohannes Romeorum imperator illustris  
ac venerabilis frater noster Ioseph patriarcha Constantinopolitanus  
cum magna prelatorum Grecorum multitudine, pro quibus conducendis ga-  
leas et ceteras alias res oportunas atque inter nos et ipsos conventas misimus, circa kal.  
15 mensis novembris proxime futuri ad prefatum concilium proculdubio accedent, tuos ora-  
tores iuxta huius rei magnitudinem sufficiens mandatum habentes ad ipsum icumenicum  
concilium et hanc dei causam, que ceteris rebus preponenda est, quantocius poteris trans-  
mittere velis et insuper prelatos in tuo dominio et territorio existentes exem-  
ptos et non exemptos, qui de iure sive antiqua consuetudine ad generalia concilia  
20 accedere tenentur, hortari atque requirere velis, ut quam celerrime poterunt,  
ad predictum concilium veniant, ut in eo, spiritus sancti gratia suffragante  
per tuorum assistentiam ac sapientiam et aliorum catholicorum prin-  
cipum ac prelatorum ea deo propicio, tractentur et agantur, quae ad ipsius  
dei laudem cedant, fidei catholice incrementum, pacem christianorum et exaltationem  
25 ecclesie sue sancte.

Date Bononie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo sep-  
timo, duodecimo kalendas octobris, pontificatus nostri anno septimo.

Johannes Busson.

*A verso:*

Dilecto filio nobili viro Amedeo duci Sabaudie. Cincius.

92 - 94.

*Eugenius IV complures principes Germaniae hortatur, ut oratores ad concilium Ferrariense  
mittant.*

*1437 sept. 23, oct. 2, oct. 8 Bononiae.*

*Diploma originale Monacense, Reichsarchiv, Concilium Basiliense, fasc. 3 (epistola Eugenii IV  
ad ducem Henricum Bavariae, lineae Landshut, 2 oct. 1437).*

11 filio Ms. 20 ortari Ms.

3 cf. doc. n. 86 et 87, ubi tamen aliquae mutationes parvae in partibus communibus textus occurrunt.



*Copiae coevae, Dresdensis, Staats-Archiv 10, 297, Geheimes Archiv, Religionssachen, Concil zu Basel, 1<sup>r</sup> (Eugenius IV ad principem electorem Fridericum Saxoniae, 23 sept. 1437), Pommersfeldensis, Gräfliche Schönborn'sche Bibliothek cod. 2726, 161<sup>r</sup>. (Eugenius IV ad duces Guillelmum Saxoniae, 8 oct. 1437).*

*Edd. Deutsche Reichstagsakten 12 (Gotha 1901) 303-304; WEISSE, Neues Museum für die sächsische Geschichte 3, II, 131-133; hic auctor epistolam Eugenii IV cum bulla plumbea pendente ad Fridericum duces Saxoniae, 23 sept. 1437, tunc adhuc in originali existentem edidit.*

*Tenor documentorum n. 92-94 est idem fere ac textus documenti n. 91.*

## 95.

*Eugenius IV universitati Parisiensi et aliis universitatibus in Gallia, Hispania, Germania, Brabantia, Polonia, Italia, Anglia, Scotia praecipit, ut aliquos doctores vel magistros ad concilium Ferrariense mittant.*

*1437 sept. 23 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 107<sup>r</sup>.*

*Edd. GIUSTINIANI 38-39; HARDOUIN 9, 709 B-D; CECCONI n. 161, pag. 433.*

DILECTIS FILIIS, RECTORIBUS ET UNIVERSITATI STUDII PARIENSIS, SALUTEM.

Cum Basiliense concilium ad civitatem (Ferrariensem) pro ycumenico concilio inibi celebrando, tam propter Occidentalis et Orientalis ecclesiarum unitatem quam reformationem ecclesie ac pacem christiani populi et aliis rationabilibus causis, totis viribus auctore domino procurandas duxerimus transferendum, prout vestra devotio videre poterit 5 per copiam literarum presentibus interclusam;

eidem devotioni vestre in virtute sancte obedientie iniungimus et mandamus, quatenus, cum per dei gratiam speremus, immo certi reddamur, quod carissimus in Christo filius noster Grecorum imperator illustris ac venerabilis frater noster patriarcha Constantinopolitanus cum eorum prelatis et clericis, pro quibus iam dudum cum galeis et aliis necessariis et conventis misimus, circa kalendas novembris proxime futuras accedent ad concilium memoratum,

quantocius poteritis, aliquos de universitate vestra insignes doctores vel magistros deum timentes, qui huiusmodi concilio intersint, ad ipsum concilium destinare curetis, ut in eo altissimi cooperante misericordia per ipsorum doctorum et magistrorum ac aliorum 15 prudentiam et virtutem, ea tractentur et agantur, que cedant ad laudem dei, pacem christianorum ac statum et exaltationem ecclesie sue sancte.

Datum Bononie, IX kalendas octobris, anno septimo.

2 Parisiensem loco Ferrariensem; sed Parisiensem utpote sublineatum deletum est.

- Similiter scribitur universitatibus  
 in Francia: Parisiensi, Aurelianensi, Andegavensi, Tolosane, Aquensi Baiocensis diocesis, Montispesulani, Avionensi;  
 in Hispania: Salamantinensi, Vallisoleti;  
 5 in Almania: Wiennensi, Liptzensi, Erffurdensi, Heidelbergensi, Coloniensi;  
 in Brabancia: Lovaniensi Leodicensis diocesis;  
 in Polonia: Cracoviensi;  
 in Anglia: Oxoniensi, Cantabrigie;  
 in Scotia: Sanctiandra.

## 96.

*Eugenius IV Guillelmum de Casali ministrum generalem ordinis Minorum hortatur, ut cum 12 magistris ordinis sui ad concilium Ferrariense se conferat.*

*1437 sept. 23 Bononiae.*

*Diploma originale, adhuc WADDING notum.*

*Ed. WADDING 11<sup>3</sup>, 2.*

- 10 DILECTO FILIO GUILLELMO DE CASALI ORDINIS MINORUM MINISTRO GENERALI, SACRE THEOLOGIE MAGISTRO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum Basiliense concilium ad civitatem Ferrariensem pro ycumenico concilio inibi celebrando, tam propter Occidentalis et Orientalis ecclesiarum unitatem, quam reformationem ecclesie, ac pacem christiani populi, et aliis rationabilibus causis totis viribus, auctore domino, procurandas, duxerimus  
 15 transferendum, prout vestra devotio videre poterit per copiam litterarum praesentibus inclusam;

eidem devotioni vestre, in virtute sancte obedientie, iniungimus et mandamus. quatenus, cum per dei gratiam speremus, imo certi reddamur, quod carissimus in Christo filius noster Iohannes Grecorum imperator illustris, ac venerabilis frater noster patriarcha Constantinopolitanus, cum eorum prelati et clericis, pro quibus iam dudum cum galeis et aliis necessariis et conventis misimus, circa  
 20 kalendas novembris proxime futuras accedent, ad concilium commemoratum, quantocyus poteris, te conferas, atque una tecum duodecim magistros tui ordinis perducas, de quibus devotioni tue per alias nostras litteras intimavimus, ut in ipso concilio, altissimi cooperante misericordia, per tuam, illorum et aliorum prudentiam et virtutem tractentur et agantur ea, que cedant ad laudem dei, pacem christianorum, ac statum et exaltationem ecclesie sue sancte.

- 25 Datum Bononie anno etc. IX kalendas octobris pontificatus nostri anno VII.

## 97.

*Eugenius IV magistrum generalem ordinis Praedicatorum et alios magistros generales ordinum hortatur, ut ad concilium Ferrariense se conferant vel etiam aliquos insignes viros ordinum suorum secum illuc adducant.*

*1437 sept. 23 Bononiae.*

2 Parisiensi per errorem ponitur denuo. 9 Sancti Andree debet intelligi. 12 oecumenico WADDING.

*Copia coeua archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 107°.*

*Edd. GIUSTINIANI 38-39; HARDOUIN 9, 709 E-710 A; CECCONI n. 161, pag. 434.*

DILECTO FILIO GENERALI MAGISTRO (MINISTRO) ORDINIS PREDICATORUM (MINORUM) SALUTEM.

Cum Basiliense concilium ad civitatem, ut in proxima, usque concilium memoratum  
quantocius poteris, te conferas atque una tecum XII magistros tui ordinis perducas, de quibus  
devotioni tue per alias nostras literas intimavimus, ut in ipso concilio, altissimi cooperante miseri-  
cordia, per tuam, illorum et aliorum prudenciam et virtutem tractentur et agantur ea, que cedant 5  
ad laudem dei, pacem christianorum ac statum et exaltationem ecclesie sue sancte.

Datum Bononie, anno etc. nono kalendas octobris anni 7.

Similiter scribitur sequentibus, dimissa clausula *ut ducant magistros etc.*, sed *ut ducant  
aliquos insignes viros deum timentes*: generalibus magistris Heremitanorum, Carmelitarum,  
Humiliatorum, Servorum, Camaldulensium. 10

Similiter subscriptis, ut mittant oratores ad concilium: generalibus magistris miliciarum,  
Rhodi scilicet sancti Iohannis Ierosolymitani, Prutenorum, scilicet beate Marie Theutoni-  
corum, sancti Iacobi de Spata, de Alcantara, de Chalatrava, de Visio.

Subscriptis, ut veniant: abbatibus Cisterciensium, Cluniacensium, sancti Antonii Vien-  
nensis, Celestinorum, Premonstratensium, preceptorum Sancti Spiritus in Saxia. 15

98.

*Eugenius IV Fredericum ducem Austriae hortatur, ut oratores ad concilium Ferrariense  
mittat et ut praelatos domini sui illuc venturos esse faciat.*

*1437 sept. 30 Bononiae.*

*Diploma originale in archivio publico Vindobonensi: Haus- Hof- und Staatsarchiv, bulla plumbea  
nunc deest. A tergo diplomatis: Dilecto filio nobili viro Frederico duci Austriae. Adnexae sunt copiae  
bullarum Eugenii IV: 'Cum speremus', 17 sept. 1437, 'Doctoris gentium', 18. sept. 1437 et  
salvusconductus Nicolai Marchionis Estensis, 14 sept. 1437.*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO NOBILI VIRO FREDERICO SENIORI DUCI  
AUSTRIE SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

*Textus documenti est idem ac in n. 85, excepto uno errore scriptoris.*

Dat. Bononie anno incarnationis dominice millesimo quodringentesimo tricesimo sep-  
timo, pridie kalendas octobris, pontificatus nostri anno septimo. 20

A. Schonalb.

7 *Post hoc datum chronologicum leguntur in Ms. haec verba cancellata*: Similiter scribitur generali mi-  
nistro ordinis Minorum. 13 Chalatrava] in Ms. scribitur falso Chalatrana.  
19 *cf. doc. n. 86 et 87.*

## 99.

*Eugenius IV Thomam de Campofregoso ducem reipublicae Ianuensis hortatur, ut accessum Iohannis de Montenigro O. P. provincialis Lombardiae ad concilium Ferrariense foveat et ei de proventibus ecclesiae Albiganensis provideat.*

1437 oct. 18 Bononiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 106<sup>r</sup>-106<sup>v</sup>.*

*Ed. CECCONI n. 166, pag. 443.*

DUCI IANUENSIVM. DILECTE FILI, SALUTEM.

Cum ex nonnullis necessariis et honestis rationibus et presertim pro ycumenici concilii celebratione, quod in civitate Ferrariensi fieri decrevimus, presentia dilecti filii Iohannis de Montenigro ordinis Predicatorum, magistri in sacra pagina, provincialis Lombardie,  
5 sit plurimum oportuna,

nobilitatem tuam in domino requirimus et hortamur, quatenus cum ipso agas, ordines et disponas, quod quantocius iter ad presentiam nostram veniendi arripiat.

Ut autem sumptus sufficientes habeat tam veniendi quam immorandi, volumus, ut de fructibus et proventibus ecclesie Albiganensis eidem pro toto tempore, quo concilium  
10 ipsum duraverit, decenter provideas seu facias provideri.

Datum Bononie, die XVIII octobris, anno VII.

## 100.

*Eugenius IV Iohanni de Montenigro O. P. praecipit, ut ad concilium Ferrariense veniat.*

1437 oct. 18 Bononiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 106<sup>r</sup>.*

*Ed. CECCONI n. 166, pag. 443.*

MAGISTRO IOHANNI DE MONTENIGRO. DILECTE FILI, SALUTEM.

Cum ex nonnullis necessariis et honestis rationibus et presertim pro ycumenici celebratione concilii, quod in civitate Ferrariensi iam dudum fieri decrevimus, presentia tua ut credimus,  
15 sit plurimum utilis ac etiam oportuna,

devotioni tue in virtute sancte obedientie iniungimus et mandamus tenore presentium, quatenus, visis presentibus iter ad presentiam nostram veniendi arripias.

Scribimus etiam dilecto filio, nobili viro Thome de Campofregoso duci Ianuensium, quatenus tibi pro decentibus expensis tuis de fructibus ecclesie Albiganensis  
20 sufficienter faciat provideri.

Datum ut in proxima.

4 provinciali Ms.

13 cf. doc. n. 99.

## 101.

*Eugenius IV complures abbates imprimis monasteriorum Italiae hortatur, ut ad concilium Ferrariense se conferant.*

*1437 oct. 18 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 106°.*

*Edd. GIUSTINIANI 38; CECCONI n. 166, pag. 444.*

Infrascriptis scribitur, ut conferant se ad civitatem Ferrariensem, ad quam concilium, quod Basilee erat, est translatum, et ubi sint in festo sancti Martini proxime futuro, sub data XVIII octobris.

Monasteriorum abbatibus Sancte Marie in Organo Veronensi, Sancti Eustachii de Namsia, Sancte Euphemie prope Civitellam, Sancte Bone de Vidorio, Sancte Marie de la Silvia Iohannis, Sancte Marie Sextrusi, Sancte Marie de Magaziano Bressiensis diocesis, Sancti Benedicti de Leno Bressiensis diocesis, Sancti Petri in Monte Bressiensis diocesis, Sancti Nicolai de Vezano Bressiensis diocesis, Sancti Sepulchri de Astino Pergamensis diocesis, de Sinuago Ieronimo, de Piro.

## 102.

*Eugenius IV complures episcopos Italiae hortatur, ut ad concilium Ferrariense se conferant.*

*1437 oct. 23 Bononiae.*

*Copia coeva Archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 106°.*

*Edd. GIUSTINIANI 38; CECCONI n. 166, pag. 444.*

*Etiam ad episcopos extra Italiam epistolae similes missae sunt; cf. e. gr. Chartres, Bibliothèque Publique, codex n. 263; WILKENS, Concilia Magnae Britanniae 3 (1350-1545), London 1737, pag. 525-526.*

Similiter, 23 die octobris, episcopis Aretino, Narniensi, Interampnensi, Spoletano, 10 Ianuensi, Amelmensi, Esculanensi, Senegaliensi, Faventino, Forliviensi, Bertonoriensi, Sarsinatensi, Feretrano.

5 Namsia = (?) Nervese in dioecesi Treviso, O. S. B. — Civitella (provinciae Teramo); Vidor (Piemonte).  
6 Sextrusi = Sextensi seu S. Mariae de Sexto, monasterium O. S. B. apud Fréjus (Gallia). 9 Sinuago = Signiacum, Signy (Gallia), monasterium Cisterciensium; Piro = S. Petri Piri (Treviso), O. S. B. 10-12 episcopus: Arezzo, Narni, Terni, Spoleto, Genova, Amelia, Ascoli, Sinigallia, Faenza, Forli, Bertinoro, Sarsina, Montefeltro.

## 103.

*Eugenius IV sub poenis ecclesiasticis prohibet, ne summae pecuniarum pro causa unionis Graecorum collectae ad alium finem adhibeantur.*

*1437 dec. 4 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 374, 210<sup>r</sup>-210<sup>v</sup>. In margine: Cincius. De curia.*

EUGENIUS ETC. UNIVERSIS ETC. SALUTEM ETC.

Cum in diversis mundi partibus nonnullae pecuniarum summae pia largitione fidelium erogate et in certis locis deposite fuerint, ut pro necessariis unionis Graecorum expensis exponerentur, et post multiplices et graves curas, quibus animus noster agitated existit, et expensas, quas pro consummatione huius optatissime unionis fecimus, tandem iuxta desiderium cordis nostri carissimus in Christo filius noster Iohannes Paleologus Romaniae imperator illustris et venerabilis frater Ioseph patriarcha Constantinopolitanus cum prelatorum Graecorum multitudine copiosa, prout ex nostrorum nunciorum et aliorum fidedignorum litteris certi reddimur, cum nostris galeis ad ycumenicum concilium deo propicio propere venturi sunt,

nos, qui ex debito pastoralis officii nobis iniuncti providere tenemur, ne huiusmodi pecunie in alios usus convertantur et pia largitionum personarum intentio frustretur, sed post Graecorum adventum pro subventionem expensarum huiusmodi salutaris unionis et ad eum usum, cuius gratia erogate sunt, exponi valeant, dictas pecuniarum summas, ubique et apud quoscunque existentes, de fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu, ex certa nostra scientia, in locis, in quibus deposite fuerunt et apud eos, quibus conservatio earum commissa extitit, arrestamus atque sequestramus easque arrestatas et sequestratas esse decernimus.

Et per presentes declaramus universis et singulis personis cuiuscunque status, gradus, conditionis, ordinis, preeminentie, dignitatis existentibus, penes quas dicte pecuniarum summae deposite sunt sive eas relaxandi facultatem habentibus, districte sub excommunicationis pena, in quam contrafacientes ipso facto incurrere volumus, et a qua a nemine nisi a Romano pontefice preterquam in mortis articulo absolucionis beneficium obtinere valeant, necnon collegiis, capitulis, communitatibus, et universitatibus, apud quas et que dicte pecuniarum summae deposite sunt, quas et que si contrafecerint ipso facto ecclesiastico interdicto supposita esse volumus, quod a nemine preterquam a nobis sive de nostro speciali mandato relaxari possit, precipientes atque mandantes, ut huiusmodi nostram sequestrationem et omnia presentibus litteris contenta inviolabiliter observent.

Carissimos in Christo filios nostros reges et venerabiles fratres archiepiscopos et episcopos ac dilectos filios nobiles viros principes, in quorum regnis sive dominiis dicte pecunie deposite sunt, requirimus et hortamur in domino, ut hanc nostram sequestrationem ex tam pia et necessaria causa factam inviolabiliter faciant observari.

Datum Bononiae anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, quinto idus decembris, pontificatus nostri anno septimo.

L. de Schiaciis.

2 largitore Ms.

## 104.

*Eugenius IV Albertum ducem Austriae de proximo adventu Graecorum ad concilium certiore facit eumque hortatur, ut unioni ecclesiarum Occidentalis et Orientalis faveat.*

*1437 dec. 10 Bononiae.*

*Diploma originale, cum bulla plumbea, in archivo publico Vindobonensi: Haus- Hof- und Staatsarchiv.*

*Ed. Deutsche Reichstagsakten 12 (Gotha 1901) 318-319.*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO NOBILI VIRO ALBERTO DUCI AUSTRIE SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Benedicimus ac laudamus deum, qui carissimi in Christo filii nostri Iohannis Romeorum imperatoris illustris et venerabilis fratris Ioseph patriarche Constantinopolitani ac Grecorum prelatorum corda inspiravit et sancta eis subministravit consilia, cum ad Italiam pro icu- 5  
menico concilio celebrando propere cum nostris galeis venturi sunt, quemadmodum ex litteris oratoris nostri, quarum copiam presentibus intercludi fecimus, tua nobilitas uberius intellegere poterit. Quod tibi tanquam nostro et Romane ecclesie filio significandum esse duximus, ut una nobiscum vero gaudio implearis; hoc quidem gratius et iocundius tue nobilitati videri debet, quia ob huiusmodi Grecorum adventum iacta sunt fundamenta 10  
pacis et unionis in fide christiana et dei ecclesia, a qua multorum animarum salus dependet.

Cum autem pro statu et incremento catholice fidei et ecclesie Grecorum adventus a tua nobilitate desideratus fuerit, quamquam in hac salutari causa hortationibus minime indigeas, eandem tuam nobilitatem paterne requirimus et hortamur in domino, ut ad huiusmodi Occidentalis et Orientalis ecclesiarum unionem deo propicio componendam tuos 15  
favores exhibere velis. Hec enim dei et fidei causa ceteris rebus preponenda est. In qua si, ut de tua devotione singulari confidimus, te diligentem exhibueris, prout res ipsa postulat, nichil deo gratius, fidei et ecclesie salutaris, nobis acceptius, tibi que convenientius efficere potes, et ob hoc ipsam sedem apostolicam et nos plurimum tibi obligabis.

Dat. Bononie anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo sep- 20  
timo, quarto idus decembr., pontificatus nostri anno septimo.

A. Dardanonus.

*A tergo:*

Dilecto filio nobili viro Alberto duci Austrie. Cincius collationator (?)

## 105. - 106.

*Eugenius IV ducem Saxoniae (Gulielmum) et Henricum ducem Bavariae de proximo adventu Graecorum ad concilium certiores facit eosque hortatur, ut unioni ecclesiarum Occidentalis et Orientalis faveant.*

*1437, dec. 10 Bononiae.*

*Diploma originale Monacense, Reichsarchiv, Kirchliche Generalgegenstände, fasc. 3. (Littera clausa cum bulla plumbea pendente). Inscriptio: Dilecto filio Henrico duci Bavarie. In tergo: Cincius. Copia coeva Dresdensis, Staats-Archiv Loc. 10297, Religionssachen, Concilium zu Basel, 3°. Ed. Deutsche Reichstagsakten 12, 318-319.*

*Tenor horum documentorum est idem fere ac textus doc. n. 99.*

## 107.

*Eugenius IV Albertum ducem Austriae hortatur, ut summas pecuniarum pro causa unionis Graecorum collectas tueatur.*

*1437 dec. 12 Bononiae.*

*Diploma originale in archivo publico Vindobonensi: Haus- Hof- und Staatsarchiv. Sigillum rubrum cereum magna ex parte conservatum est.*

EUGENIUS PAPA IIII. DILECTE FILI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Nonnullas pecuniarum summas in diversis mundi partibus pia largitione fidelium erogatas et in certis locis depositas, ut pro necessariis unionis Graecorum impensis exponerentur, ne in alios usus convertantur et huic pie et salutari rei impedimento esse possint,  
 5 de fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu sequestravimus. Ut igitur post Graecorum adventum, quos deo propitio propere venturos esse non dubitamus, ad eum usum distribuantur, cuius gratia erogate fuerunt, nobilitatem tuam ex corde requirimus et hortamur in domino, ut ob zelum fidei et nostram et sedis apostolice reverentiam huiusmodi sequestrum tuearis atque defendas et illud observantibus et ad  
 10 effectum ducere volentibus consiliis et favoribus oportunis assistere velis, et omnibus denique modis, qui nobilitati et prudentie tue magis convenientes videbuntur, studeas, ut in terris tui domini inviolabiliter observetur, ut tua devotio continuo ardentior et clarior appareat. Quod profecto deo acceptum et nobis plurimum gratum et tua filiali devotione dignum erit.

15 Datum Bononie sub anulo nostro secreto die XII decembris, pontificatus nostri anno septimo.

Cincius.

## 108.

*Eugenius IV concilium Basiliense definitive Ferrariam transfert.*

*1437 dec. 30 Bononiae.*

*Copie coevae, bibliothecae Vaticanae, Vat. Lat. 4128, 48<sup>r</sup>-49<sup>r</sup>, Iohannis de Segovia 12, cap. 46. Edd. GIUSTINIANI 36-48; Mon. conc. 2, 1143-1144 (Segovia); HARDOUIN 9, 707 C-708 D; MANSI 31 B, 1397 B-1398 D; CECCONI n. 170, p. 462-464.*

*Datum chronologicum in editionibus GIUSTINIANI, HARDOUIN, MANSI, CECCONI (cf. tamen eius notam, ubi errorem corrigil) est falsum.*



*Codicem Vatic. Lat. 4128 praefero, aliquibus mendis exceptis, quas ad fidem textus Ioh. de Segovia corrigo.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM MEMORIAM.

Pridem, ex iustis et rationabilibus ac urgentissimis causis, ad multorum inconvenientium in dei ecclesia imminetia pericula submovenda, presertim scissure ac divisionis gravissime, necnon impedimenti future sancte unionis Occidentalis et Orientalis ecclesie animum nostrum digne moventibus, quartodecimo kalendas octobris proxime preteriti, de venerabilium 5 fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu, plurimis etiam adhibitis venerabilibus fratribus et dilectis filiis archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus, aliisque prelatibus in nostra curia existentibus idem consulentibus atque laudantibus, civitatem Ferrariensem pro celebrando concilio etiam ycumenico ex tunc assumpsimus, nominavimus et etiam deputavimus, ad eamque civitatem Basiliense concilium, ad omnes et singulos ef- 10 fectus, pro quibus Basilee fuerat congregatum, et ex tunc transtulimus et translatum esse voluimus et declaravimus, si et in quantum in dicto Basiliensi concilio existentes perseverarent in suo obstinato proposito, vigore cuiusdam pretensi monitorii seu citatorii procedendo, aut aliam novitatem contra nos et venerabiles fratres nostros sancte Romane ecclesie cardinales prefatos, vel presidentes, aut oratores nostros, qui in dicto concilio 15 fuerunt, faciendo, vel a die dicti citatorii factum continuando vel servando, prout in nostris litteris superinde confectis plenius continetur. Sperantes ex hac nostra conditionali provisione, veluti in eorum Basilee existentium mera libertate reposita, ipsos a tam periculosis novitatibus faciliter abstinere debere.

Verum illi ipsi avertentes se, ne paci ecclesie et unitati consulerent, neve iam parate 20 unioni Occidentalis et Orientalis ecclesie, pro qua carissimum in Christo filium Romeorum imperatorem et venerabilem fratrem Constantinopolitanum patriarcham dietim expectamus, — et iam plurimi ex eorum domesticis cum una ex galeis nostris in portum Venetiarum applicuerunt, — prospicerent, ut debebant; quin potius, turbationem super turbationem ap- 25 ponere satagentes, accusationem contumacie contra nos admittere presumpserunt, nosque contumaces fore decernentes; postea, quarto idus prefati mensis octobris per quoddam assertum decretum contra nos et venerabiles fratres nostros multa gravia et scissure in ecclesia dei iam proxima cumularunt, aliaque plurima ab omni caritate et pace penitus aliena servare ausi sunt, parati etiam, quantum in eis est, licet sub quodam reformationis 5 furore, omne suum opus, ad irreparabilis deformationis, ut iam aperte cognoscitur, extrema 30 perducere, nisi miserante deo, oportuno et celeri remedio obvietur.

Nos igitur tam imminentibus malorum periculis volentes, ut ex debito nostri pastoralis officii tenemur, oportune consulere, de predictorum venerabilium fratrum nostrorum consilio et assensu conditiones in dictis nostris litteris contentas fuisse et esse purificatas, dictumque Basiliense concilium ad prefatam civitatem Ferrariensem fuisse et esse trans- 35 latum declaramus, illudque auctoritate et assensu ac consilio predictis in dicta civitate

13 *monitorium contra papam in sessione 26 concilii Basiliensis 31 iulii 1437 fuit factum.* 14 *bullae 'Doctoris gentium' 18 sept. 1437 hic intelligitur.* 25 *declaratio contumaciae contra papam facta in sessione 28 concilii Basiliensis, 1 oct. 1437.*

Ferrariensi celebrandum ac die octava proximi mensis ianuarii inchoandum ac continuandum decernimus; auctoritate apostolica, per presentes mandantes omnibus et singulis, qui ad generalia concilia de iure venire tenentur et consueverunt, ad ipsum concilium sic translatum, vigore iuramenti per eos prestiti, quantocius se transferre procurent.

5 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis, constitutionis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Bononie anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo  
10 septimo, tercio kal. ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.

*Rota papae.*

[†] Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus subscripsi.

[†] Ego Iordanus episcopus Sabinensis subscripsi.

[†] Ego Branda episcopus Portuensis subscripsi.

15 † Ego Antonius, tituli Sancti Marcelli, presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Nicolaus, tituli Sancte Crucis, presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Franciscus, tituli Sancti Clementis presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Angelottus tituli Sancti Marci presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Prosper, sancti Georgii ad Velum Aureum, diaconus cardinalis subscripsi.

20 † Ego Dominicus, Sancte Marie in Via Lata, diaconus cardinalis subscripsi.

### 109.

*Eugenius IV Ludovico Pontano notario, qui in concilio Basiliensi contra papam egerat, gratiam remissionis offert, ut ad concilium Ferrariense adducatur.*

*1437 dec. 30 Bononiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 301.*

*Ed. CECCONI n. 169, pag. 461, iuxta collectionem Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 423; indicatio Ferrariae in dato chronologico est falsa, sicut iam Ceconi suspicatus est.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO MAGISTRO LUDOVICO PONTANO DE URBE, NOTARIO NOSTRO, SALUTEM.

Cum propter utriusque iuris summam peritiam presentia tua apud sedem apostolicam, cuius notarius es, admodum utilis esse possit, nostrisque et Romane ecclesie servitiis exercere desideres, ne quavis causa seu suspicio te ab hoc retrahere possit aut tuum ad  
25 nos accessum differre,

tenore presentium, si quid per te dictum aut factum in preteritum Basilee vel alibi fuerit seu fuisse asseratur contra personam nostram aut fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium seu ecclesiam ipsam Romanam, etiamsi crimen saperet lese maiestatis aut quodcumque grave et enorme delictum, et quidquid id esset, propter quod quovis  
30 modo ex prefatis causis adversus te procedi posset, ex corde indulgemus et ex certa sciencia totaliter remittimus et ad cautelam penitus abolemus et abolutum esse volumus et determinamus,

23 suspitio Ms.

ita ut nullo tempore criminaliter aut civiliter per inquisitionem, accusationem, denunciationem aut exceptionem, ordinarie vel extraordinarie coram quocumque iudice ordinario vel delegato, in curia Romana vel extra, adversus te procedi quomodolibet possit; quinimo, tamquam si nihil contra nos aut sedem apostolicam per te dictum aut factum fuisset, volumus te omnibus privilegiis, gratiis, immunitatibus, libertateque ac securitate 5 frui et gaudere, quibus alii nostri officiales, qui nobis semper fideliter servierint, frui et gaudere solent ac possunt.

Datum . . . penultima decembris 1437, anno VII.

## 110.

*Eugenius IV Theodericum archiepiscopum Moguntinum de adventu proxime futuro Graecorum certiore facit eumque hortatur, ut oratores ad concilium Ferrariense mittat.*

*1437 dec. 31 Bononiae.*

*Diploma originale in Bibliotheca Publica Genevensi, Lat. 27 (Inv. 43), cum bulla plumbea pendente abscissa.*

*Ed. in Deutsche Reichstagsakten 13, 1: 166-167.*

*Primam partem, quae de electione imperatoris agit, hic omitto.*

. . . cum ecclesie Occidentalis unitatem servemus, tum maxime Orientalem, ad quod dante domino videmur optima iecisse fundamenta, ipsi Occidentali etiam uniamus. Nam 10 hodie in consistorio generali fecimus declarationem, cuius copiam mittimus interclusam, et domino concedente ibimus de proximo ad Ferrariense concilium, ubi deo nostro puram, sinceram et piam voluntatem nostram dirigente ac iuvante ea solide et cum effectu in predicto concilio faciemus fierique curabimus, propter que concilium a principio fuerat congregatum. 15

Et cum carissimum in Christo filium imperatorem Romeorum, venerabilem fratrem Constantinopolitanum patriarcham cum multis notabilibus prelatibusque aliis propediem expectemus, iamque pars familie predicti imperatoris Venetias applicuerit cum una ex nostris galeis, unionem ipsorum Grecorum cum ecclesia Occidentali concedente domino facere speramus. 20

Quare velit tua fraternitas oratores et alios omnes tuos, qui apud Basileam essent, revocare inde, et alios oratores omnesque, qui videbuntur tibi, ad predictum Ferrariense concilium mittere, ut, quantum in te est, postpositis emulorum sedis apostolice et nostrorum, qui scandala querunt in ecclesia dei, passionibus ea possint in predicto concilio Ferrariensi fieri, que gloriam dei et nominis christiani exaltationem et sedis apostolice totiusque ec- 25 clesie pacem et honorem respiciant, et per que tot olim desiderata seculis Grecorum unio, quam, nisi scandalosi et impii prohibitori sint, in manibus habere videmur, sequi possit.

Datum Bononie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, pridie kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.

12 ut *Ms.*: ubi in epistola simultanea Eugenii IV ad Fredericum marchionem Brandiburgensem habetur.  
15 congratum *Ms.*

minationem suam gloriam maximam et favores multos pro statu suo reportare posse, cum sanctissimus dominus noster ipsum unice diligat. Et aggrediendo factum ecclesie et Basiliensium pestiferam voluntatem conabitur incitare eum et ad favores accedere sanctissimi domini nostri et libertatem sedis apostolice atque adhesionem concilii Ferrariensis.

5 Item, si opus esse videbit, procurabit, quod idem dux scribat patribus de Basilea in optima forma ad reprinendam rabiem ipsorum pro conservatione unionis ecclesie et favore sanctissimi domini nostri et prosecutione concilii Ferrariensis. Hortabitur etiam dominationem suam, ut mittat legationem suam ad concilium Ferrariense et quod mandet etc. universitati Viennesi, quod mittant. In his autem omnibus et in sequestratione pecuniarum

10 aget, ut supra in primis articulis tangitur. Advertat autem, si in Ungarie regem dux electus non esset, pertransire super hoc conniventibus oculis, donec se ad regnum Hungarie idem orator transferat, ut regni dispositionem et inclinationem atque desiderium baronum sentire prius posset.

[17] . . . Ex spe autem favoris sanctissimi domini nostri curabit ipsum principem in omnibus benivolum, obedientem et devotum reddere sanctitati sue et inducere eum ad

15 adhesionem concilii Ferrariensis, ad quod ut mittat prelatos suos de regno, instabit omni diligentia et tam ipsi regi quam regno iustificabit translationem concilii etc. et recommittet facta ecclesie, facietque scribi, ut expedire videbitur, illis dominis de Basilea. Poterit dicere idem orator, quod mittente ipso rege prelatos suos ad concilium sanctissimus dominus

20 noster poterit praticare inter ipsos et Grecos contra hostes Christi talia, que poterunt eis cedere ad maximam pacem et quietem in regno ipsorum, quodque et ipse summus pontifex non deerit favoribus suis, sed intelligentiam, quam clare memorie Sigismundus imperator a sanctitate sua requirebat, intendit cum eis tamquam pater cum filiis habere in oppressionem infidelium; nam semper hoc expectaverit, maxime tamen, postquam as-

25 sumptus est divina providentia in patrem christianorum omnium et pastorem dominici ovilis.

## 113.

*Eugenius IV benigne epistolae Gennadii (Georgii) Scholarii respondet.  
ante concilium Florentinum 1437 (?)*

*Citatur in secunda epistola Georgii Scholarii ad Eugenium IV, edita apud PETIT-SIDERIDES-JUGIE, Oeuvres complètes de Gennadios Scholarios. IV. (Paris 1933) 432-433.*

## 114.

*Eugenius IV Nicolaum Cardinalem Albergati constituit praesidentem Concilii Ferrariensis.  
1438 ian. 2 Bononiae.*

*Copiae coevae, archivi Vaticani, Reg. Vat. 382, 52<sup>v</sup>-53<sup>r</sup>; 371, 29<sup>r</sup>, bibliothecae Vaticanae, Vat. Lat. 4128, 49<sup>r</sup>-49<sup>v</sup>, 51<sup>r</sup>.*

*Edd. GIUSTINIANI 44-45, iuxta codicem Vat. Lat. 4128, RAYNALDUS, ad annum 1438, n. 1, iuxta GIUSTINIANI; HARDOUIN 9, 714 D-716 A; CECCONI n. 171, pag. 465-467, iuxta GIUSTINIANI.*

ita ut nullo tempore criminaliter aut civiliter per inquisitionem, accusationem, denunciationem aut exceptionem, ordinarie vel extraordinarie coram quocumque iudice ordinario vel delegato, in curia Romana vel extra, adversus te procedi quomodolibet possit; quinimo, tamquam si nihil contra nos aut sedem apostolicam per te dictum aut factum fuisset, volumus te omnibus privilegiis, gratiis, immunitatibus, libertateque ac securitate 5 frui et gaudere, quibus alii nostri officiales, qui nobis semper fideliter servierint, frui et gaudere solent ac possunt.

Datum . . . penultima decembris 1437, anno VII.

110.

*Eugenius IV Theodericum archiepiscopum Moguntinum de adventu proxime futuro Graecorum certiozem facit eumque hortatur, ut oratores ad concilium Ferrariense mittat.*

1437 dec. 31 Bononiae.

*Diploma originale in Bibliotheca Publica Genevensi, Lat. 27 (Inv. 43), cum bulla plumbea pendente abscissa.*

*Ed. in Deutsche Reichstagsakten 13, 1: 166-167.*

*Primam partem, quae de electione imperatoris agit, hic omitto.*

. . . cum ecclesie Occidentalis unitatem servemus, tum maxime Orientalem, ad quod dante domino videmur optima iecisse fundamenta, ipsi Occidentali etiam uniamus. Nam 10 hodie in consistorio generali fecimus declarationem, cuius copiam mittimus interclusam, et domino concedente ibimus de proximo ad Ferrariense concilium, ubi deo nostro puram, sinceram et piam voluntatem nostram dirigente ac iuvante ea solide et cum effectu in predicto concilio faciemus fierique curabimus, propter que concilium a principio fuerat 15 congregatum.

Et cum carissimum in Christo filium imperatorem Romeorum, venerabilem fratrem Constantinopolitanum patriarcham cum multis notabilibus prelatibus nobilibusque aliis propediem expectemus, iamque pars familie predicti imperatoris Venetias applicuerit cum una ex nostris galeis, unionem ipsorum Grecorum cum ecclesia Occidentali concedente domino facere speramus. 20

Quare velit tua fraternitas oratores et alios omnes tuos, qui apud Basileam essent, revocare inde, et alios oratores omnesque, qui videbuntur tibi, ad predictum Ferrariense concilium mittere, ut, quantum in te est, postpositis emulorum sedis apostolice et nostrorum, qui scandala querunt in ecclesia dei, passionibus ea possint in predicto concilio Ferrariensi fieri, que gloriam dei et nominis christiani exaltationem et sedis apostolice totiusque ec- 25 clesie pacem et honorem respiciant, et per que tot olim desiderata seculis Grecorum unio, quam, nisi scandalosi et impii prohibitori sint, in manibus habere videmur, sequi possit.

Datum Bononiae, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, pridie kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.

12 ut *Ms.*; ubi in epistola simultanea Eugenii IV ad Fredericum marchionem Brandiburgensem habetur.

15 congratum *Mss.*

minationem suam gloriam maximam et favores multos pro statu suo reportare posse, cum sanctissimus dominus noster ipsum unice diligat. Et aggrediendo factum ecclesie et Basiliensium pestiferam voluntatem conabitur incitare eum et ad favores accedere sanctissimi domini nostri et libertatem sedis apostolice atque adhesionem concilii Ferrariensis.

5 Item, si opus esse videbit, procurabit, quod idem dux scribat patribus de Basilea in optima forma ad reprinendam rabiem ipsorum pro conservatione unionis ecclesie et favore sanctissimi domini nostri et prosecutione concilii Ferrariensis. Hortabitur etiam dominationem suam, ut mittat legationem suam ad concilium Ferrariense et quod mandet etc. universitati Viennesi, quod mittant. In his autem omnibus et in sequestratione pecuniarum

10 aget, ut supra in primis articulis tangitur. Advertat autem, si in Ungarie regem dux electus non esset, pertransire super hoc conniventibus oculis, donec se ad regnum Hungarie idem orator transferat, ut regni dispositionem et inclinationem atque desiderium baronum sentire prius posset.

[17] . . . Ex spe autem favoris sanctissimi domini nostri curabit ipsum principem in omnibus benivolum, obedientem et devotum reddere sanctitati sue et inducere eum ad

15 adhesionem concilii Ferrariensis, ad quod ut mittat prelatos suos de regno, instabit omni diligentia et tam ipsi regi quam regno iustificabit translationem concilii etc. et recommittet facta ecclesie, facietque scribi, ut expedire videbitur, illis dominis de Basilea. Poterit dicere idem orator, quod mittente ipso rege prelatos suos ad concilium sanctissimus dominus

20 noster poterit praticare inter ipsos et Grecos contra hostes Christi talia, que poterunt eis cedere ad maximam pacem et quietem in regno ipsorum, quodque et ipse summus pontifex non deerit favoribus suis, sed intelligentiam, quam clare memorie Sigismundus imperator a sanctitate sua requirebat, intendit cum eis tamquam pater cum filiis habere in oppressionem infidelium; nam semper hoc expectaverit, maxime tamen, postquam

25 sumptus est divina providentia in patrem christianorum omnium et pastorem dominici ovilis.

## 113.

*Eugenius IV benigne epistolae Gennadii (Georgii) Scholarii respondet.  
ante concilium Florentinum 1437 (?)*

*Citatur in secunda epistola Georgii Scholarii ad Eugenium IV, edita apud PETIT-SIDERIDES-JUGIE, Oeuvres complètes de Gennadios Scholarios. IV. (Paris 1933) 432-433.*

## 114.

*Eugenius IV Nicolaum Cardinalem Albergati constituit praesidentem Concilii Ferrariensis.  
1438 ian. 2 Bononiae.*

*Copiae coevae, archivi Vaticani, Reg. Vat. 382, 52<sup>r</sup>-53<sup>r</sup>; 371, 20<sup>r</sup>, bibliothecae Vaticanae, Vat. Lat. 4128, 49<sup>r</sup>-49<sup>v</sup>, 51<sup>r</sup>.*

*Edd. GIUSTINIANI 44-45, iuxta codicem Vat. Lat. 4128, RAYNALDUS, ad annum 1438, n. 1, iuxta GIUSTINIANI; HARDOUIN 9, 714 D-716 A; CECCONI n. 171, pag. 465-467, iuxta GIUSTINIANI.*

*Codicem Reg. Vat. 382 utpote meliorem sequor. In margine: Poggius. De curia. Legationis. — Aliqua menda ad fidem codicis Vat. Lat. 4128 correxi.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NICOLAO, TITULI SANCTE CRUCIS IN IERUSALEM, PRESBYTERO CARDINALI, APOSTOLICE SEDIS LEGATO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Dum onus universalis gregis dominici, superna dispositione nobis iniunctum, diligenter attendimus, et nostrum prospicimus imperfectum, videntes, quod nequimus circa singula 5 per nosmetipsos exsolvere debitum apostolice servitutis, nonnunquam viros excellentes atque insignes, dignitatis splendore preditos ac virtute conspicuos et illustres, de quorum experta fide, sapientia, altitudine consilii et sciencie claritate firmam spem plenamque fiduciam obtinemus, in partem negotiorum et rerum agendarum statum nostrum et ec- 10 clesie concernencium assumimus, ut per ipsos, vices nostras supplentes, et ipsorum cooperatione salubri nos pro tempore alleviantes nostri oneris gravitate, ministerium nobis commissum, favente divina gratia, facilius et efficacius exsequi valeamus.

Cum itaque nos nuper Basiliense concilium ex certis causis urgentissimis ac paci ec- clesie necessariis, ad civitatem Ferrariensem de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu duxerimus auctoritate apostolica transfe- 15 rendum, ac postmodum ipsum concilium, in quo quamprimum intendimus et volumus personaliter interesse, certo tempore tunc espresso inchoandum statuerimus et etiam celebrandum;

nos considerantes precipua virtutum dona, quibus personam [tuam] altissimus insignivit, quodque sapientia tua in magnis et arduis nostris et ecclesie negociis summa cum pru- 20 dencia et integritate versata, ingentem laudem tuis operibus comparavit, ac ideo in domino confidentes, quod solitam prudenciam, fidem et integritatem prestabis similiter in reliquis negociis tue circumspectioni de cetero committendis; te de eorundem fratrum consilio sedis apostolice legatum, cum plena potestate legati de latere, necnon nostrum et ipsius sedis in prefato concilio Ferrarie celebrando presidentem eadem auctoritate tenore 25 presencium facimus, constituimus et eclam deputamus.

Circumspectioni tue concilium huiusmodi in eadem civitate inchoandi, continuandi et prosequendi, ac in eo, donec nos eo personaliter accesserimus, nostro et ipsius sedis nomine presidendi, et cum ipsius concilii consilio et approbacione, auctoritate predicta ordinandi, decernendi et statuendi omnia et singula, que ad pacem, exaltacionem et reformacionem 30 ecclesie universalis et pro illius unitate conservanda, necnon Occidentalis et Orientalis ecclesiarum unione, paceque et tranquillitate populi christiani ac extirpacione heresum utilia seu necessaria videbuntur; necnon omnium et singulorum plenaria execucione, propter que concilium Basilee fuit ab inicio institutum ac etiam, alium vel alios, de quibus et prout tibi videbitur, pro premissis exequendis, loco tui substituendi; contradictores quoque 35 quoslibet et rebelles cuiuscunque status, gradus, dignitatis, ordinis vel condicionis fuerint, et quacunque ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, ac etiam cum invocacione auxiliü brachii se-





*Codicem Reg. Vat. 382 utpote meliorem sequor. In margine: Poggius. De curia. Legationis. — Aliqua menda ad fidem codicis Vat. Lat. 4128 correxi.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NICOLAO, TITULI SANCTE CRUCIS IN IERUSALEM, PRESBYTERO CARDINALI, APOSTOLICE SEDIS LEGATO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Dum onus universalis gregis dominici, superna dispositione nobis iniunctum, diligenter attendimus, et nostrum prospicimus imperfectum, videntes, quod nequimus circa singula 5 per nosmetipsos exsolvere debitum apostolice servitutis, nonnunquam viros excellentes atque insignes, dignitatis splendore preditos ac virtute conspicuos et illustres, de quorum experta fide, sapientia, altitudine consilii et sciencie claritate firmam spem plenamque fiduciam obtinemus, in partem negotiorum et rerum agendarum statum nostrum et ecclesie concernencium assumimus, ut per ipsos, vices nostras supplentes, et ipsorum coo- 10 peratione salubri nos pro tempore alleviantes nostri oneris gravitate, ministerium nobis commissum, favente divina gratia, facilius et efficacius exsequi valeamus.

Cum itaque nos nuper Basiliense concilium ex certis causis urgentissimis ac paci ecclesie necessariis, ad civitatem Ferrariensem de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu duxerimus auctoritate apostolica transfe- 15 rendum, ac postmodum ipsum concilium, in quo quamprimum intendimus et volumus personaliter interesse, certo tempore tunc espresso inchoandum statuerimus et etiam celebrandum;

nos considerantes precipua virtutum dona, quibus personam [tuam] altissimus insignivit, quodque sapientia tua in magnis et arduis nostris et ecclesie negociis summa cum pru- 20 dencia et integritate versata, ingentem laudem tuis operibus comparavit, ac ideo in domino confidentes, quod solitam prudentiam, fidem et integritatem prestabis similiter in reliquis negociis tue circumspectioni de cetero committendis; te de eorundem fratrum consilio sedis apostolice legatum, cum plena potestate legati de latere, necnon nostrum et ipsius sedis in prefato concilio Ferrarie celebrando presidentem eadem auctoritate tenore 25 presencium facimus, constituimus et etiam deputamus.

Circumspectioni tue concilium huiusmodi in eadem civitate inchoandi, continuandi et prosequendi, ac in eo, donec nos eo personaliter accesserimus, nostro et ipsius sedis nomine presidendi, et cum ipsius concilii consilio et approbacione, auctoritate predicta ordinandi, decernendi et statuendi omnia et singula, que ad pacem, exaltacionem et reformationem 30 ecclesie universalis et pro illius unitate conservanda, necnon Occidentalis et Orientalis ecclesiarum unione, paceque et tranquillitate populi christiani ac extirpacione heresum utilia seu necessaria videbuntur; necnon omnium et singulorum plenaria execucione, propter que concilium Basilee fuit ab inicio institutum ac etiam, alium vel alios, de quibus et prout tibi videbitur, pro premissis exequendis, loco tui substituendi; contradictores quoque 35 quoslibet et rebelles cuiuscunque status, gradus, dignitatis, ordinis vel condicionis fuerint, et quacunque ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, ac etiam cum invocacione auxilii brachii se-

1-3 Codex Vat. Lat. 4128 titulum plenum praebet.



CONCILIUM FLORENTINUM  
DOCUMENTA ET SCRIPTORES  
EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS PONTIFICII INSTITUTI ORIENTALIUM STUDIORUM  
SERIES A

EPISTOLAE PONTIFICIAE  
AD CONCILIUM FLORENTINUM  
SPECTANTES

EDIDIT

GEORGIUS HOFMANN S. I.  
VOLUMEN I

—  
PARS II  
—



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM  
PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE 7

ROMA

—  
1944

# CONCILIUM FLORENTINUM

## DOCUMENTA ET SCRIPTORES

Cum editio completa documentorum et scriptorum concilii Florentini nondum existat, cumque editio critica horum fontium pro parva tantum parte habeatur, Pontificium Institutum Orientalium Studiorum consilium cepit universalis editionis fontium huius concilii parandae. Prima serie (A) edentur documenta latina et orientalia, epistolae pontificiae, instrumenta notarilia, acta camerae apostolicae, acta et epistolae aliorum. Altera serie (B) comprehendentur latinorum graecorumque scripta sive theologica sive historica quae ad concilium spectant.

Qui trium saltem voluminum praenotationem faciunt, his pretium 15<sup>o</sup>/<sub>o</sub> minuitur.

### Prodierunt:

- Vol. I (Series A) – **Epistolae pontificiae ad Concilium Florentinum spectantes.**  
– Pars I. *Epistolae pontificiae de rebus ante Concilium Florentinum gestis (1418–1438)*. Ed. GEORGIUS HOFMANN S. I. Pag. xviii, 118.  
– Pars II. *Epistolae pontificiae de rebus in Concilio Florentino annis 1438–1439 gestis*. Pag. xx, 148.
- Vol. II, fasc. I (Series B) – IOANNES DE TORQUEMADA O. P., **Apparatus super decretum Florentinum Unionis Graecorum**. Ed. EMMANUEL CANDAL S. I. Pag. lxii, 147.
- Vol. II, fasc. II (Series B) – FANTINUS VALLARESSO, archiepiscopus Cretensis, **Libellus de ordine generalium conciliorum et unione Florentina**. Ed. BERNARDUS SCHULTZE S. I. Pag. lxiv, 121.

### Iam praeparata:

- Vol. I (Series A) – Pars III. *Epistolae pontificiae de rebus in Concilio Florentino annis 1440–1445 gestis et de rebus post Concilium Florentinum annis 1445–1453 gestis*. Ed. GEORGIUS HOFMANN S. I.
- Vol. I (Series A) – Appendix: 1. *Textus armenus bullae unionis Armenorum*. Ed. P. HEMAIAUGH GHEDIGHIAN C. Mech.  
2. *Textus arabicus bullae unionis Coptorum*. Ed. STEPHANUS LATOR S. I.
- Vol. III, fasc. I (Series A) – **Acta Camerae Apostolicae et civitatum Venetiarum, Ferrariae, Florentiae, Ianuae, de Concilio Florentino**. Ed. GEORGIUS HOFMANN S. I.

### Parantur:

- Vol. III, fasc. II (Series A) – **Fragmenta protocolli Concilii Florentini**. Ed. GEORGIUS HOFMANN S. I.
- Vol. IV, fasc. I (Series B) – ANDREAS DE ESCOBAR O. S. B., ep. Megarensis, **Tractatus de Graecis errantibus**. Ed. EMMANUEL CANDAL S. I.
- Vol. IV, fasc. II (Series B) – IOANNES LEO O. P., ep. Larinensis, **De visione beata**. Ed. EMMANUEL CANDAL S. I.
- Vol. V, fasc. I (Series A) – **Epistolae, sermones, aliaque acta orientalia**. Edd. STEPHANUS LATOR S. I., IOANNES SIMON S. I., GEORGIUS HOFMANN S. I.
- Vol. V, fasc. II (Series A) – **Sermones Isidori Kioviensis**. Ed. FRIDERICUS TAILLIEZ S. I.
- Vol. V, fasc. III (Series A) – **Documenta slavica**. Ed. IOSEPH OLŠR S. I.
- Vol. VI, (Series B) – ANDREAS DE SANTACRUCE, **Historia latina Concilii Florentini**. Ed. GEORGIUS HOFMANN S. I.
- Vol. VII (Series B) – SILVESTER SYROPULOS, **Historia graeca Concilii Florentini**. Ed. VITALIANUS LAURENT A. A.

NB. – Tota collectio circa decem volumina continebit. Numerus singulis voluminibus nondum typis impressis appositus non est definitivus.



CONCILIUM FLORENTINUM  
DOCUMENTA ET SCRIPTORES  
EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS PONTIFICII INSTITUTI ORIENTALIUM STUDIORUM

---

SERIES A

---

EPISTOLAE PONTIFICIAE  
AD CONCILIUM FLORENTINUM  
SPECTANTES

EDIDIT  
GEORGIUS HOFMANN S. I.

—  
PARS II  
—



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM  
PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE 7

ROMA

—  
1944

EPISTOLAE PONTIFICIAE  
AD CONCILIUM FLORENTINUM  
SPECTANTES

EDIDIT

GEORGIUS HOFMANN S. I.

PARS II.

EPISTOLAE PONTIFICIAE DE REBUS  
IN CONCILIO FLORENTINO ANNIS 1438-1439 GESTIS



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM

PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE 7

ROMA

—  
1944

---

OMNIA IURA RESERVANTUR

*Copyright by Pont. Inst. Orient. Romae*

---

---

Imprimatur: *Ex Vic. Urbis* - 15 Oct. 1944 - † ALOYSIUS TRAGLIA, Arch. Caes. in Palaestina, *Vicesger.*

---

ROMA - SCUOLA TIPOGRAFICA PIO X - VIA DEGLI ETRUSCHI, 79



## INTRODUCTIO

---

Pars secunda epistolarum pontificiarum duos primos annos concilii Florentini complectitur, scilicet annum actorum Ferrariensium et primum annum actorum Florentinorum; notum est enim concilium coeptum esse solemniter die 8 ianuarii anni 1438 Ferrariae sub praesidentia Nicolai cardinalis Albergati, summum pontificem Eugenium IV in hanc civitatem die 27 ianuarii 1438 ingressum esse, imperatorem byzantinum Iohannem VIII Palaeologum die 4 martii, patriarcham graecum Constantinopolitanum Ioseph II die 7 martii. Prima sessio communis Latinorum et Graecorum die 9 aprilis habita est. Sequebantur discussiones (non in sessionibus publicis conciliaribus) inter deputationem latinam et graecam de quaestionibus Novissimorum (Purgatorii etc.) mensibus iunii et iulii. Reasumebantur sessiones publicae conciliares die 9 octobris et usque ad mensem decembris continuabantur de quaestione additionis ad Symbolum.

Die vero 12 ianuarii anni 1439 Ferrariae promulgatum est decretum de translatione concilii Florentiam. In hac urbe inter diem 26 februarii et 5 iulii in sessionibus publicis et aliis tractatibus diversi generis de omnibus punctis doctrinae inter Latinos et Graecos controversis actum est, usquedum feliciter die 6 iulii 1439 in ecclesia cathedrali Florentina unio Graecorum promulgata est.

Autumno anni 1439 de unione Armenorum cum successu tractatum est et in eadem ecclesia cathedrali decretum unionis Armenorum die 22 novembris publice lectum et approbatum est; super eadem basi doctrinali huius bullae etiam unio Armenorum Leopoli die 15 decembris secuta est.

Etiam de aliis Orientalibus iam his duobus annis aliqua praeparata sunt, quae postea annis 1442, 1444, 1445 quoad Coptos Aethiopesque, Syros Mesopotamiae, Chaldaeos Maronitasque insulae Cypri feliciter consummata sunt.

Complura acta concilii Florentini eaque gravissimi momenti pro unitate ecclesiae Occidentalis defendenda et conservanda spectabant ad actionem contra synodum Basiliensem. Praecise his annis 1438 et 1439 oppositio synodalium Basiliensium ad culmen pervenit; sufficit in mentem revocare synodum Basiliensem quamvis iam die 30 decembris 1437 a papa dissolutam ausam esse haec decreta publicare: suspensionis papae ab administratione potestatis (24 ian. 1438), trium propositionum tamquam veritatum fidei catholicae, scilicet primo concilium generale esse superius papa, secundo papam non posse transferre nec differre nec dissolvere concilium universale, tertio eum, qui has duas sententias pertinaciter reiecerit, esse censendum haereticum (16 maii 1439). Immo die 25 iunii 1439 papam formaliter declaravit haereticum eumque deposuit; die 5 nov. elegit antipapam, Amedeum de Sabaudia, qui sibi nomen Felicis V assumpsit.

Dictis duobus annis synodus Basiliensis maximo favore potestatis saecularis fulta erat. Nam principes saeculares et ecclesiastici Germaniae dictam neutralitatem <sup>(4)</sup> observabant, quae potius oppositio contra papam eiusque concilium, scilicet Florentinum, est appellanda. Etiam Polonia et Lithuania concilio Florentino adversabantur. Gallia, quamvis Felicem V reiiceret, iura papae in sanctione pragmatica anni 1438 violare ausa est. Etiam pars Italiae synodo Basiliensi adhaerebat, ducatus Mediolanensis cum episcopis territorii sui, regnum Neapolitanum cum episcopis. Ex alia parte complures civitates Italicae, scilicet respublica Veneta, respublica Florentina, respublica Ianuensis, civitas Ferrariensis sub marchione Estensi, egregia merita de papa et concilio Florentino illis temporibus turbulentis sibi acquisiverunt, dum summus pontifex ab ipso territorio Status Pontificii iam ab anno 1434 (usque ad annum 1443) exsul esse debuit. In reliquis partibus Europae iam annis 1438 et 1439 iura papae et concilii Florentini a rege Angliae, a rege Castellae, a duce Burgundiae sustinebantur.

Si quis plura de iis rebus historiae ecclesiasticae annorum 1438 et 1439 scire voluerit, ut melius documenta pontificia huius fasciculi intelligat, hos libros cum fructu consulere poterit :

Ch. I. HEFELE-H. LECLERCQ, *Histoire des conciles*, VII, 2. Paris 1916.

L. VON PASTOR, *Geschichte der Päpste*. I<sup>8-9</sup> Freiburg i. Br. 1925.

Noël VALOIS, *La crise religieuse du XV<sup>e</sup> siècle. Le Pape et le Concile*. I-II. Paris 1909.

A. VOGT, *Florence (concile de)*, in DTC VI, 24-50.

Giorgio HOFMANN S. I., *Papato, conciliarismo, patriarcato (1438-1439). Teologi e deliberazioni del Concilio di Firenze (= Miscellanea Historiae Pontificiae, II, 2)*, Roma 1940.

Quod ad methodum huius secundae partis spectat, normae iam in prima parte indicatae et observatae etiam hic valent. Sicut in I parte, ita etiam in II, omnia diplomata et copiae manuscriptae a me indicatae, paucissimis exceptis, a me visa sunt, et illos textus, qui iam erant editi, iuxta diplomata vel copias semper fere revidi.

Restat, quod gratias agam praefectis eorumque subditis bibliothecarum archivorumque Vaticani, Italiae, Germaniae, Austriae, Helvetiae, Poloniae, Angliae, qui per duo fere decennia ad hanc editionem praeparandam me adiuverunt, rev.mo P. G. Amaduni procuratori generali Mechitaristarum, qui precibus meis benigne annuens mihi P. H. Ghedikian adiutum a discipulo meo P. S. Akelian concessit ad textum armenum decreti unionis Armenorum edendum, necnon Superioribus et Fratribus meis in Societate Iesu.

## FONTES

### *Diplomata originalia.*

Diplomata originalia, in sensu termini technici a docto viro BRESSLAU descripti <sup>(\*)</sup>, sat multa de hac secunda parte epistolarum pontificiarum existunt. Quia nondum descriptio

(4) Non defuisse ne in Germania quidem illis temporibus criticis principes imbutos spiritu fidelitatis erga papam apparet ex diplomate originali Eugeni IV Ottoni duci Bavariae (Ottou I de Mosbach) misso, 30 martii 1440, quod conservatur Monachii (Geheimes Hausarchiv); in hoc documento papa duci gratias agit pro liberatione nuntii pontificii Iacobi de Oratoribus, qui post peracta in Germania negotia sibi commissa in via captus et spoliatus per quosdam latrones fuerat.

(\*) Harry BRESSLAU, *Handbuch der Urkundenlehre für Italien und Deutschland*. I. Leipzig 1902. 86.

eorum synthetica eaque completa existit, breviter indicem diplomatum, adiectis notis characteristicis, desumptis ex scientia diplomatica faciam. Materia omnium diplomatum est pergamena; scriptura eorum est humanistica. Magnitudo diplomatum principalium est ingens; nam diploma unionis Graecorum praeter textum in se iam extensum eumque in lingua latina et graeca redactum etiam subscriptiones continet, quarum numerus in aliquibus exemplis magnus est (papa, 8 cardinales, 2 patriarchae latini, 8 archiepiscopi, 50 episcopi, 4 generales Ordinum, 37 abbates; imperator byzantinus, 3 vicarii patriarcharum orientalium, 19 metropolitae episcopique, 3 vicarii episcoporum, 5 sacerdotes ecclesiae S. Sophiae, 1 nomine alicuius sacerdotis, 6 praesides (hegumeni vel eorum locumtenentes) monasteriorum. Diploma vero unionis Armenorum, in lingua latina et [armena redactum, est fasciculus (duorum quinternorum).

De maiore parte diplomatum decreto unionis Graecorum disseruerunt sub respectu scientiae diplomaticae auctores M. DE BRÉQUIGNY, *Mémoire sur les exemplaires du decret d'union de l'Église grecque avec l'Église latine* (= *Mémoires de littérature tirés des registres de l'Académie Royale des Inscriptions et Belles-Lettres*, XLIII, (Paris 1786) 287-310; C. MILANESI in periodico *Giornale storico degli archivi Toscani* 1 (1857) 210-223; De exemplis Florentinis scripserunt Eugenius CECCONI, qui etiam 3 dipl. Romana citat in ephemeride *Armonia* 1 febr. 1870 (versio germanica in libro *Collectio Lacensis*, VII, 1480-1481) et B. BUCHETTI O. F. M. in periodico *Studi Francescani* 1 (1938) 60-86.

Quae de aliis auctoribus, FROMMANN, OVERBECK, DÖLLINGER, FRIEDRICH circa authenticitatem, integritatem, et maxime interpretationem diplomatum decreti unionis Graecorum affirmata sunt, abunde discussi in libro: *Papato, conciliarismo, patriarcato*.

Affirmatio viri docti D. N. ANASTASIEVIĆ diploma decreti unionis Graecorum ex parte reproductum in libro F. DÖLGER, *Facsimiles byzantinischer Kaiserurkunden* (München 1931), Nr. 15 (= AA, Arm. I-XVIII, 398, archivi Vaticani) non esse originale, fuit reiecta bene a DÖLGER in articulo *Epikritisches zu den Facsimiles byzantinischer Kaiserurkunden* (*Archiv für Urkundenforschung* 13 [1933] 50-51).

Nunc ad singula documenta breviter describenda descendam; doleo, quod uniformitatis causa ab indicatione mensurae abstinere debeo, quia non de omnibus diplomatibus hanc possideo.

#### Diplomata unionis Graecorum (cf. doc. n. 176).

Haec in series varias dividi possunt, secundum quod integritas eorum textus et numerus subscriptionum synodalium earumque autographarum consideratur.

I. — Ad primam seriem sine dubio quinque diplomata pertinent, quae secundum testimonium actorum graecorum PRAKTIKA<sup>(1)</sup> et Silvestri Syropuli<sup>(2)</sup> synodalibus latinis et graecis subscribenda<sup>(3)</sup> proposita sunt. Dum de quattuor ex his documentis primariis

<sup>(1)</sup> MANSI 31 A, 1044.

<sup>(2)</sup> Silv. SYROPULUS, *Historia concilii Florentini* (Hagae 1660) X, cap. 17 = CREVGHTON 305-307.

<sup>(3)</sup> Non parvi momenti est nota originalis, quae in bulla archivi Vaticani AA, Arm. I-XVIII, 405 ad finem textus subscriptionum habetur: *Reperiuntur in quinque decretis originalibus alie subscriptiones metropolitaram, qui*

nihil constat, an conservata sint, certo hoc de uno exemplo dici potest, scilicet de exemplo Laurentiano n. 1 (Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana, Cassetta Cesarini n. 1, nunc sub vitro expositum). Hoc documentum enim totum textum latinum graecumque et omnes subscriptiones easque autographas synodaliū latinorum et graecorum continet; habet bullam plumbeam papae et sigillum aureum imperatoris byzantini, notam: *Blondus*. Designo hanc bullam<sup>(4)</sup> compendio L<sup>1</sup>.

II. — Ad secundam seriem ea diplomata pertinent, quae textum plenum (mutationes parvas, orthographiae etc. non considero), maiorem partem subscriptionum latinarum (autographarum saltem ex parte, omnium tamen authenticarum propter signa consueta cancellariae pontificiae) et saltem unius graecae eiusque autographae, scilicet imperatoris continent.

Huic secundae seriei adscribi possunt haec exempla:

V<sup>1</sup> = Vaticanus n. 1. Archivum Vaticanum, AA, Arm. I-XVIII, 398. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, 30 episcoporum, imperatoris byzantini; bullam plumbeam imperatoris, sigillum aureum imperatoris, notam: *M. de Pistoria*, habet. Sigillum aureum imperatoris est descriptum et reproductum apud Petr. SELLA, *Le bolle d'oro dell'archivio Vaticano* (Città del Vaticano 1934) 55-56, tav. IX, n. 23.

V<sup>2</sup> = Vaticanus n. 2. Archivum Vaticanum, AA, Arm. I-XIII, 397. Hoc exemplum subscriptiones papae, 29 episcoporum, imperatoris byzantini, bullam plumbeam papae, notam: *I. de Steccatis*, habet.

V<sup>3</sup> = Vaticanus n. 3. Bibliotheca Basilicae S. Petri nunc Bibl. Vatic. incorporata. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, imperatoris byzantini, bullam plumbeam papae, notam: *Palavicinus*, habet.

Bo = Bononiensis. Bologna, R. Archivio di Stato. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, imperatoris byzantini, bullam plumbeam papae, sigillum aureum imperatoris, notam: *A. de Strata*, habet.

Lo = Londinensis. London, British Museum. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, 34 episcoporum, 2 religiosorum, imperatoris byzantini, notam: *Blondus*, habet.

P = Parisiensis. Paris, Bibliothèque Nationale, grec 430. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, 31 episcoporum, imperatoris byzantini (ceterae subscriptiones Graecorum sunt copiae), bullam plumbeam papae, notam: *A. de Magio*, habet.

C = Carlsruhensis. Karlsruhe, Badisches Generallandesarchiv. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, ca. 26 episcoporum, imperatoris byzantini, bullam plumbeam papae habet. Cf. descriptionem huius diplomatis apud M. GMELIN, *Beilage zur Allgemeinen Zeitung*, 23. Aug. 1871.

F<sup>1</sup> = Florentinus n. 1. R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, San Francesco di Fiesole. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, imperatoris byzantini, notam: *Palavicinus*, habet.

in synodo fuerunt. Sed quia hoc non est decretum, sed illius copia et transsumptum, ideo dicte subscriptiones hic non apposite fuerunt nec bulla aurea, ut in originalibus factum est.

(<sup>4</sup>) Facsimile bullae L<sup>1</sup> habetur in libro Vinc. CHIARONI O. P., *Lo scisma greco e il concilio di Firenze* (Firenze 1938) inter p. 72 et 73; subscriptiones Graecorum in Bullis L<sup>1</sup> et L<sup>2</sup> reproductae sunt in libro HOFMANN, *Concilium Florentinum I* (= *Orientalia Christiana*, XVI, 3, Roma 1929) in appendice.

III. — Ad tertiam seriem ea diplomata pertinent, quae textum plenum, aliquas subscriptiones Latinorum (sive autographas sive solum propter signa cancellariae authenticas), sed nullam subscriptionem graecam habent.

L<sup>2</sup> = Laurentianus n. 2. Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana, Cassetta Cesarini, n. 2. Hoc exemplum subscriptionem papae, 8 cardinalium, notam: *A. Palavicinus*, habet.

F<sup>2</sup> = Florentinus n. 2. R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Maria Novella. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, 28 episcoporum, 1 legati ducis Burgundiae, notam: *Io(hannes) de Steccatis*, habet.

IV. — Ad quartam seriem ea diplomata pertinent, quae textum mutilatum habent, sed subscriptionibus corroborata sunt:

L<sup>3</sup> = Laurentianus n. 3. Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana, Cassetta Cesarini, n. 3. Hoc exemplum signum (rota) papae, subscriptiones imperatoris byzantini et 33 synodalia graecorum habet.

L<sup>4</sup> = Laurentianus n. 4. Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana, Cassetta Cesarini, n. 4. Hoc exemplum non solum in lingua latina et graeca, sed etiam in lingua russica redactum, subscriptiones papae, 8 cardinalium, notam: *De curia. M. de Bossis. Γεώργιος Διούπατος ὁ Γαλησιώτης*, habet.

M = Mediolanensis. Archivio Metropolitano. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, imperatoris byzantini, vestigia cordulae sericae, cui bulla plumbea papae appensa erat, sigillum aureum imperatoris, notam: *A. de Magio*, habet. Descriptio bullae habetur apud C. MARTINI, *Catalogo di manoscritti greci esistenti nelle biblioteche italiane*, I (Milano 1893) 45-46.

B = Baiocensis. Bayeux, Bibliothèque Publique. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, 18 episcoporum, imperatoris byzantini habet. Cf. H. OMONT, *Catalogue des manuscrits grecs des départements* (Paris 1886) 10-11.

V<sup>4</sup> = Vaticanus n. 4. Archivum Vaticanum, AA, Arm. I-XVIII, 405. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, imperatoris byzantini, notam: *B. Palavicinus*, habet.

V<sup>5</sup> = Vaticanus n. 5. Archivum Vaticanum, AA, Arm. I-XVIII, 411<sup>ba</sup>. Hoc exemplum subscriptiones papae, 8 cardinalium, 30 episcoporum, notam: *Blondus*, habet.

V<sup>6</sup> = Vaticanus n. 6. Biblioteca Vaticana, Ottobon. gr. 470; cf. descriptionem apud E. FERON-F. BATTAGLINI, *Codices manuscripti graeci Ottoboniani bibliothecae Vaticanae* (Roma 1893) 260. Hoc exemplum subscriptiones papae, cardinalis Antonii episcopi Ostiensis, imperatoris byzantini, ca. 26 synodalia Graecorum, notas: *Blondus. M. de Pistorio*, habet. Diploma in parte subscriptionum Graecarum est aliquantulum deletum.

In his 7 exemplis mutilatio habetur tantum in textu graeco quoad haec vocabula, quae desunt: εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ πρωτεῖον κατέχειν, αὐτὸν τε τὸν Ῥωμαϊκὸν ἀρχιερέα, dum in textu latino invenitur scriptum: *in universum orbem tenere primatum, et ipsum pontificem Romanum*. Quomodo haec omissio non noceat authenticitati recensiois longioris, exposui in capitulo: *La redazione più breve e la più lunga del passo sul primato nel testo greco della bolla di unione dei Greci*: cf. *Miscellanea Historiae pontificiae*, II, 2: 59-64.

Mutilatio vero a DÖLLINGER affirmata de loco textus latini: *Quemadmodum etiam*, quasi deberet legi: *Quemadmodum et*, debet omnino reici; cf. ea, quae dixi in capitulo: « *Quemadmodum etiam* »: ibidem, 65-68.

V. — Demum non desunt diplomata, quae nullam subscriptionem habent, et nihilominus authentica sunt; ex quorum numero probabiliter non pauca ad principes episcoposque anno 1439 missa sunt. Ex actis Camerae Apostolicae scimus numerum sat ingentem, scilicet trecenta diplomata decreti unionis Graecorum facta fuisse.

Diplomata unionis Armenorum (cf. doc. n. 224).

Duo diplomata unionis Armenorum usque huc inventa sunt.

I. — Primum et unicum diploma, quod in lingua latina et armena scriptum est et quod subscriptiones papae, 8 cardinalium, 2 patriarcharum latinorum, 5 archiepiscoporum, 36 episcoporum, 25 abbatum, et 2 Armenorum, scilicet sacerdotum doctorum (Vardapet) Serkis et Thomae, notamque: *Blondus. Iohannes de Steccatis*, habet, in bibliotheca Laurentiana Florentiae (Cassetta Cesarini) conservatur. Bene a BUCHETTI descriptum est in articulo supracitato periodici *Studi Francescani* 1 (1938), et in extracto aucto sub titulo *I Francescani al Concilio di Firenze* (Firenze 1938) 18. Textus latinus habet folia 1-10; textus armenus ff. 11-20; totum, sicut iam dixi, in forma fasciculi collectum, habet inscriptionem originalem super tegumento: *Decretum originale Unionis Armenorum cum sancta Romana Ecclesia promulgatum in sacro universali Concilio Florentino XXII novembris 1439. Laus Deo. Deo gratias*. Cf. auctoris librum *De unione Armenorum* (= *Textus et documenta*, series theol. 19 [Roma 1935], 21 sq.).

II. — Alterum diploma, tantum in lingua latina redactum et subscriptionibus papae et synodali carens, notis tamen cancellariae: *Blondus. A. de Racaneto*, provisum et bulla plumbea papae, in archivio monasterii S. Francisci Fesularum (Fiesole, San Francesco) conservatur. Cf. descriptionem apud BUCHETTI 17-18.

Diplomata de invitatione ad concilium Ferrariense-Florentinum.

I. — Amedeo duci Sabaudiae, 10 febr. 1438 (cf. doc. n. 116). Torino, R. Archivio di Stato, Materie ecclesiastiche, vol. I, n. 29. Hoc exemplum bullam plumbeam papae et notas cancellariae: *C. de Arimino. Blondus*, habet.

II. — Ludovico de Sabaudia, 18 febr. 1438 (cf. doc. n. 123). Ibidem; vol. II, n. 11. Hoc exemplum bullam plumbeam papae et notam: *Io(hannes) de Mota*, habet.

III. — Episcopo Cabilonensi, 18 febr. 1438 (cf. doc. n. 125). In archivio episcopali Cabilonensi (?).

IV. — Abbati monasterii Cluniacensis, 18 febr. 1438 (cf. doc. n. 128). Paris, Bibliothèque Nationale, Latin 1501.

V. — Archiepiscopo Gneznensi, 9 apr. 1438 (cf. doc. n. 136). In archivio principis Czartoryski, Nr. Inw. 425. Cum nota: *W. Colenzoen*.

VI. — Iohanni imperatori Aethiopiae, 15 iun. 1438 (cf. doc. n. 143). Ferrara, Chiesa di San Gerolamo. Cum nota: *L. Therunda*.

VII. — Amedeo duci Sabaudiae, 27 ian. 1439 (cf. doc. n. 160). Torino, R. Archivio di Stato, Scismi, concili, vol. 2, n. 15. Cum bulla plumbea papae, cum nota: *Blondus*.

VIII. — Iohanni imperatori Aethiopiae, 28 aug. 1439 (cf. doc. n. 208). Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, San Francesco di Fiesole. Cum bulla plumbea papae, cum nota: *Io(hannes) de Collis*.

IX. — Thomae imperatori Indorum, 28 aug. 1439 (cf. doc. n. 209). Ibidem. Cum bulla plumbea papae, cum nota: *Io(hannes) de Collis. Blondus*.

#### Diplomata de notificatione decreti unionis Graecorum.

I. — Frederico duci Austriae, 7 iul. 1439 (cf. doc. n. 178). Wien, Haus-Hof-und Staatsarchiv. Cum bulla plumbea papae.

II. — Amedeo duci Sabaudiae, 7 iul. 1439 (cf. doc. n. 188). Torino, R. Archivio di Stato, Scismi, concili, vol. 2, n. 1. Cum bulla plumbea papae, cum nota: *G. de Callio*.

III. — Guardiano monasterio Montis Sion Hierosolymis (cf. doc. n. 189). In archivo Custodiae Terrae Sanctae ordinis Fratrum Minorum.

IV. — Coptis, 7 iul. 1439 (cf. doc. n. 190). Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, San Francesco di Fiesole. Cum nota: *Blondus*.

#### Diplomata de notificatione decreti unionis Armenorum.

I. — Marchioni Estensi, 23 nov. 1439 (cf. doc. n. 227). Modena, R. Archivio di Stato, Lettere di Principi esteri, Roma, Bolle e Brevi pontifici, busta 6. Cum nota: *P. Suciis*.

II. — Gregorio archiepiscopo Leopoliensi ritus armeni, 15 dec. 1439 (c. doc. n. 235). In archivo archiepiscopali armeno Leopoli (Polonia). Cum nota: *Io(hannes) de Came(ron)*.

#### Diplomata de commendatione praelatorum.

I. — Alberto de Sarthiano O. F. M. commissario apostolico, 22 aug. 1439 (cf. doc. n. 207). Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, San Francesco di Fiesole. Cum notis: *Blondus. L. Therunda. Registrata apud me: Blondus*.

II. — Iohanni imperatori byzantino pro Isidoro Kioviensi, 28 nov. 1439 (cf. doc. n. 232). Bibliotheca Vaticana. Vat. Graecus 133. Cum nota: *N. de Carbonibus*.

#### Diploma de re pecuniaria.

Duci Venetiarum, 7 iun. 1439 (cf. doc. n. 175). Venezia, R. Archivio di Stato, Bolle ed atti della Curia Romana, Eugenio IV, n. 25. Cum nota: *A. de Magio*.

#### Diplomata de indulgentiis.

I. — Pro monasterio Vatopediu (Athos), sept. 1439. In archivo monasterii Vatopediu. Cum nota: *I. Cincius*.

II. — Pro subsidio causae unionis Graecorum, 7 oct. 1439 (cf. doc. n. 220). Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Maria Novella. Cum filo bullae, cum nota *N. de Carbonibus. Registrata. Blondus*.

## Diploma de decreto Moyses vir dei.

Contra synodum Basiliensem, 24 sept. 1439 (cf. doc. n. 210). Archivio Vaticano, Instr. misc. 4311. Cum particula fili bullae, cum notis: *Blondus. De curia. F. de Laude. Registrata. B(londus)*.

*Copiae coevae.*

Maxima pars epistolarum pontificiarum huius fasciculi in registro pontificio archivi Vaticani conservatur, scilicet in voluminibus Reg. Vat. 365, 366, 367, 374, 382 et in Reg. Lateranensi 370 (decretum unionis Armenorum). Praeterea series epistolarum in Bibliotheca Vaticana habetur, videlicet in codice Vaticano Latino 4 128, de quo aliisque manuscriptis in commentariis *Orientalia Christiana Periodica* 3 (1937) locutus sum. Aliquae copiae coevae eaeque relative paucae, saltem in quantum epistolae pontificiae ad concilium Florentinum spectantes considerantur, sunt diligenter indicatae et plerumque plene vel ex parte editae a scriptoribus operis *Deutsche Reichstagsakten*. Horum auctorum investigationibus usus adiunctisque meis propriis complures epistolas edere possum, quae nec in diplomatibus originalibus nec in registro pontificio nunc exstant. Ultimo notare iuvat etiam apud auctores coevos historicos vel theologos aliqua documenta concilii Florentini tradita esse, ex. gr. Andream de S. Cruce (Santacroce), Ioh. de Torquemada, Fantinum Valaresso, Ioh. de Segovia, Silvestrum Syropulum, auctorem anonymum operis PRAKTIKA.

*Copiae posteriores.*

Etiam de his loquendum est, cum aliqua documenta a me edenda nec in diplomatibus originalibus nec in copiis coevis saltem integre conservata sint. Hic est iterum nominanda collectio Leonis Allatii saeculi XVII, de qua iam in introductione primi fasciculi sermo fuit. Etiam aliqua transsumpta bullarum commemoranda sunt: transsumptum exempli originalis decreti unionis Graecorum, quod quondam Venetiis conservatum est et nunc consideratur, scilicet documentum archivi Vaticani AA, Arm. I-XVIII, 408, die 16 nov. 1554 a Nuntio Apostolico Venetiarum ad Iulium III papam missum; copiae documentorum originalium factae ab A. M. BANDINO praefecto bibliothecae Laurentianae, anno 1794, quae (copiae) ibidem sub signo *Acquisti e doni 143* conservantur, et altera eius collectio copiarum, quae in bibliotheca Marucelliana Florentiae sub signo (Mss. Marucelliana) *B I 7* habetur. Ne studiosi in errorem inducantur, mihi placet in fine aliquas copias indicare, quae ex parte facile tamquam documenta originalia vel saltem copiae coevae decreti unionis Graecorum credi possunt, sed de facto copiae posteriores sunt:

1. Ottobonianus Graecus 472 bibliothecae Vaticanae, saeculi XVII; cf. descriptionem huius bullae apud E. FERON-F. BATTAGLINI 261.
2. AA, Arm. I-XVIII, 406, archivi Vaticani, anni 1677; copia bullae L<sup>4</sup> (Laurentianus n. 1).
3. AA, Arm. I-XVIII, 407, archivi Vaticani, 23 martii 1627; copia bullae Bo (Bononiensis).
4. Ottobonianus Graecus 471 bibliothecae Vaticanae, saec. XVIII; cf. descriptionem apud FERON-BATTAGLINI 260-261.



Alias sat multas copias sive coevas sive posteriores praeter eas, quae adhuc in editione indicabuntur, imprimis decreti unionis Graecorum, notare duxi esse ad finem huius fasciculi inutile.

### EDITIONES

GIUSTINIANI = HORATIUS IUSTINIANUS, *Acta sacri oecumenici concilii Florentini*. Romae 1638.

HARDOUIN 8 = IOH. HARDOUIN S. I., *Acta conciliorum et epistolae decretales Summorum Pontificum*. 8. vol. Lutetiae Parisiorum 1723.

RAYNALDUS (Rainaldi) 9 = ODORICUS RAYNALDUS, *Annales ecclesiastici*. XL. Lucae 1752.

MANSI 31 A, 31 B, 35 = IOH. DOM. MANSI, *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*. 31 A, 31 B, 35. Parisiis 1901-1906

MON. CONC. = *Monumenta conciliorum generalium saeculi XV. Concilium Basiliense: Scriptores. Ioh. de Segovia*, vol. 2. Vindobonae 1886.

CECCONI = EUGENIO CECCONI, *Studi storici sul Concilio di Firenze*, 1. vol. Firenze 1869.

IORGA II = NIC. IORGA, *Notes et extraits pour servir à l'histoire des croisades au XV<sup>e</sup> siècle. Seconde série*. Paris 1899.

HUENTEMANN = ULRICUS HUENTEMANN O. F. M., *Bullarium Franciscanum. Nova Series. Tomus I (1434-1447). Ad Claras Aquas (Quaracchi 1929)*.

WADDING = LUCAS WADDING O. F. M., *Annales Minorum*<sup>3</sup>. Tomus XI (1437-1447). Ad Claras Aquas 1932.

REICHSTAGSAKTEN = *Deutsche Reichstagsakten*. XIII, 1 *herausgegeben von G. BECKMANN* (Gotha 1908); XIV, 1 *herausgegeben von H. HERRE* (Stuttgart 1933).

NB. Alii libri vel articuli, qui solum unum alterumque documentum ediderunt, et ii libri, qui de documentis hic edendis tractaverunt, a me in singulis documentis, imprimis post regestum, indicantur; de aliis collectionibus antiquis cf. primam partem epistolarum pontificiarum (= *Ep. pontif.* I).

### ARGUMENTUM DOCUMENTORUM

*Epistolae Eugenii IV ab initio sessionum concilii Ferrariensis usque ad translationem eius Florentiam, 8 ian. 1438-10 ian. 1439.*

Epistolae pontificiae huius sectionis defensionem concilii Ferrariensis contra synodum Basiliensem respiciunt et de causa unionis ecclesiarum, imprimis ritus byzantini, cum ecclesia Romana tractant. De historia horum eventuum egi in duobus articulis sub titulo: *Die Konzilsarbeit in Ferrara: cf. Orientalia Christiana Periodica* 33 (1937) 110-140, 403-455.

Non abs re erit hic notare in documentis saepe notitias pretiosas haberi de singulis stationibus historicis unionis Orientalium, de personis synodalium eorumque meritis de causa unionis; etiam de influxu concilii Ferrariensis saltem in aliquam partem Occidentis non pauca ex epistolis pontificiis discimus.

I. — Invitationes ad concilium Ferrariense adeundum, principibus saecularibus et ecclesiasticis, aliisque praelatis missae, sunt doc. n. 115, 123, 125, 126, 127, 128, 130, 131, 134, 136, 143, 156.

II. — Decreta contra synodum Basiliensem sunt doc. n. 121, 135; his documentis adiungi possunt epistolae pontificiae principibus et episcopis expeditae, quibus moneantur, ut unitatem ecclesiae contra synodales Basilienses defendant, scilicet doc. n. 122, 124, 129, 132, 133, 137, 140, 141, 142, 148, 157. Immo in aliquibus documentis iam supra nominatis eadem exhortatio fit. Aliquae epistolae, doc. n. 149, 159, personas adhaerentes concilio Ferrariensi contra synodum Basiliensem protegent.

III. — De collectoribus apostolicis, de indulgentiis, de decima pro causa unionis Graecorum habentur doc. n. 116, 117, 118, 119, 120, 143, 145, 146, 147, 148, 151, 152, 153, 154. His documentis addas doc. n. 158 de liberatione a taxis solvendis concessa patriarchae Gradensi propter merita etiam in causa unionis Graecorum habita, et doc. n. 154 pro bonis ecclesiasticis episcopatus latini Modonensis (Methonensis) in Peloponneso.

IV. — Decretum translationis concilii Ferrariensis Florentiam habes in doc. n. 159-160.

*Epistolae Eugenii IV ab ingressu solemnibus papae Florentiam usque ad decretum unionis Graecorum, 27 ian. 1439-6 iul. 1439.*

Haec documenta de magna sollicitudine papae pro animis principum saecularium et ecclesiasticorum causae concilii Florentini conciliandis vel confirmandis, de maximis expensis pro sustentatione Graecorum a papa susceptis et solutis, de quinque capitibus doctrinae in decreto unionis Graecorum definitis narrant. De actis in concilio pro unione Graecorum praeparanda et concludenda cf. articulos auctoris: *Die Konzilsarbeit in Florenz (Orientalia Christiana Periodica 4 [1938] 157-188, 372-422)*; *Formulae praeviae ad definitionem concilii Florentini de processione Spiritus Sancti (Acta Academiae Velehradensis 13 [1937] 81-105, 237-260)*; *De praeparatione definitionis concilii Florentini de Symbolo (Acta Academiae Velehradensis 14 [1938] 1-8)*; *De praeparatione definitionis concilii Florentini de SS. Eucharistia (Acta Academiae Velehradensis 14 [1938] 45-54)*; *Formulae praeviae ad definitionem concilii Florentini de Novissimis (Gregorianum 18 [1937] 337-360)*; *Quomodo formula definitionis concilii Florentini de potestate plena papae praeparata fuerit? (Acta Academiae Velehradensis 14 [1938] 138-148).*

I — Invitationes ad concilium Florentinum adeundum principibus saecularibus et ecclesiasticis missae sunt doc. n. 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169. His epistolis apte adnumerari potest doc. n. 170 pro Ludovico de Casali Ministro generali ordinis Minorum, cuius praesentia in concilio a summo pontifice declaratur necessaria.

II. — De summis pecuniarum pro causis unionis Graecorum colligendis doc. n. 171-172 agunt; de obligationibus pontificiis ad debita solvenda doc. n. 173, 174, 175 tractant.

III. — Decretum unionis Graecorum in textu latino et graeco in doc. n. 176 habetur.

*Epistolae pontificiae post decretum unionis Graecorum usque ad unionem Armenorum Leopoli (Poloniae), 7 iul. 1439-15 dec. 1439.*

Maxima pars harum epistolarum in quaestione unionis Graecorum versatur, sive decretum unionis Graecorum principibus et episcopis, universitatibus et urbibus mittatur,

sive legati pontificii et alii nuntii mandatum eundi in Orientem pro executione decreti unionis accipiant, sive homines de unione Graecorum bene meriti remunerationem pontificiam recipiant, sive denique res pecuniariae pro debitis solvendis camerae apostolicae valde expensis causae unionis Graecorum oneratae ordinentur.

Praeter executionem unionis ecclesiarum ritus byzantini papa de aliis Orientalibus uniendis cogitavit, de Armenis, Coptis, Aethiopibus, Indis; ideo his legatos epistolasque misit.

Quamvis Sedes Apostolica feliciter ecclesias ritus byzantini et mox, die 22 nov. et 15 dec. 1439, etiam Armenos ad ecclesiam Romanam revocaverit, ei grave onus mansit pugnandi contra synodum Basiliensem.

De consecrariis historicis unionis ecclesiarum ritus byzantini aliqua exposui in capitulo: *Geschichtliche Tragweite der florentinischen Kircheneinigung der Byzantiner (Orientalia Christiana Periodica 4 [1938] 419-422)*; et in articulo *Humanismus in concilio Florentino (Acta Academiae Velehradensis 15 [1939] 193-211)*.

De praeparatione et historia ulteriore unionis Armenorum tractavi in articulo: *Die Einigung der armenischen Kirche mit der katholischen Kirche auf dem Konzil von Florenz (Orientalia Christiana Periodica 5 [1939] 151-185)*.

Quae pro Coptis et Aethiopibus iam annis 1438 et 1439 a papa acta sint, enarravi in primis capitulis articuli mei: *Kopten und Aethiopier auf dem Konzil von Florenz (Orientalia Christiana Periodica 8 [1942] 5-39)*.

I. — Textus decreti unionis Graecorum communicatur cum principibus (cf. doc. n. 178, 179, 180, 181, 182, 188, 192, 193), cum universitatibus (cf. doc. n. 183, 184, 187), cum urbibus (cf. doc. n. 185, 186), cum personis ecclesiasticis latinis (cf. doc. n. 189), cum Orientalibus (cf. doc. n. 190, 191, 195).

II. — De legatis et nuntiis pro executione decreti unionis Graecorum in Orientem graecum et slavicum missis (cf. doc. n. 202, 203, 204, 211, 212, 214, 216, 219); de aliis personis de unione Graecorum bene meritis (cf. doc. n. 196, 197, 198, 200, 206, 225, 233).

III. De adiutorio temporali Graecis praestito (cf. doc. n. 194, 204, 217, 221, 222, 223, 234).

IV. — De indulgentiis occasione unionis Graecorum concessis (cf. doc. n. 177 (?), 201, 215, 220).

V. — Contra synodum Basiliensem directa sunt doc. n. 210, 218.

VI. — Praeter Graecos (haec vox est intelligenda non solum de natione graeca, sed etiam de aliis nationibus, quae ritum graecum sive byzantinum sequuntur) sunt alii Orientales hic nominandi, quibus papa epistolas misit, scilicet Copti (cf. doc. n. 190, 195, 207), Aethiopes (cf. doc. n. 208), Indi (cf. doc. n. 209); his documentis apte addi potest doc. n. 213 de interprete pro lingua arabica.

VII. — Ultimam partem epistolarum pontificiarum, quae adhuc breviter consideranda manet, constituunt documenta ad unionem Armenorum spectantia, scilicet ipsum decretum unionis Armenorum, die 22 nov. 1439 in textu latino et armeno promulgatum (cf. doc. n. 224); epistolae, quibus principes et episcopi et universitates de hac unione certiores fiunt (cf. doc. n. 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232); epistola de iuribus episcopi

catholici Caffensis (in Crimea) ritus armeni (cf. doc. n. 235); ultimo documentum pontificium de unione Armenorum Leopoli (cf. doc. n. 236).

#### ORDO CHRONOLOGICUS DOCUMENTORUM

115. Eugenius IV Amedeo duci Sabaudiae, 1438 febr. 10 Ferrariae. Invitatio ad concilium.
116. Eugenius IV Bartholomaeo episcopo Cavalicensi, 1438 febr. 10 Ferrariae. Collector apostolicus pro causa unionis Graecorum.
- 117–119. Eugenius IV Alphonso de Caveis Rubeis, Thomae de Aquila, Iacobo de Oratoribus, 1438 febr. 10 Ferrariae. Collectores apostolici.
120. Eugenius IV universis christifidelibus, 1438 febr. 12 Ferrariae. Summa pecuniae pro causa unionis Graecorum collecta sequestratur.
121. Eugenius IV et concilium Ferrariense, 1438 febr. 15 Ferrariae. Decretum contra concilium Basiliense.
122. Eugenius IV Amedeo duci Sabaudiae, 1438 febr. 18 Ferrariae. Contra synodales Basilienses.
123. Eugenius IV Ludovico de Sabaudia, 1438 febr. 18 Ferrariae. Invitatio ad concilium Ferrariense; contra Basilienses.
124. Eugenius IV consilio Amedei ducis Sabaudiae, 1438 febr. 18 Ferrariae. Contra Basilienses.
125. Eugenius V Petro episcopo Cabilonensi, 1438 febr. 18 Ferrariae. Invitatio ad concilium.
126. Eugenius IV Vincentio archiepiscopo Gneznensi, 1438 ca. febr. 18 Ferrariae. Invitatio ad concilium.
127. Eugenius IV Conrado episcopo Vratislaviensi, 1438 febr. 18 Ferrariae. Invitatio ad concilium.
128. Eugenius IV Oddoni II abbati Cluniacensi, 1438 febr. 18 Ferrariae. Invitatio ad concilium.
129. Eugenius IV Gulielmo marchioni de Hochberg, 1438 febr. 19 Ferrariae. Contra synodales Basilienses.
130. Eugenius IV Henrico archiepiscopo Cantuariensi, 1438 febr. 20 Ferrariae. Invitatio ad concilium.
131. Eugenius IV Theobaldo episcopo Malleacensi, 1438 febr. 20 Ferrariae. Invitatio ad concilium.
132. Eugenius IV Friderico duci Saxoniae, 1438 febr. 23 Ferrariae. Contra synodales Basilienses.
133. Eugenius IV Hunfrido duci Gloucestriae [1438 febr. Ferrariae]. Contra synodales Basilienses.
134. Eugenius IV per nuntium Antonium episcopum Urbinatensem principibus electoribus Germaniae, 1438 martii 11 Francfurdiae. Invitatio ad concilium.
135. Eugenius IV et concilium Ferrariense, 1438 apr. 9 Ferrariae. Decretum de legitimitate et oecumenicitate concilii Ferrariensis.
136. Eugenius IV Vincentio archiepiscopo Gneznensi, 1438 apr. 9 Ferrariae. Invitatio ad concilium.

137. Eugenius IV legatis Amedei ducis Sabaudiae [1438 apr. 10] Ferrariae. Responsum ad conatum ducis de pace inter synodales Basilienses et Eugenium IV papam obtinenda.
138. Eugenius IV Cosimo et Laurentio de Medicis, 1438 apr. 7 Ferrariae. Obligatio pontificia pro summa pecuniae.
139. Eugenius IV Marco patriarchae Gradensi, 1438 maii 20 Ferrariae. Liberatio a taxis solvendis propter merita eius etiam in causa unionis Graecorum.
140. Eugenius IV principibus electoribus Germaniae, 1438 maii 28 Ferrariae. Pro unitate ecclesiae.
141. Eugenius IV principibus electoribus Germaniae, ca. 1438 maii 28 Ferrariae. Responsum ad eorum petitionem.
142. Eugenius IV Friderico duci Saxoniae, 1438 maii 28 Ferrariae. Pro unitate ecclesiae.
143. Eugenius IV ecclesiae Montisrolandi in Burgundia, 1438 iun. 11 Ferrariae. Indulgentia, ex parte in favorem causae unionis Graecorum.
144. Eugenius IV Iohanni imperatori Aethiopiae, 1438 iun. 15 Ferrariae. Invitatio ad unionem ecclesiasticam et ad concilium Ferrariense.
145. Eugenius IV ecclesiae Poznaniensi, 1438 iun. 23 Ferrariae. Proventus mensae episcopalis per unum annum pro causa unionis Graecorum.
146. Eugenius IV Bartholomaeo abbati S. Nicolai de Littore ordinis S. Benedicti, 1438 iul. 6 Ferrariae. Collector apostolicus.
147. Eugenius IV Ludovico archiepiscopo Rothomagensi, 1438 iul. 31 Ferrariae. Sequestratio pecuniarum pro causa unionis Graecorum collectarum.
148. Eugenius IV Friderico duci Austriae, 1438 aug. 12 Ferrariae. Pro defensione auctoritatis pontificiae.
149. Eugenius IV aliquibus personis ecclesiasticis et laicis, 1438 aug. 29 Ferrariae. Processus per synodales Basilienses contra aliquos, in epistola nominatos, annullatur.
150. Eugenius IV episcopis Gulielmo Pedonensi et Iohanni Nannetensi et Theobaldo cubiculario, 1438 sept. 1 Ferrariae. Decima fructuum ecclesiasticorum pro causa unionis Graecorum.
151. Eugenius IV Iohanni archiepiscopo Tarentino et Antonio episcopo Urbinatensi, 1438 sept. 24 Ferrariae. Collectores apostolici.
152. Eugenius IV universis christifidelibus, 1438 sept. 24 Ferrariae. Litterae indulgentiae pro causa unionis Graecorum.
153. Eugenius IV Baptistae de Legnanime, 1438 oct. 2 Ferrariae. Collector apostolicus.
154. Eusebius IV Baptistae de Padua, 1438 oct. 4 Ferrariae. Collector apostolicus.
155. Eugenius IV Francisco Foscari duci Venetiarum, 1438 oct. 10 Ferrariae. Pro bonis ecclesiasticis episcopatus Modonis (Peloponnesi) ritus latini.
156. Eugenius IV Ambrosio Traversari, generali ordinis Camaldulensium, 1438 nov. Ferrariae. Hunc hortatur, ut mox ad concilium veniat.
157. Eugenius IV Bartholomaeo abbati S. Nicolai de Littore, 1438 nov. 22 Ferrariae. Pro Nicolao abbate S. Iohannis Traguriensis eoque vicario Iohannis cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina.
158. Eugenius IV Alberto regi Romanorum, 1438 dec. 2 Ferrariae. De disputationibus solemnibus concilii Ferrariensis, de defensione ecclesiae contra discordiam.

159. Eugenius IV archidiacono Hesbaniae et S. Iohannis Leodiensis et decanis S. Andreae Coloniensis, 1438 dec. 21 Ferrariae. Pro Nicolao de Cusa contra synodales Basilienses protegendo.
160. Eugenius IV et concilium Ferrariense, 1439 ian. 10 Ferrariae. Decretum translationis concilii Ferrariensis Florentiam.
161. Eugenius IV Amedeo duci Sabaudiae, 1439 ian. 27 Florentiae. Invitatio ad concilium.
162. Eugenius IV Henrico regi Daciae, 1439 ian. 27 Florentiae. Invitatio ad concilium.
- 163-169. Eugenius IV regi Scotiae et singulis sex electoribus principibus Germaniae, 1439 ian. 27 Florentiae. Invitatio ad concilium.
170. Eugenius IV Philippo duci Mediolanensi, 1439 febr. 12 Florentiae. Invitatio ad concilium.
171. Eugenius IV Gulielmo de Casali ministro generali ordinis Minorum, 1439 febr. 25 Florentiae. De praesentia huius in concilio.
172. Eugenius IV Quintino archiepiscopo electo Atrebatensi, 1439 martii 23 Florentiae. Collector apostolicus.
173. Eugenius IV Baptistae de Padua doctori legum, 1439 martii 29 Florentiae. Collector apostolicus.
174. Eugenius IV civitati Florentiae, 1439 iun. 5 Florentiae. Obligatio pontificia pro summa pecuniae.
175. Eugenius IV duci Venetiarum, 1439 iun. 5 Florentiae. Obligatio pontificia pro summa pecuniae.
176. Eugenius IV et concilium Florentinum, 1439 iul. 6 Florentiae. Decretum unionis Graecorum.
177. Eugenius IV universis christifidelibus, 1439 [post iul. 6 Florentiae] Litterae indulgentiae pro ecclesia cathedrali Florentiae saltem praeparatae.
- 178-182. Eugenius IV Friderico duci Austriae, Alberto regi et compluribus principibus Germaniae, 1439 iul. 7 Florentiae. De decreto unionis Graecorum.
- 183-186. Eugenius IV universitatibus Vindobonensi et Erfordensi et urbibus Argentinensi et Norimbergensi, 1439 iul. 7 Florentiae. De decreto unionis Graecorum.
187. Eugenius IV universitati Lovaniensi, 1439 iul. 7 Florentiae. De decreto unionis Graecorum.
188. Eugenius IV Amedeo duci Sabaudiae, 1439 iul. 7 Florentiae. De decreto unionis Graecorum.
189. Eugenius IV monasterio Montis Sion ordinis Minorum, 1439 iul. 7 Florentiae. De decreto unionis Graecorum.
190. Eugenius IV Coptis Aegypti, 1439 iul. 7 Florentiae. De decreto unionis Graecorum.
191. Eugenius IV Philotheo patriarchae graeco Alexandrino [1439 iul. 7] Florentiae. De decreto unionis Graecorum.
192. Eugenius IV Henrico regi Angliae et aliis principibus, item episcopis Angliae, 1439 [iul.-aug.] Florentiae. De decreto unionis Graecorum.
193. Eugenius IV Ladislao regi Poloniae, 1439 [iul.-aug.] Florentiae. De decreto unionis Graecorum.
194. Eugenius IV duci Venetiarum, 1439 iul. 11 Florentiae. De summa pecuniae Cosimo et Laurentio de Medicis solvenda.

195. Eugenius IV Iohanni patriarchae Coptorum, 1439 iul. 26 Florentiae. De unione Graecorum.
196. Eugenius IV Bessarioni metropolitae Nicaeno, 1439 aug. 13 Florentiae. Pensio ecclesiastica annualis.
197. Eugenius IV Dorotheo metropolitae Mitylinensi, 1439 aug. 13 Florentiae. Pensio ecclesiastica annualis.
198. Eugenius IV Beniamino abbati ordinis S. Basilii in insula Cretae, 1439 aug. 13 Florentiae. Donatio monasterii quondam eremitarum S. Augustini.
199. Eugenius IV Nicolao Sagundino, 1439 aug. 13 Florentiae. Hic fit familiaris pontificius et secretarius apostolicus.
200. Eugenius IV Nathanaeli metropolitae Rhodiensi, 1439 aug. 13. Huic fructus ecclesiae Nisariensis conceduntur.
201. Eugenius IV universis christifidelibus, 1439 aug. 15 Florentiae. Litterae indulgentiae pro unione Graecorum; cf. doc. n. 220.
202. Eugenius IV Isidoro metropolitae Kioviensi, 1439 aug. 17 Florentiae. Hic legatus apostolicus constituitur.
203. Eugenius IV Isidoro metropolitae Kioviensi eique legato apostolico, 1439 aug. 17 Florentiae. Salvusconductus.
204. Eugenius IV principi magno Moscoviae Vasilij [1439 aug. 17 Florentiae]. De unione Graecorum; Isidorus ei commendatur.
205. Eugenius IV Iacobo de Utino canonico Aquileiensi, 1439 aug. 17 Florentiae. Facultas percipiendi fructus ecclesiae Massanensis in favorem unionis Graecorum.
206. Eugenius IV Iohanni Torcello Cretensi, 1439 aug. 20 Florentiae. Hic fit familiaris pontificius.
207. Eugenius IV Alberto de Sarthiano ordinis Minorum, 1439 aug. 22 Florentiae. Hic fit commissarius apostolicus in partibus Orientalibus.
208. Eugenius IV Iohanni imperatori Aethiopiae, 1439 aug. 28 Florentiae. Huic Albertus de Sarthiano O. F. M. eiusque socii commendantur.
209. Eugenius IV Thomae imperatori Indorum, 1439 aug. 28 Florentiae. Huic Albertus de Sarthiano O. F. M. commendatur.
210. Eugenius IV et concilium Florentinum, 1439 sep. 4 Florentiae. Decretum contra synodum Basiliensem.
211. Eugenius IV Andreae archiepiscopo Rhodiensi, 1439 sept. 12 Florentiae. Facultas conferendi beneficia ecclesiastica in ecclesia Rhodiensi.
212. Eugenius IV Andreae archiepiscopo Rhodiensi, 1439 sept. 12 Florentiae. De ecclesia Rhodiensi ritus graeci.
213. Eugenius IV Petro Cathelano ordinis Minorum, 1439 sept. 13 Florentiae. Interpres pro Alberto de Sarthiano commissario apostolico O. F. M. in lingua arabica.
214. Eugenius IV Fantino Valaresso archiepiscopo Cretensi, 1439 sept. 18 Florentiae. Huic legatio apostolica committitur.
215. Eugenius IV universis christifidelibus, 1439 sept. Florentiae. Litterae indulgentiae pro ecclesia monasterii Vatopediu in Monte Athos.
216. Eugenius IV Andreae episcopo Rhodiensi, 1439 sept. 28 Florentiae. Salvusconductus.

217. Eugenius IV Iohanni VIII Palaeologo imperatori byzantino, 1439 sept. 23 Florentiae. Auxilium temporale.
218. Eugenius IV universitati Parisiensi [1439] oct. 1 Florentiae. Contra synodales Basilienses.
219. Eugenius IV Christophoro Garatone episcopo Coronensi, 1439 oct. 3 Florentiae. Facultates ecclesiasticae pro eius missione pontificia.
220. Eugenius IV universis christifidelibus, 1439 oct. 7 Florentiae. Litterae indulgentiae pro causa unionis Graecorum; cf. doc. n. 201.
221. Eugenius IV Cosimo et Laurentio de Medicis, 1439 oct. 9 Florentiae. Obligatio pontificia pro summa pecuniae.
222. Eugenius IV Iacobo decano Tullensi et Nicolao cantori Viridunensi, 1439 oct. 10 Florentiae. Collectores apostolici.
223. Eugenius IV Ludovico archiepiscopo Rothomagensi, 1439 oct. 17 Florentiae. De pecunia pro unione Graecorum collecta.
224. Eugenius IV et concilium Florentinum, 1439 nov. 22 Florentiae. Decretum unionis Armenorum: *a*) textus latinus; *b*) textus armenus (in appendice).
225. Eugenius IV Thomae barono Tverensi, 1439 [ante oct. 23] Florentiae. Salvus-conductus et aliqua commissio pontificia.
226. Eugenius IV Thomae de Campofregoso duci Ianuensi, 1439 nov. 23 Florentiae. Indulgentia occasione unionis Armenorum.
227. Eugenius IV Nicolao marchioni Estensi, 1439 nov. 23 Florentiae. Indulgentia occasione unionis Armenorum.
228. Eugenius IV universitati Lovaniensi, 1439 nov. 23 Florentiae. De unione Armenorum.
229. Eugenius IV Conrado archiepiscopo Vratislaviensi, 1439 nov. 23 Florentiae. Indulgentia occasione unionis Armenorum.
230. Eugenius IV Friderico duci Saxoniae, 1439 nov. 24 Florentiae. De unione Armenorum.
231. Eugenius IV Henrico regi Angliae, 1439 [nov.-dec.] Florentiae. Epistola indulgentiae.
232. Eugenius IV Ladislao regi Poloniae, 1439 [nov.-dec.] Florentiae. De unione Armenorum.
233. Eugenius IV Iohanni VIII Palaeologo, imperatori byzantino, 1439 dec. 15 Florentiae. Huic Isidorus metropolita Kioviensis commendatur.
234. Eugenius IV Balduino archiepiscopo Bremensi, 1439 dec. 15 Florentiae. De pecunia pro causa unionis Graecorum collecta.
235. Eugenius IV episcopo armeno Caffensi, 1439 dec. 13 Florentiae. De iuribus episcopi armeni Caffensis.
236. Eugenius IV Gregorio archiepiscopo armeno Leopoliensi, 1439 dec. 15 Florentiae. De unione Armenorum.



# TEXTUS



*Eugenius IV Amedeum ducem Sabaudiae de adventu Graecorum certiore facit eumque hortatur, ut oratores ad concilium Ferrariense mittat.*

*1438 febr. 10 Ferrariae.*

*Diploma orig.: Torino, R. Archivio di Stato, Materie ecclesiastiche, vol. 1, n. 29, cum bulla plumbea.*

*Commemoratur apud G. PEROUSE, Le cardinal Louis Aleman (Paris 1904) 307, nota 3.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO AMEDEO DUCI SABAUDIE, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Dudum tue nobilitati notissimum esse credimus: sepenumero antea et ad extremum in mense maii preterito Grecorum oratores ad nos venissent seque ad sanctissimam optatissimamque unionem nobiscum paratos esse profiterentur, post multa fuimus ab eis magna cum instantia requisiti, ut rem istam deserere non pateremur, quin potius opera et diligentia nostra ad optatum finem perducere curarem, asserebantque omnes, qui quesiverant eos ad Avinionem perducere, potius mortem eorum quam ecclesie unionem querere.

Cumque nos hoc sancte necessitatis articulo constringi videremus, neque alium modum ad eam sanctissimam unionem consequendam nobis superesse apertissime cerneremus, eorum petitionibus libenter annuimus galeasque et alia necessaria parari, iussimus, licet cum magnis laboribus et impensis. Eas autem galeas cum oratoribus nostris una cum oratoribus tunc Basiliensis concilii et aliis requisitis Constantinopolim misimus, fiduciam habentes in domino, ut sanctissimum opus, quod mentibus nostris inspiraverat, bono et felici fine concluderet.

Neque ipso deo miserante destituti sumus spe et desiderio nostro; nam quod ad tuam consolationem scribimus, die octava presentis mensis carissimus in Christo filius noster Iohannes imperator Grecorum et venerabilis frater Ioseph patriarcha Constantinopolitanus cum magna prelatorum, nobilium et aliorum Grecorum multitudine ac Armenorum procuratoribus cum galeis predictis portum Venetiarum applicuerunt, venturi quamprimum ad hoc sacrum ycumenicum Ferrariense concilium. Que ad consolationem tuam significamus, quem veluti fidelissimum principem non dubitamus plurimum gaudii suscepturum.

<sup>1</sup> *Amedeus VIII, dux Sabaudiae, fundator ordinis S. Mauricii, antipapa sub nomine Felicis V (1439-1449), mortuus est die 7 ian. 1451. A oratores byzantini fuerunt Iohannes Disypalus et Emanuel Tracagnoti, qui in concistorio pontificio die 24 maii 1437 de causa legationis suae referebant.*

Ecce manus domini magnificata est in virtute, adduxit enim ad nos filios nostros per multa annorum spatia a nobis ante divisos, ut una mentium fide, una pietatis actione nobiscum conveniant, exultent, epulentur et delectentur in letitia; parati sumus illos tota mentis alacritate suscipere, cum illis ad consequendam huiusmodi unionem omni studio, 5 omni industria, omnibus denique viribus laborare, nec quicquam nobis possibile premittere, quominus tam divinum opus debitum sortiatur effectum.

In qua re operas et favores tuos plurimum adiumenti speramus allaturos. Quare exulta in domino, dilecte fili, illique nobiscum offeras hostias iubilationis et laudis, qui fecit nobiscum misericordiam suam. Accingere denique, princeps inclite, ut hoc sanctis- 10 simum opus orationibus, elemosinis, ieiuniis iuves.

Deinde per tuos oratores ad hoc sacrum concilium ycumenicum quamprimum transmittendos et alios, prout prudentie tue melius videbitur, oportunis favoribus et auxiliis assistas. Convertentur enim ad te inferiorum oculi, presertim fidelium tibi subditorum, putabuntque omnes sibi faciendum esse, quod a tua nobilitate fieri videbuntur. Ipsi quo- 15 que Greci ex istis tuis favoribus, hac tua assistentia et observatione sedis apostolice, quid honoris obedientie ac devotionis eidem debeant sedi, exemplum accipient, sicque operatio tua erit magistra publice discipline et multorum salutis lucrum facies anime tue. Enimvero, dilecte fili, nichil virtuti tue accommodatius nichilque progenitorum tuorum gestis convenientius impresentiarum potest accidere, nichil solio glorie principatus tui 20 dignius quam ut tantorum bonorum particeps fias et sis inter primos virtute mentis et exemplis. Nichil ergo est reliquum, quam ut que supra premisimus, exequaris, ad que, licet ipsa animi tui magnitudo te impellat, tamen, ne in te nostrum desit officium, si quid adicere potest adhortatio nostra, te hortamur per viscera misericordie dei nostri, qui inter principes terre magnum te fecit, ut ad omnia ea parato ac volenti animo intendas, quem- 25 admodum de tua fide, bonitate et virtute precipuam in domino fiduciam obtinemus.

Data Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, quarto idus februar., pontificatus nostri anno septimo.

C. de Arimino.

*A tergo:*

30 Dilecto filio nobili viro Amedeo duci Sabaudie.

Blondus.

## 116.

*Eugenius IV Bartholomaeum episcopum Cavalicensem collectorem pecuniae pro causa unionis Graecorum iam datae constituit.*

*1438 febr. 10 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 374, 236<sup>a</sup>-237<sup>a</sup>; in margine: Cincius. De curia. Ed. CECCONI, n. 180; pag. 542-543, iuxta copiam Allatii.*

3 dilectentur Ms.

1 cf. Exod. 15, 6. 3 cf. Ps. 66, 4. 8 cf. 2 Par. 29, 31; Ps. 115, 17; Hebr. 13, 15.

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI BARTHOLOMEO EPISCOPO CAVALICENSI, NUNCIO ET ORATORI  
NOSTRO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Te ita nobis et sedi apostolice fidelem et devotum esse reputamus, ut, que tibi com-  
miserimus, fideliter et diligenter prosecuturum esse non dubitemus. Cum itaque nonnullas  
pecuniarum summas in diversis mundi partibus pia largitione fidelium erogatas et in 5  
certis locis depositas, ut pro necessariis unionis Grecorum et Occidentalis et Orientalis  
ecclesie impensis exponerentur; ne in alios usus converterentur et huic pie et salutari  
cause impedimento esse possent, de fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardina-  
lium consilio et assensu sequestravimus, prout in literis inde confectis plenius continetur;

cumque carissimus in Christo filius noster Iohannes Paleologus Romeorum imperator 10  
illustris et venerabilis frater noster Iosep[h] patriarcha Constantinopolitanus cum magna  
prelatorum et nobilium Grecorum multitudine octava die presentis mensis cum nostris  
galeis Venecias applicuerint, et statim ad civitatem Ferrariensem pro ycomenico concilio  
ibidem celebrando venturi sint;

nos, ad quos ex debito pastoralis officii nobis desuper iniuncti providere pertinet, 15  
ut huiusmodi pecunie pro hac optatissima unione ad eum usum exponantur, cuius gratia  
erogate sunt, fraternitati tue, de eorundem fratrum consilio et assensu huiusmodi pecu-  
niarum summas apud quascumque personas tam ecclesiasticas quam seculares sive com-  
munitates, universitates, collegia, capitula et conventus depositas et ubicumque existentes,  
nostro et Romane ecclesie nomine de novo eiam arrestandi et sequestrandi, dictasque 20  
personas, communitates, universitates, collegia, capitula et conventus a quibuscumque  
promissionibus, obligationibus, iuramentis quovis modo et sub quavis verborum forma  
circa conservacionem et restitutionem dictarum pecuniarum per eas quibuscumque per-  
sonis etiam tunc Basiliensi concilio prestitis, et a sententiis quibuscumque adversus eas  
forsitan latis et promulgatis absolvendi et liberandi iuramentaque ipsis relaxandi ac sum- 25  
mam dictarum pecuniarum pro expensis dicte unionis dumtaxat exponendarum nostro et  
prefate ecclesie nomine recipiendi et de receptis personas exhibentes, quitandi et liberandi,

contradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque status, gradus, ordinis et condicionis  
au[t] preeminencie fuerint, etiamsi pontificali vel alia quavis prefulgeant dignitate, aucto-  
ritate nostra per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, appellacione postposita, 30  
compescendi, et, si opus fuerit, auxilio brachii secularis invocandi, ac omnia alia et singula,  
que ad effectum predictarum pertinere dinoscuntur, agendi, faciendi, concludendi et exe-  
quendi, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presencium concedimus facultatem.

Volumus, autem, ut expensis dicte unionis Grecorum facilius subvenire possimus,  
eam summam huiusmodi pecuniarum, quam te recipere contigerit, per litteram cambii 35  
vel alium tutum modum nobis quantocius poteris transmittere procures.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadri[n]gesimo tricesimo  
septimo, quarto idus februarii, pontificatus nostri anno septimo.

L. de Ricciis.

12 ottava Ms. 24 consilio Ms. 25 forsitam Ms.

1 *Bartholomaeus episcopus Cavalicensis (Cavaillon) inter annos 1434-1439, postea factus episcopus Caput-  
aquensis (Capaccio). 13 Graeci, qui Venecias die 8 februarii 1438 advenerant, die 4 et 8 martii Ferrariam  
ingressi sunt.*

## 117-119.

*Eugenius IV collectores pecuniae pro causa unionis Graecorum iam datae constituit.*

1438 febr. 10 Ferrariae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 374, 237<sup>r</sup>.*

*Tenor documentorum est idem fere ac textus documenti n. 116.*

Similis commissio facta fuit Alfonso de Caveis Rubeis archidiacono de Lorcha.  
N. de Carbonibus.

Similis commissio facta fuit T[h]ome de Aquila artium et medicine doctori.  
F. de Laude.

- 5 Similis commissio facta fuit Iacobo de Oratoribus.  
N. de Carbonibus.

## 120.

*Eugenius IV summas pecuniae pro causa unionis Graecorum collectas sequestrat.*

1438 febr. 12 Ferrariae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 374, 233<sup>r</sup>-233<sup>o</sup>. In margine: Cincius. De curia.*

*Ed. CECCONI n. 181, pag. 544-545, iuxta copiam Allatii.*

*Textus documenti est idem fere ac tenor bullae 1437 dec. 4 Bononiae promulgatae; cf. doc. n. 103.*

## 121.

*Eugenius IV et concilium Ferrariense poenas ecclesiasticas contra synodales Basilienses decernunt.*

1438 febr. 15 Ferrariae.

*Copiae coevae archivi Vaticani, Reg. Vat. 374, 230<sup>o</sup>-232<sup>o</sup>, bibliothecae Vaticanae, Vat. Lat. 4128, 68<sup>o</sup>B-70<sup>o</sup>B; Iohannis de Segovia XIII, cap. 17.*

*Edd. GIUSTINIANI 64-66 iuxta Vat. Lat. 4128; CECCONI n. 182, pag. 546-550, iuxta GIUSTINIANI; RAYNALDUS, ad annum 1438, n. 5; hic prooemium usque ad verba 'Cum in sacro' omittit: Mon. conc. 3, 55-58, iuxta IOH. DE SEGOVIA.*

*In editione codicem archivi Vaticani utpote meliorem sequor.*

1 Lorcha (Lorca, urbs Hispaniae). 3 Thomas de Aquila complures commissiones a papa etiam annis 1440-1441 accepit; cf. GAETANO MARINI, *Degli architri pontifici*, I. (Roma 1784) 140. 5 Iacobus de Oratoribus est idem, qui anno 1439 ad principes electores Germaniae a papa Eugenio IV missus est; cf. eius propositiones coram electoribus editas in *Deutsche Reichstagsakten* 15, 1 (Gotha 1912) 228 sqq.

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Exposcit debitum pastoralis officii, cui divina favente clemencia, licet insufficientibus 5  
meritis, presidemus, ut nepharios malignorum excessus, illorum presertim, qui tranquil-  
lum ecclesie statum in varias periculosasque, nisi obvietur, procellas et perturbaciones  
impellere satagunt, et Petri naviculam operire moliuntur, oportunis remediis reprimamus, 5  
ac, ne in sua malicia gloriantes, aliis occasionem malignandi prebeant, pro excessibus  
per eos commissis debite ulcionis penam infligamus. Nam, ut canonice continent sanctio-  
nes, in culpis, que multorum trahunt iacturam, culpa est relaxare vindictam.

Sane, cum in sacro olim Basiliensi concilio de loci electione pro futuro ycumenico  
concilio ageretur, et per eos, ad quod potestas eligendi locum erat devoluta, factum 10  
esset decretum, ipsumque ambassiatores carissimi in Christo filii nostri Iohannis impera-  
toris Grecorum et venerabilis fratris Ioseph patriarche Constantinopolitani ibidem exi-  
stentes acceptassent, ac nonnullis Avinionem vel alium locum nominantibus, ad quem  
prefati oratores nullo modo ire velle protestabantur, asserentes pro certo prefatos im-  
peratorem et patriarcham ad dictum concilium, nisi personaliter interessemus, nullatenus 15  
accessuros,

predicti, qui Avinionem petebant, veriti Grecos ipsos ad eos nequaquam ituros,  
quoddam decretum sive libellum famosum, quod monitorium appellant, adversus nos,  
licet nulliter et de facto in grave scandalum et scissuram ecclesie in tanque sancti operis,  
unionis videlicet Grecorum, perturbacionem conflare ausi sunt; 20

nos pro unitate ecclesie conservanda et dicta unione Grecorum consequenda, pre-  
dictum Basiliense concilium ex iustis, rationabilibus, necessariis ac urgentibus causis, de  
consilio et assensu venerabilium fratrum nostrorum, sancte Romane ecclesie cardinalium,  
quamplurimis venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis electis  
et abbatibus apud sanctam sedem apostolicam existentibus id laudantibus et consulen- 25  
tibus, ad civitatem Ferrariensem et Grecis et nobis accomodam, sub certis modo et  
forma, ut illi a tam scandaloso processu merito resipiscerent, apostolica auctoritate trans-  
tulimus, prout in litteris superinde confectis latius continetur.

Ipsi vero, omnem viam pacis spernentes et in suo obstinato proposito perseverantes  
et litteras dicte translacionis ac omnia in eis contenta parvipendentes, ac mala malis cumu- 30  
lantes, non solum rationabilem translacionem nostram ex predictis iustissimis et urgen-  
tissimis causis, ut premittitur, factam non acceptarunt, sed, ut intra certum tempus  
et sub suspensionis pena predictam translacionem revocarem, monere iterata temeritate  
sunt ausi. Quod quidem nil aliud erat, quam ut tam sancti operis tamque christianis  
omnibus optabilis prosecucionem deserere cogeremur. 35

Hiis non sine animi nostri displicentia intellectis, cum ea omnia non solum in de-  
structionem tam sancti operis, sed in manifestam ecclesie scissuram, ut premittitur, tendere

1 EPISCOPUS-DEI om. Reg. Vat. 7 sanxiones Reg. Vat. 11 nostri om. Reg. Vat. 19 scisuram  
Reg. Vat. 22 neccessariis Reg. Vat. 30 licteras Reg. Vat. 31 rationabilem Reg. Vat. 32 premittitur  
Reg. Vat.

6 cf. Ps. 51, 3. 11 de decreto sessionis 25 die 7 maii 1437 promulgato agitur. 18 decretum sessionis  
26 contra papam die 31 iulii. 28 cf. Bullam ' Doctoris gentium ', 18 sept. 1437, in Ep. pontif. I, n. 88,  
pag. 91-99.

videremus, translacionem per nos tam necessario factam et condiciones in illa appositas purificatas fuisse ac ipsum Ferrariense concilium inchoari ac legitimam prosecutionem haberi debere, prout in aliis nostris litteris plenius continetur, declaravimus;

ad illudque inchoandum dilectum filium nostrum Nicolaum, tituli Sancte Crucis, sancte  
 5 Romane ecclesie presbyterum cardinalem, nostrum ac apostolice sedis legatum destinavimus.

Quod quidem in non parvo prelatorum numero legitime congregatum, in publica sessione, translacionem et declaracionem predictas, legitimas, iustas ac rationabiles, ac  
 10 urgenti necessitate ad tollendum impedimentum prefate sanctissime unionis Occidentalis et Orientalis ecclesie, ac etiam ad evitandum scissuram in dei ecclesia nunc imminentem pro evidenti utilitate tocius reipublice christiane fuisse et esse factas, sollemniter declaravit, prout ex serie decreti superinde confecti liquido constat.

Interea, cerciores facti predictos imperatorem, patriarcham et Grecos littoribus Italie appropinquare, ad hoc ipsum sacrum Ferrariense concilium deo duce ea intencione et  
 15 firmo proposito venimus, ut non solum hoc sancte unionis opus, sed ad illa etiam, propter que concilium Basilee fuerat congregatum, realiter et cum effectu, adiuvante domino prosequeremur.

Ad que etiam advertens dilectus filius noster Iulianus, tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, cum predictos, ut a tam manifestis scandalis abstinerent, multis validissimis rationibus hortaretur, et pro eorum obstinata mente nullatenus  
 20 exaudiretur, sed eos magis ad illa scandala in dei ecclesia perpetranda paratos aspiceret, ne illorum impietati assistere videretur, inde discessit.

Illi vero neque id considerantes, et nescientes in semitis pacis et iusticie dirigere gressus suos, iamque cerciores effecti Grecos nullatenus ad eos accedere velle ac littoribus  
 25 Italie appropinquare, in sua cordis duricia perseverantes, cum dictam Grecorum unionem, pro qua nobiscum totis viribus, ingenio et industria laborare ac nobis assistere debuissent, aliter impedire et disturbare nequirent, peiora peioribus adiacentes, ad tantum temeritatis et audacie sunt progressi, ut nos a papali administracione suspensos esse, plurimis regum et principum oratoribus, qui Basilee erant, tam nephandum scelus  
 30 execrantibus et in contrarium protestantibus, ausu sacrilego declarare et ad alia plura, licet nulliter, et de facto procedere presumpserint.

Nos igitur, attendentes excessus eorum adeo notorios esse, ut non possint aliqua tergiversacione celari, quodque error, cui non resistitur, approbari videtur, et latum pandit delinquentibus sinum, qui eorum conatibus non resistit, ac nequeutes absque

2 inchoari *Reg. Vat.*      3 lictoris *Reg. Vat.*      8 cessione *Reg. Vat.*      10 imminente *Reg. Vat.*  
 13 lictoribus *Reg. Vat.*      19 ut predictos a *Reg. Vat.*      23 dirigere *Reg. Vat.*      31 presumpserunt *Reg. Vat.*  
 32 actendentes *Reg. Vat.*      34 signum *Reg. Vat.*

3 *cf. Bullam 'Pridem ex iustis', 30 dec. 1437, in Ep. pontif. I, n. 108, pag. 111-112.*      4 Nicolaus cardinalis Albergati praeses concilii Ferrariensis die 2 ianuarii 1438 constitutus est; *cf. breve pontificium 'Dum onus', 2 ian. 1438, in Ep. pontif. I, n. 114, pag. 117-118.*      11 *cf. decretum 'Ad laudem omnipotentis dei', 12 ian. 1438 a concilio Ferrariensi promulgatum, apud GIUSTINIANI 50-53.*      15 papa die 27 ian. 1438 Ferrariam adventit.      18 Iulianus cardinalis Basileam die 9 ianuarii reliquit; *cf. Paul BECKER, Giulio Cesarini, (Kallmünz 1935) 56; VALOIS II, 119; epistolam Eugenii IV Iuliano card. Cesarini die 3 ian. 1438 scriptam in appendice sub numero 114<sup>bu</sup> edemus.*      29 Concilium Basiliense in sessione 31, scilicet 24 ian. 1438, Eugenium IV ab administratione pontificatus suspendere ausum est.



gravi offensa domini nostri Ihesu Christi et ecclesie sue sancte tot et tantos excessus, qui presertim sanctam et optatissimam unionem Grecorum impedire, disturbare et penitus tollere videantur, ulterius tolerare, adversus prefatos in Basilea existentes, hoc sancto approbante concilio, in virtute altissimi decernimus, iusticia mediante, quantum oporteat procedendum. 5

Quapropter matura deliberacione cum hac sancta synodo prehabita, omnes et singulos Basilee, sub pretensi concilii nomine, quod verius conventiculum dici debet, contra translacionem et declaracionem predictas convenientes, ac tam scandalosa et nepharia presumentes, eciam si cardinalatu, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbaciali, aut alia quavis dignitate ecclesiastica vel seculari prefulgeant, penas excommunicacionis, privationis dignitatum, beneficiorum et officiorum inhabilitacionis ad futura, in dictis nostris litteris translacionis contentas, hoc sacro approbante concilio, incidisse decernimus et declaramus. 10

Decernentes insuper et declarantes irritum et inane ac nullius roboris vel momenti, quicquid per eos tam circa predicta quam contra curiam nostram sequentes vel in sacro Ferrariensi concilio existentes, a die translacionis per nos facte, sub nomine concilii vel alias attemptatum fuerit vel in posterum quomodolibet contigerit attemptari. 15

Mandantes preterea, ipso eciam approbante concilio, sub dictis penis et censuris, et in virtute prestiti iuramenti, quo sancte sedi apostolice tenentur astricti, omnibus et singulis cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, electis et abbatibus et ceteris cuiuscunque condicionis, status et gradus existant, in dicta civitate Basiliensi sub prefato pretextu concilii convenientibus, quatinus infra triginta dies a die dati huius decreti debeant realiter et cum effectu ab ipsa civitate recessisse, 20

precipientes quoque magistro civium, consulibus, scabinis, civitatem Basiliensem regentibus et gubernatoribus ceterisque officialibus, quocunque nomine censeantur, quatinus infra predictum triginta dierum terminum predictos non recedentes a civitate prefata expellant et a se realiter et cum effectu abiciant. 25

Quod si infra predictum terminum facere omiserint, omnes et singulos regentes et officiales predictos excommunicacionis, populum vero et civitatem prefatos ecclesiastici interdicti sententias incurrere decernimus ipso facto; quorum absolucionem, nisi in mortis articulo, interdicti vero relaxacionem nobis specialiter reservamus. 30

Omnibus et singulis, ad quorum noticiam hec pervenerint, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena precipimus et mandamus, ut, si predicti in Basilea convenientes civesque ipsi nobis non obedientes fuerint contumaces, nullus post dictum terminum ad dictam civitatem Basiliensem accedat, sed ipsis denegent mercimonia et cuncta ad usum hominum necessaria. 35

Mercatores quoque, qui causa dicti olim concilii ibi convenerunt, cuiuscunque condicionis existant, sub eadem excommunicacionis pena inde omnino discedant.

Si qui vero hec nostra mandata contempserint, elapso dicto termino Basiliensibus in contumacia persistentibus aliqua forsam portare presumentes, cum scriptum sit: 'iusti

3 tollerare *Reg. Vat.*    13 iritum *Reg. Vat.*    16 actemptatum; actemptari *Reg. Vat.*    18 in *om. Reg. Vat.*    22 civittam *Reg. Vat.*    25 tringinta *Reg. Vat.*    35 neccessaria *Reg. Vat.*

11 *cf. bullas translationis, 18 sept. 1437 et 30 dec. 1437, in Ep. pontif. I, n. 88, 108, pag. 91-99, 111-112. 39 Sap. 10, 19.*

tulerunt spolia impiorum', possint tales huiusmodi bonis a quibuscunque christifidelibus impune spoliari, bonaque ipsa prius capiencium dominio cedant.

Verumtamen, quia redeuntibus gremium suum nunquam claudit ecclesia; si predicti in Basilea convenientes vel ipsorum aliqui infra predictum terminum triginta dierum a die date presencium, ut premittitur, ad cor redierint, et a dicta civitate recesserint, predictas penas quoad obediens, predicto sacro concilio approbante, remittimus et plenarie relaxamus, easque pro infectis ab earum data, et quecumque inde secuta haberi volumus, decernimus et mandamus, suppletes, prefato approbante concilio, omnes defectus, si qui forsam ex solennitate iuris in premissis vel ex omissione aliqua intervenissent.

10 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, declarationis, mandati, remissionis, relaxationis, voluntatis, suppletionis et decreti synodalis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

15 Datum Ferrarie, in generali sessione synodali solenniter celebrata anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, quinto decimo kalendas marcii, pontificatus nostri anno septimo.

Io[hannes] de Collis.

Duplicata per I. Bouron, expedita per A. de Florentia.

## 122.

*Eugenius IV Amedeum ducem Sabaudiae hortatur, ut sedem apostolicam contra synodales Basilienses adiuvet, eique episcopum Cavalicensem nuntium commendat.*

*1438 febr. 18 Ferrariae.*

*Diploma orig.: Torino, R. Archivio di Stato, Materie ecclesiastiche, vol. 1, n. 11, cum bulla plumbea.*

*Pars huius diplomatis edita est in periodico Archivio storico italiano 13 (1847) 280-281.*

20 EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO AMEDEO DUCI SABAUDIE, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Scrpsimus nuper nobilitati tue significantes in leticia cordis, carissimum in Christo filium nostrum Iohannem Romeorum imperatorem et venerabilem fratrem Ioseph patriarcham Constantinopolitanum cum multitudine prelatorum, nobilium et aliorum Orientalis

4 tringinta *Reg. Vat.*    5 premittitur *Reg. Vat.*    6 remittimus *Reg. Vat.*    8 defectus *Reg. Vat.*  
9 forsam *Reg. Vat.*    10-12 liceat — contraire *om. Reg. Vat.*    13-14 autem — incursum *om. Reg. Vat.*  
15 cessione *Reg. Vat.*

22 nuper, id est 10 febr. 1438; cf. doc. 115, pag. 3.

ecclesie pro sanctissima et diu desideratissima unione cum galeis nostris portum Vene-  
 ciarum applicuisse, atque omnipotenti deo gratias agentes tecum plurimum congratulati  
 sumus, quem non dubitavimus veluti principem fidei catholice zelantissimum ex tanto dei  
 beneficio singulare gaudium suscepturum; hortabamur eciam, ut pro tua fide, bonitate et  
 sapientia tam sancto et divino operi assisteres nobis, ut in ipsis nostris lacius continetur. 5

Cum primum ad nos quedam pervenerunt scandalosa, sed in eo perniciosora, quo  
 sub quadam pietatis specie se ostendunt, insurrexerunt quidam Basilee sub nomine ge-  
 neralis concilii congregati degeneres filii in patrem et pontificem suum et obiciunt nobis  
 translacionem olim Basiliensis concilii, quasi reformationi ecclesie impedimenta obiece-  
 rimus, non reformationis zelo, quam iam septem annis refugerunt, sed iniquitatis studio 10  
 et ut verum fateamur, quia Grecos post loci Avinionis repudium et consensum in locum  
 alium, quem illius tunc concilii pars sanior elegerat, ad nos advenientes admisimus. Sed  
 nunquid requisiti, cum protestarentur nobis, ut locum illum sic electum acceptaremus,  
 annuere non debebamus, cum a nobis instancius peterent, ut rem illam deseri non pa-  
 teremur, addicientes (!) per eos non deficere, quo minus tam sanctum opus suum sorciatur 15  
 effectum, dicentesque illos, qui Avinionem querebant, non tam ecclesie unionem quam  
 illorum mortem expetebant, licet, ut prediximus, ab eis Grecis repudiatam omnino, libel-  
 lum quemdam famosum sub titulo citatorii contra nos struunt, per quod ad comparendum  
 intra sexaginta dies nos requirunt, comminantes alioquin se ad graviora processuros nobis  
 amplius non citatis multaque alia gravissima faciunt, per que advertentes nos iam multa 20  
 in dei ecclesia imminere pericula, ipsum Basiliense concilium ad hanc civitatem transtu-  
 limus neque alium modum nobis superesse cernebamus, quo ecclesie s[c]jssure et unioni  
 Grecorum possemus consulere. Imitati sanctissimi Leonis pape exemplum, qui contra se-  
 cundam Ephesinam synodum aliud concilium Rome collegit, per quod illi synodo se obiecit  
 substulitque de manu perniciosi tumultus ferientes gladios. Iamque ad illud accessimus 25  
 parati ad reformationem et omnia alia, ad que dictum olim Basiliense concilium fuerat  
 congregatum.

Secuturi sunt et huc venturi in proximo ex Veneciis Greci, videlicet prefatus impe-  
 rator et patriarcha cum omni comitiva sua, Armenorum eciam et nonnullorum aliorum  
 procuratores, ita ut illam sanctissimam unionem tenere iam videamur in manibus. Ecce 30  
 illa, que egimus. Effecimus certe, que erant iusticie, que pietatis, que unitatis et pacis,  
 que salutis et caritatis, que denique exaltacionis catholice fidei. Ecce qualem de tantis  
 bonis reportamus mercedem. Accusant impii, contumaciam nostram com[m]inantur, latrant  
 ad extremum os ponentes in celum, ad tantum temeritatis deveniunt, ut quantum in eis  
 est, declaraverunt nos ab administracione papatus esse suspensos nostramque potestatem 35  
 ad eos sacrilege esse devolutam. Terrasque Romane ecclesie prede et flammis obiciunt,  
 quemadmodum ante fecerunt, et plura alia nostra contra nos struunt. Quis non videat ex  
 hiis parari innumera mala, primum non suscipi Grecos, quantum in eis est, sed ut retro-  
 cedant potius commoveri, cum audierint illos abisse retrorsum et rebellibus armis nos  
 oppugnare, qui sequi debuerant, illorumque exemplo pessimo reverenciam apostolice 40  
 sedis pro nichilo ducant? Quis denique non intelligat illam turbam in manifestam ecclesie  
 s[c]jssuram eis moliri et quantum in ea est, in novas sectas dividere sediciones, discor-  
 dias, divisiones, intestina bella et mala plurima congerere in populo christiano? Ubi illa  
 predicacio et religionis ostentacio, quam de uniendis Grecis toto orbe professi sunt?

Iam intelligis, dilecte fili, quid egerimus quidque illi moliti sunt et moliantur in dies. 'Opus enim iusti ad vitam, fructus autem impii ad peccatum', et 'prestolacio impiorum furor'. Ingrederere igitur, te per viscera misericordie dei nostri hortamur, ut bonus operarius in agrum dominicum et, quemadmodum maiores tui ecclesie dei et apostolice sedis  
 5 quieti, paci et unitati consiliis et auxiliis eciam personis propriis astiterunt ac fidem catholicam longis finibus et limitibus ampliari adiuverunt, exterminantes eciam gladio sevis-  
 10 simos hostes, qui illius gloriam obtenebrare conati sunt, ita et te ad has necessitates felicibus auspiciis servatum esse ostendas, ut in tempore oportuno tua protectione, tua cura, tua opera defensentur, quantum tui animi magnitudo, gravitas et sapiencie(!) videant  
 15 expedire, ne homines temerarii populos debiles et infirmos terrendo, seducendo corrumpant; quod cum feceris et per ipsam rem(!), iusticiam et tuis dignis exemplis reliqui in hoc dei opere contra sediciosos ipsos facile prevalebunt, 'quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas'.

Circa que commisimus aliqua venerabili fratri episcopo Cavalicensi nuncio nostro  
 15 tibi referenda, cui velit tua celsitudo fidem credulitatis plenariam adhibere.

Data Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, quintodecimo kalendas marcii, pontificatus nostri anno septimo.

*A tergo:*

Dilecto filio nobili viro Amedeo duci Sabaudie.

20

Blondus.

## 123.

*Eugenius IV Ludovicum de Sabaudia principem Pedemontium de adventu Graecorum Venetias certiore facit eumque hortatur, ut praelatos et oratores ad concilium Ferrariense mittat, synodalibus Basiliensibus resistat, in Amedeum ducem Sabaudiae in eodem sensu influat, denique ei episcopum Cavalicensem nuntium commendat.*

*1438 febr. 18 Ferrariae.*

*Diploma orig.: Torino, R. Archivio di Stato, Materie ecclesiastiche, vol. 2, n. 11; cum bulla plumbea.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO VIRO LUDOVICO DE SABAUDIA PRINCIPI PEDEMONTIUM, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Nichil tibi catholico principi et nostro et Romane ecclesie peculiari filio gratius accipiusque significare possumus quam adventum carissimi in Christo filii nostri Iohannis  
 25 Paleologi Romeorum imperatoris illustris ac venerabilis fratris nostri Ioseph patriarche Constantinopolitani et Grecorum prelatorum, qui die octava presentis mensis Venetias applicuerunt et ad civitatem Ferrariensem pro icomenico concilio ibidem celebrando illico

11 *exspearetur ipsam rei iustitiam.* 15 *credulatis Ms.*

2 *Prov. 10, 16.* 2-3 *Prov. 11, 23.* 12 *Ps 124, 3.* 14 *Bartholomaeus episcopus Cavalicensis (Cavillon); de eo cf. VALOIS II, 124, nota 2.* 21 *Ludovicus de Sabaudia, filius Amedei VIII ducis.*

accessuri sunt; nam ex huiusmodi eorum adventu iacta sunt fundamenta pacis et unionis in fide christiana et dei ecclesia, quam, divina clemencia suffragante, nostris etiam temporibus cum grege dominico desuper nobis credito assecuturos esse speramus.

Verum quia de firmitate tue fidei et devota et filiali obediencia nunquam dubitavimus, hortamur ex corde tuam nobilitatem, eandem in domino requirentes, ut ardorem 5 tue devocionis et fidei in hac dei causa, que ceteris rebus preponenda est, ipsis effectibus ostendas, itaque ob zelum fidei et nostrum et dicte sedis reverenciam prelatos in tua ditione existentes exemptos et non exemptos, qui de iure seu antiqua consuetudine ad generales synodos accedere tenentur et tuos oratores sufficiens mandatum habentes, prout tante rei magnitudo postulat, ad hoc icomenicum concilium propere transmi[t]tere 10 velis; sed cum fides et ecclesia a te etiam requirat, ut adversantibus huic pie cause resistas et eos pro viribus comprimas, hortamur tuam celsam nobilitatem, ut assurgas forti animo adversus eos, qui Basilee sunt, et quoscunque alios, qui hanc optatissimam Occidentalibus et Orientalibus unionem et statum ecclesie turbare procurent.

Inspirabit tibi deus in hac re consilia salutaria et vires etiam tuas augebit. Preterea 15 quamquam sciamus dilectum filium nobilem virum Amedeum ducem Sabaudie ad incrementum fidei et nostram ac ecclesie Romane statum sincera voluntate dispositum, et supervacuum esse suam serenitatem hortacionibus incitare, tamen magnitudo rei postulat, ut etiam a supervacuis hortationibus non desistamus, propterea filialem tuam devocionem requirimus et hortamur in domino, ut dictum ducem ad hoc ardentem tuis suasionibus 20 ardenciolem efficere studeas, ut in hac nascenti perturbacione ecclesie reminiscatur, ut in ceteris rebus se catholicum principem esse et ea efficere studeat, ut secum in devocione et fide certet et se ipsum superare conetur, quibus in rebus prefatus dux ac tua nobilitas nichil deo graciosius fidei et ecclesie salutaris, nobis accepcius et sue celsitudini et tibi conveniencius efficere potest, et ob id dictam sedem et nos plurimum obligatos 25 efficietis, circa que aliqua commisimus venerabili fratri episcopo Cavalicensi tibi referenda, cui velis fidem credulitatis plenariam adhibere.

Data Ferrarie anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, duodecimo kal. martii, pontificatus nostri anno septimo.

Io[hannes] de Mota. 30

*A tergo:*

Dilecto filio nobili viro Ludovico Sabaudie principi Pedemontium.

#### 124.

*Eugenius IV consilium Amedei ducis Sabaudiae de Graecorum Venetias adventu certius facit et hortatur, ut synodalibus Basiliensibus resistat, causam unionis Graecorum foveat, in eodem sensu apud Amedeum ducem agat; denique Petrum de Comitibus nuntium ei commendat.*

*1438 febr. 18 Ferrariae.*

*Diploma orig.: Torino, R. Archivio di Stato, Materie ecclesiastiche, vol. 2, n. 31, cum bulla plumbea.*

8 non exemptos duabus vicibus in Ms.

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILIBUS FRATRIBUS ET DILECTIS FILIIS CONSILIO DILECTI FILII NOBILIS VIRI AMEDEI DUCIS SABAUDIE, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Nichil vobis catholicis viris ac nobis ac Romane ecclesie devotis filiis  
 5 graciosius accepiusque significare possumus quam adventum carissimi in Christo filii nostri Iohannis Paleologi Romeorum imperatoris illustris ac venerabilis fratris nostri Ioseph patriarche Constantinopolitani et Grecorum prelatorum, qui in die octava presentis mensis Venecias applicuerunt et ad civitatem Ferrariensem pro icumenico concilio ibidem celebrando illico accessuri sunt; nam ex huiusmodi eorum adventu iacta sunt fundamenta pacis et unionis in fide christiana et dei ecclesia, quam  
 10 divina clemencia suffragante nostris eciam temporibus cum grege dominico desuper nobis credito assecuturos esse speramus.

Verum, quia de firmitate vestre fidei et devota et filiali obediencia nunquam dubitavimus, hortamur vestram devocionem ex corde eandem in domino requirentes, ut ardorem vestre devocionis et fidei in hac dei causa, que ceteris rebus preponenda est, ipsis effectibus ostendatis;  
 15 et cum fides et ecclesia a vobis etiam requiratur, [ut] adversantibus huic pie cause resistatis et eos pro viribus comprimi adiuvetis, hortamur vos, ut assurgatis forti animo adversus eos, qui Basilee sunt, et quoscunque alios, qui hanc optissimam Occidentalis et Orientalis ecclesie unionem et statum ecclesie turbare procurent.

Inspirabat vobis deus in hac re consilia salutaria et vires etiam vestras augebit. Preterea  
 20 quamquam sciamus dilectum filium nobilem virum Amedeum ducem Sabaudie ad incrementum fidei et ecclesie Romane ac nostram sincera voluntate dispositum, et supervacuum esse suam nobilitatem hortationibus incitare, tamen magnitudo rei postulat, ut etiam a supervacuis hortationibus non desistamus.

Propterea vestram devotionem requirimus et hortamur in domino, ut dictum ducem ad hoc  
 25 ardentem vestris suasionibus ardenciolem efficere studeatis, ut in hac nascenti perturbacione ecclesie reminiscatur, ut in ceteris rebus se catholicum principem esse et ea efficere studeat, ut secum devocione et fide certet et se ipsum superare conetur, quibus in rebus prefatus dux ac vestra devotio nichil deo gratius fidei et ecclesie salutaris, nobis accepius et sue celsitudini ac vobis conveniencius efficere potest, et ob id dictam sedem et nos plurimum obligatos efficietis. Circa que  
 30 aliqua commisimus dilecto filio Petro de Comitibus iuris utriusque doctori nuncio nostro vobis referenda, cui velitis fidem credulitatis plenariam adhibere.

Data Ferrarie anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, duodecimo kal. marcii, pontificatus nostri anno septimo.

Io[hannes] de Mota.

35 *A tergo:*

Venerabilibus fratribus et dilectis filiis consilio dilecti filii nobilis viri Amedei ducis Sabaudie.

Blondus.

4 vobis] nobis *Ms.* 11 speremus *Ms.* 24 Preterea *Ms.* 28 salutaribus *Ms.* 30 *lege* Comitibus.

1 *consilium Amedei VIII ducis Sabaudiae.* 4 *cf. doc. n. 123, pag. 12-13.* 30 *Brevia pontificia pro Petro de Comitibus habes in Reg. Vat. 375, 78<sup>v</sup>-79<sup>r</sup>, 84<sup>r</sup>.*

## 125.

*Eugenius IV (Bartholomaeum) episcopum Cabilonensem de Graecorum Venetias adventu certiore facit eumque hortatur, ut ipse ad concilium Ferrariense veniat, et praelatos dioecesis huc proficisci iubeat, denique Petrum de Comitibus nuntium ei commendat.*

*1438 febr. 13 Ferrariae.*

*Diploma orig. probabiliter quondam in archivo episcopali Cabilonensi conservatum est.*

*Edi. GALLIA CHRISTIANA (Paris-Bruxelles 1876) 4, appendix, pag. 260-261; MANSI 35, 9D-12A, iuxta editionem in GALLIA CHRISTIANA.*

*Aliquos errores harum editionum corrigam iuxta bullas, quae de eadem re ad alios praelatos missae sunt; correctiones signo [ ] et in notis indicabo.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI EPISCOPO CABILONENSI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Benedicimus et laudamus deum, qui carissimi in Christo filii nostri Iohannis Paleologi Romeorum imperatoris illustris et venerabilis fratris nostri Ioseph patriarche Constanti-  
nopolitani et Grecorum [prelatorum] corda inspiravit et sancta eis subministravit consilia, 5  
cum octava die presentis mensis Venetias applicuerint et ad civitatem Ferrariensem pro  
ycumenico concilio ibidem celebrando [propere] venturi sint.

Quod inter ceteros prelatos fraternitati tue significandum duximus, ut tu nobiscum  
in domino gratuleris et vero gaudio replearis; nam ob huiusmodi Grecorum adventum  
iacta sunt fundamenta pacis et unionis in fide christiana et dei ecclesia, quam divina 10  
suffragante clementia nostris etiam temporibus cum grege dominico nobis desuper cre-  
dito assecuturos esse speramus.

Hunc siquidem Grecorum adventum populo tibi commisso ad communem ipsorum  
letitiam denunties et ut hoc sanctum opus orationibus ad deum emissis et processionum  
solemnitatibus et aliis [piis] operibus adiuvent, inducere studeas. 15

Verum quia tue devotionis [et] fidei ardor et zelus erga incrementum christiane re-  
ligionis et sedis apostolice nobis notus est, ut huius communis et salutaris bono particeps  
sis, eandem tuam fraternitatem ex corde requirimus et hortamur in domino, tibi etiam  
in virtute sancte obedientie et prestiti iuramenti precipimus et mandamus, ut confestim  
iter assumas ad [hoc] ycumenicum concilium et hanc dei causam, que ceteris rebus pre- 20  
ponenda est, accedas;

et insuper his tue dioecesis, qui de iure seu antiqua consuetudine ad generalia con-  
cilia venire tenentur, nostro et tuo nomine sub eadem prestiti iuramenti virtute et obe-  
dientie precipias et mandes, ut quam primum se ad iter ponant et ad hoc ycumenicum  
concilium accedant et in eo spiritus sancti gratia adiuvante per tuam assistentiam et 25

3 charissimi in edd.    4 Romanorum in edd.    7 oecumenico in edd.    8 tu forsā omittendum est.  
12 assequutoris in edd.    16 ac loco et in edd.    20 oecumenicum in edd.; et ob in edd.    24 oecumeni-  
cum in edd.

aliorum prelatorum ea tractentur et agantur, que ad ipsius dei laudem cedant fideique christiane unionem et incrementum, reformationem et exaltationem ecclesie sue sancte.

Ceterum aliqua commisimus dilecto filio Petro de Comitibus iuris utriusque doctori nuntio nostro tibi referenda, cui debes fidem credulitatis plenariam adhibere.

5 Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice MCCCCXXXVII, 12 calendas martias, pontificatus nostri anno VII.

## 126.

*Eugenius IV (Vincentium) archiepiscopum Gneznensem de itinere proximo Graecorum ad concilium Ferrariense certiore facit eumque hortatur, ut cum suffraganeis eodem se conferat.*

1438 ca. febr. 18 Ferrariae.

*Haec epistola hodie deperdita est indicata in documento n. 136, pag. 23.*

*Tenor epistolae constat ex documento allato, ita ut iure optimo affirmari possit illam fuisse in eadem fere forma redactam ac documentum n. 136, febr. 18 anni 1438.*

*Vincentius de Dambico fuit archiepiscopus Gneznensis annis 1437-1448.*

## 127.

*Eugenius IV episcopum (Conradum) Vratislaviensem de Graecorum Venetias adventu certiore facit eumque hortatur, ut etiam ipse ad concilium Ferrariense veniat eique nuntium suum Kosellum de Kosellis commendat.*

1438 febr. 18 Ferrariae.

*Copia coeva, in codice Novofor. (Neumarkt iuxta Breslau), 300<sup>r</sup> qui conservatur in Staats-Archiv Breslau.*

*Ed. in forma compendiosa in libro Codex diplomaticus Silesiae, herausgegeben vom Verein für Geschichte und Altertum Schlesiens, XV, Acta Nicolai Gramii (Breslau 1890) 65-66.*

*Tenor huius documenti est idem fere ac doc. n. 125.*

*De Conrado episcopo Vratislaviensi cf. Lambert SCHULTE, Bischof Konrad von Breslau in seinem Verhältnis zum Römischen Stuhle und zu dem Baseler Konzil, in libro Kirchengeschichtliche Festgabe Anton de Waal (Rom-Freiburg i. Br. 1913) 403-460.*

*Conradus fuit episcopus Vratislaviensis annis 1418-1447.*

## 128.

*Eugenius IV (Oadonem) Abbatem monasterii Cluniacensis dioeceseos Matisconensis de adventu Graecorum Venetias certiore facit eumque hortatur, ut ad concilium Ferrariense veniat; denique Petrum de Comitibus nuntium ei commendat.*

1438 febr. 18 Ferrariae.

*Diploma orig.: Paris, Bibliothèque Nationale, Latin 1501.*



*Hoc documentum ex parte laesum est; eundem fere textum ac praecedens epistola habet.*

*Oddo II de la Perrière, fuit abbas Cluniacensis (Cluny) dioecesis Matisconensis (Mâcon) 1423-1456; de eo cf. GALLIA CHRISTIANA 4, 1158.*

## 129.

*Eugenius IV Gulielmum marchionem de Hochberg laudat et hortatur, ut synodalibus Basiliensibus salvumconductum revocet, si epistolae pontificiae 15 febr. 1438 promulgatae usque ad 15 martii non obedierint.*

*1438 febr. 19 Ferrariae.*

*Copiae coevae: Wien, Staatsbibliothek, codex Latinus 5080, 324<sup>a</sup>; Basel, Universitätsbibliothek, C V 36, ultima pagina; B I, 238<sup>r</sup> (Ioh. de Segovia).*

*Edd. Mon. conc. 3, 58-59; Deutsche Reichstagsakten 13, 1: 179-181.*

*Hanc ultimam editionem sequor.*

EUGENIUS ETC. DILECTO ECCLESIE FILIO NOBILI WILLERMO MARCHIONI DE HOCHBERG DOMINO DE ROETELLINE, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Summe placet nobis, dilecte fili, fides et devocio tua, quam erga nos ostendis, et oblationes, quas per organum dilecti fili magistri Rencz in decretis licenciati fecisti, sunt admodum grate nobis. Facis tu quidem laudabiliter et es maxime commendandus, qui te offers propugnatorum pro ecclesia dei adversus iniquorum perfidam synagogam. Et quidem nos tibi et sedes apostolica maxime obligamur ex hac tua sincera et sancta voluntate et ex operibus, que polliceris te prestatum pro nostra et ipsius sedis status defensione, ex qua re mercedem reportabis a deo et a nobis ultra graciaram actiones condignam retributionem. 10

Ad reprimendam ergo Basilee congregatorum nequiciam et malignitatem velis incumbere totis viribus ac primum revocare omnem salvum conductum, si quem illis forsan hactenus, dum concilium ibi erat, dedisti, ac postmodum, nisi resipuerint, lapso tempore per nos in litteris nostris statuto videlicet post 15 diem marcii proxime futuri tractes tamquam nostros et fidei christiane hostes, qui cum essent positi ad pacem ecclesie et populi christiani, nichil aliud agant, quam ut dividatur ecclesia et gladius ponatur inter fideles. 15

Copiam autem litterarum prefatarum mittimus tibi presentibus inclusam.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice 1438, 11 kalendas marcii, pontificatus nostri anno 7. 20

<sup>1</sup> *Gulielmus de Hochberg, unus ex protectoribus concilii Basiliensis, iter archiepiscopi Tarentini Ioh. Berardi de Tagliacozza et Cesarini cardinalis a Basilea versus Ferrariam protexerat; cf. VALOIS II, 119.*

<sup>18</sup> *cf. doc. n. 121, pag. 7-10.*

## 130.

*Eugenius IV Henricum archiepiscopum Cantuariensem de adventu Graecorum Venetias certiore facit eumque hortatur, ut ipse ad concilium Ferrariense veniat et suffraganeos abbatesque huc proficisci iubeat; denique Petrum de Monte nuntium ei commendat.*

1438 febr. 20 Ferrariae.

*Copia coeva.*

*Ed. WILKENS, Concilia Magnae Britanniae et Hiberniae, III (London 1737) 527.*

*Textus huius documenti idem fere est ac in n. 125.*

*Henricus Chicheley fuit archiepiscopus Cantuariensis (Canterbury) annis 1414-1443.*

*Petrus de Monte fuit collector et nuntius apostolicus in Anglia annis 1435-1440; cf. de eo « Orientalia Christiana Periodica » 5 (1939) 407-433 et I. HALLER, Piero da Monte = Bibliothek des Deutschen Historischen Instituts in Rom XIX (Rom 1941).*

## 131.

*Eugenius IV (Theobaldum) episcopum Malleacensem de adventu Graecorum Venetias certiore facit eumque hortatur, ut ad concilium Ferrariense veniat, denique Lucianum de S. Agatha nuntium ei commendat.*

1438 febr. 20 Ferrariae.

*Copia coeva: London, British Museum, Additional 26784, P. 21511.*

*Hoc documentum eundem fere tenorem habet ac doc. n. 125.*

*Theobaldus de Luceyo fuit episcopus Malleacensis (Maillezais) annis 1433-1455 (?).*

## 132.

*Eugenius IV Fridericum ducem Saxoniae de Graecorum Venetias adventu certiore facit eumque hortatur, ut contra synodales Basilienses agat, eique Iacobum de Oratoribus nuntium commendat.*

1438 febr. 23 Ferrariae.

*Copia coeva: Dresden, Haupt-Staatsarchiv, loc. 10297, Geh.-A., Religionssachen, Concilium zu Basel 1431 etc. Titulus: Hortatur papa ducem Saxonie, ut mittat ambasiatores ad concilium Ferariense.*

*Ed. Deutsche Reichstagsakten 13, 1:183-184.*

*Hoc documentum eiusdem fere tenoris est ac doc. n. 123.*

*Fridericus II fuit dux Saxoniae 1428-1464.*

## 133.

*Eugenius IV Hunfridum ducem Gloucestriae de Graecorum Venetias adventu certio-  
rem facit eumque hortatur, ut contra synodales Basilienses agat.*

[1438 febr. Ferrariae.]

*Copia coeva: London, British Museum, Additional 26784 P. 21511.*

*Pars ultima, scilicet datum, deest.*

*Hoc documentum eiusdem fere tenoris est ac doc. n. 122.*

*Hunfridus (Humphrey), filius Henrici IV regis Angliae, fuit dux Gloucestriae (Gloucester)  
1414-447.*

## 134.

*Antonius episcopus Urbinatensis, nuntius Eugenii IV, principes electores Germaniae hor-  
tatur, ut ad concilium Ferrariense ipsi veniant vel saltem legatos mittant.*

1438 martii 11 Francfurdiae.

*Copiae coevae: Pommersfelden, Gräflich Schönbornsche Bibliothek, codex 2726, 215<sup>v</sup>-216<sup>r</sup>;  
Mainz, Stadtbibliothek, fasc. VI; Dresden, Haupt-Staatsarchiv, loc. 10297 Geh.-A., Religionssa-  
chen, Concilium zu Basel 1431 etc.*

*Ed. Reichstagsakten 13, 1:194-195.*

*Praeter hanc hortationem scripto electoribus consignatam sermo eiusdem legati conservatus est,  
qui de electione regis Romanorum et de concilio Ferrariensi tractat.*

*Ed. Deutsche Reichstagsakten, 13, 1:191-193.*

*Cum documentum alterum de concilio Ferrariensi aliquam descriptionem de concilio Ferrariensi  
contineat, hunc locum prius apponemus, postea textum plenum hortationis scripto consignatae dabimus.*

a)

Sacrum Ferrariense concilium iam congregatum est, ubi sanctissimus dominus noster  
personaliter existit una cum sacro collegio rev.morum patrum et dominorum d. cardina-  
lium. Maximus adest solempnium prelatorum numerus, patriarcharum scilicet, archiepi-  
scoporum, episcoporum, abbatum aliorumque venerabilium magistrorum atque doctorum;  
iamiam tractatur illud sancte unionis cum Orientalibus negocium, tractantur quoque ma- 5  
ximo cum desiderio, fervore atque caritate tria illa, ad que Basiliense olim concilium in-  
dictum et congregatum fuit, quod iam septem senuit annis modico proch dolor cum  
fructu, ut vident rev.me atque ill.me dominaciones vestre, quod profecto vehementer do-  
lendum est.

Illuc properate, rev.mi ac ill.mi, queso, principes, ad eundum vel vestros destinate 10  
nuncios atque procuratores, ut participes efficiamini meritorum, glorie atque premiorum,  
que ex tot tantisque bonis prodibunt, que ibi deo concedente perficientur.

b)

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster d. Eugenius divina providencia papa quartus et sacrum collegium rev.morum in Christo patrum et dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium rogant, hortantur atque requirunt rev.mos atque ill.mos sacri imperii electores tam ecclesiasticos quam seculares, quod propter dei honorem, universalis ec-  
 5 clesie pacem et unitatem, propter sancte apostolice sedis reverenciam et auctoritatem, propter debitum uniuscuiusque fidelis christiani et precipue katholici principis, propter iuramenta in consecrationibus suis per rev.mos patres dominos archiepiscopos prestita, postremo propter illam spontaneam obligacionem, qua cum imperatoria maiestate necnon regum et principum oratoribus prefati domini electores se per cedula[m] obligarunt, licet  
 10 prius idem promisissent, cum usque Romam suos oratores misissent: ipsos scilicet dominos electores defensuros statum et honorem prefati sanctissimi domini nostri illique se adherere et firmiter obedire, si concilio Basiliensi in illis, que a sua sanctitate petebantur, satisfaceret, quod quidem plene satisfactum esse per decretum ipsius concilii comprobatum extitit — propterea super hiis supervacue disputandum videtur;

15 velint hinc sanctissimi domini nostri sacrique collegii prefate deliberacioni pie, iuste et quidem necessarie, ut ex dicte translacionis bulle tenore evidenter apparet, omni ingenio totisque favere viribus, assentire atque assistere et ad civitatem Ferrariensem pro ycomenico concilio deputatam, locum quidem electum et nominatum, accomodum omnibus et singulis, comprehensum in decreto Grecorum et potissime ipsis Grecis, ut iam constat,  
 20 accomodum, omnes isti rev.mi patres vel saltem unus ex eis personaliter se conferant iuxta ipsius translacionis bulle sentenciam. Ceteri vero principes et domini electores tam ecclesiastici quam seculares oratores suos et procuratores mittant, prelatos vero, magistros et doctores de provinciis et dominiis suis ad eundum invitent, moneant atque requirant, oratores et nuncios, si quos Basilee habent, revocent et alios de provinciis suis  
 25 et dominiis, si qui ibi sunt, abinde recedere compellant sub penis in dicta translacionis bulla et aliis desuper emanatis contentis, civitati Basiliensi aliisque, quibus opus erit, scribant se approbare, assistere atque favere velle deliberacioni sanctissimi domini nostri sacrique collegii iuste, pie et necessarie, ut ex dicte translacionis bulle tenore aliisque desuper emanatis evidenter apparet, ad perficiendum ea bona, que restant, et ad evi-  
 30 tanda pericula et scandala, que aliquorum sollicitudine procurantur, et ut ipsius sancte unionis Grecorum negocium, quod iam in nostris habemus manibus, feliciter terminetur.

Eidem postremo civitati Basiliensi scribant, ut de cetero nomine et sub pretextu concilii neminem ibi teneant vel in futurum venientes recipiant. Ac etiam provideant et  
 35 pro viribus obviare procurent, ne scisma in dei ecclesia sub quibusvis coloribus in ipsa civitate oriatur in dedecus et perniciem ipsius civitatis Basiliensis necnon omnium dominorum principum tociusque inclite Germanice nacionis.

9 cf. Reichstagsakten 12, 304, Anm. 3. 13 quale decretum concilii Basiliensis hic intelligatur, mihi non constat 16 cf. bullam 18 sept. 1437 in Ep. pontif. I, n. 88, pag. 91-99. 19 decretum Grecorum 7 sept. 1434, apud MANSI 29, 98A-C.

## 135.

*Eugenius IV et synodales Ferrarienses declarant concilium Ferrariense esse legitimum et oecumenicum.*

1438 apr. 9 Ferrariae.

*Diploma orig.: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico.*

*Hoc diploma est usque huc unicum exemplar bullae, quod decretum primae sessionis communis Latinorum et Graecorum concilii Florentini contineat. Nemo editorum huius decreti bulla originali usus est. Nam unice ex scriptoribus actorum latinorum et graecorum concilii, scilicet ex ANDREA DE SANTACROCE et auctore anonymo PRAKTIKA, editores GIUSTINIANI, CECCONI, aliique qui editionem anonymam historiae graecae secuti sunt, scilicet HARDOUIN, LABBE-COSSART, MANSI, textum sessionis supradictae eumque imperfectum praebuerunt.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM  
DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Magnas omnipotenti deo gratias referre, nos convenit, qui antique miserationis suae non immemor ecclesiam suam fecundioribus semper cumulat incrementis et, licet hanc iactari interdum temptationum ac pressurarum fluctibus sinat, nunquam tamen patitur mergi, sed inter undarum moles inviolabilem servat facitque ineffabili clementia sua, ut inter angustias varias robustior illa semper assurgat.

Ecce enim Occidentales et Orientales populi diu ab invicem separati unum concordie et unitatis fedus inire festinant, et qui a seipsis longo se dissidio avulsos, ut equum erat, moleste ferebant, post multa tandem secula ipso utique auctore, a 'quo omne datum optimum provenit', sancte unionis desiderio corporaliter hoc in loco conveniunt.

Nostrum autem et totius ecclesie munus est et esse intelligimus, viribus omnibus eniti, ut hec felicia cepta iugi solici-

Εὐγένιος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ εἰς αἰδίδιον τοῦ πράγματος μνήμην.

Μεγάλα τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ εὐχαριστήσαι ἡμᾶς ὡς ἀληθῶς προσήκει· ὅς τῶν ἀρχαίων αὐτοῦ οἰκτιρῶν οὐκ ἀμνημονεύων, τὴν ἑαυτοῦ ἐκ- 5 κλησίαν γονιμωτέραις ἀεὶ προκοπαῖς προβιβάζει. Ταύτην γὰρ εἰ καὶ χειμᾶζεσθαι τῇ τῶν πειρασμῶν καὶ θλίψεων ζάλῃ ἐσθ' ὅτε ἀφήσιν, [ἀλλ' οὐποτ' ἐξ καταβυθίζεσθαι, κορυφουμένων δὲ τῶν κυμᾶ- 10 των, ἀβλαβῆ αὐτὴν διατηρεῖ, παρασκευάζει τε τῇ ἀπάτῃ αὐτοῦ φιλανθρωπία, ἐκείνην ἐν ταῖς πολλαῖς καὶ ποικίλαις περιστάσεσιν ἀκμάζουσαν μᾶλλον διαπαντὸς καὶ ἰσχυροτέραν φανῆναι.

Ἰδοῦ γὰρ οἱ δυτικοὶ καὶ ἀνατολικοὶ δῆμοι, ἀλλήλων ἔκπαλαι διεσχοινισμένοι, εἰς μίαν ἐνώ- 15 σεως καὶ εἰρήνης χάριν συνδραμεῖν σπεύδουσιν· οἱ δὲ τῷ σφᾶς αὐτοῦς χρόνῳ ἀπ' ἀλλήλων κεχωρῖσθαι διχονοία, ἡσυχάλον ὡς εἰκός· μετὰ πολλοῦς οὖν αἰῶνας, αὐτοῦ δήπου χορηγοῦντος, ἐξ οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθῆ, τῇ τῆς ἀγίας ἐνώσεως ἐφέσει, εἰς 20 τουτοῖνι συνῆλθον τὸν τόπον.

Τῆς ἡμετέρας τοίνυν ὑπηρεσίας καὶ ἀπάσης τῆς ἐκκλησίας ἔργον ἐστὶ τε καὶ εἶναι νοοῦμεν, τὸ πάση δυνάμει πειρᾶσθαι ὡσὲν τὰ οὕτως εὐ- 25

1 cf. epistolam Stephani V papae ad Stylianum metropolitam, editam in MGH, Ep., VII, 380. 19 Iac. 1, 17.

tudine felicem progressum exitumque consequantur, ut cooperatores dei et esse et dici mereamur.

5 Denique carissimus filius noster Iohannes Paleologus Romeorum imperator unacum venerabili fratre Ioseph Constantino-politano patriarcha et aliarum patriarchalium sedium apocrisiariis magnaque  
10 piscoporū et ecclesiasticorū nobiliumque multitudine, octava february mensis proxime preteriti Venetias ad ultimum scilicet applicuit portum, ubi, sicut antea sepius fecerat, Basileam iustis ex causis ratione ycu-  
15 menici seu universalis concilii celebrandi se ire non posse patenter expressit idque Basilee congregatis per litteras intimavit, exhortans ac requirens omnes, uti Ferrariam ad huiusmodi concilium celebrandum electam  
20 pro peragendo tam pio sanctissime huius unionis opere sese transferrent.

Nos itaque, quibus hec sacratissima unio-  
25 cordi semper fuit, quique hanc summo studio perfici cupimus, decretum Basiliensis concilii cum Grecis ipsis conventum electionem-  
que loci pro ycumenico celebrando concilio in Basiliensi synodo factam ac per nos postea Bononie instantibus etiam ipsorum imperatoris et patriarche nuntiis confirmatam  
30 et queque alia ad ipsum sancte unionis opus spectantia, ut est officii et debiti nostri, exequi diligenter intendimus.

35 Omni igitur modo et forma, quibus melius possumus, discernimus et declaramus, accedente consensu dictorum imperatoris et patriarche omniumque in presenti existentium synodo, sacram esse universalem seu  
40 ycumenicam synodum in hac Ferrariensi civitate omnibus libera et segura, sicque dic-

τυχῆ προοίμια, ἀδιαλείπτω σπουδῇ τὴν τε προχώρησιν καὶ τὴν ἐκβασιν εὐδαίμονα δέξεται, ἵνα συνεργοὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος εἶναι τε καὶ λέγεσθαι ἀξιωθῶμεν.

Ὁ τοίνυν ποθεινότατος υἱὸς Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς ἅμα τῷ θεοσεβεστάτῳ ἀδελφῷ Ἰωσήφ τῷ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχῃ καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν πατριαρχικῶν θρόνων τοποτηρηταῖς μεγίστῃ τε ἀρχιεπισκόπων καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν καὶ ἀρχόντων συνοδίᾳ, τῇ ὀγδόῃ τοῦ φεβρουαρίου μηνὸς τοῦ ἀρτι παρεληλυθότος, εἰς τὰς Βενετίας ἦγον εἰς τὸν ἔσχατον λιμένα κατήρεν· ὅπου γε, ὡς πολλάκις καὶ πρὸ τοῦ ἐτύγχανε πεπονηκώς, ἀπὸ εὐλόγων αἰτιῶν, εἰς τὴν Βασιλείαν κατὰ συγκρότησιν τῆς οἰκουμένης συνόδου μὴ δύνασθαι ὑπάγειν, ἀναφανδὸν ἐδήλωσε καὶ τοῦτο τοῖς ἐν Βασιλείᾳ διὰ γραμματῶν ἐνέφηνε παρακελευόμενος καὶ ἐκζητῶν ἅπαντας, ὅπως εἰς τὴν Φερραρίαν τὴν πρὸς τὴν τῆς τοιαύτης συνόδου συγκρότησιν ἐκλεχθεῖσαν, διὰ τὴν τελείωσιν τοῦ τοιοῦτου ἔργου οὕτως εὐσεβοῦς μεταναστῶσιν.

Ἡμεῖς οὖν οἱ τὴν ἱερωτάτην ταύτην ἔνωσιν ἐν μέσῃ καρδίᾳ διαπαντὸς φέροντες, κἀκείνην ὅτι πλείστη σπουδῇ συντελεῖσθαι ἐπιμένοντες, τό δεκρότερον τῆς ἐν Βασιλείᾳ συνόδου μετ' αὐτῶν συμφωνηθῆν τῶν γραικῶν, καὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ τόπου ὑπὲρ τῆς ἀθροίσεως τῆς οἰκουμένης συνόδου ἐν τῇ αὐτῇ τῶν ἐν τῇ Βασιλείᾳ συνόδῳ γενομένην, καὶ δι' ἡμῶν ὕστερον ἐν τῇ Βονονίᾳ ἐγκειμένην, καὶ αὐτῶν, τοῦ τε βασιλέως καὶ πατριάρχου πρέσβειων βεβαιωθεῖσαν, τὰ τε ἄλλα ὅσα πρὸς τὸ τῆς ἀγίας ἐνώσεως ἔργον συντείνουσιν, ὡς ἐκ τῆς ἡμετέρας ὑπηρεσίας ὀφείλομεν προβιβάζειν, καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν προθυμούμεθα.

Παντὶ γοῦν τρόπῳ καὶ τύπῳ, ὡς ἐνὶ μάλιστα, ἀποφαίνομεν καὶ δηλοποιούμεν, προστεθείσης τῆς συναιρέσεως τῶν εἰρημένων, βασιλέως τε καὶ πατριάρχου, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ παρουσίᾳ παρεληλυθότων συνόδῳ, τὴν ἱερὰν οἰκουμένην συνόδον εἶναι ἐν ταύτῃ τῇ πόλει τῆς Φερραρίας τῇ πᾶσιν ἐλευθέρᾳ καὶ ἀσφαλεῖ, τὴν τε εἰρημένην

17 cf. epistolam Ioh. VIII Palaeologi imperatoris ad principes electores Germaniae die 25 febr. 1438 Venetiis scriptas, editas apud Deutsche Reichstagsakten 13, 1 (Gotha 1908) 191-193.

tam synodum ab omnibus reputari et appellari debere, in qua sine ulla rixosa contentione et pertinacia atque cum omni caritate sacrum hoc unionis negotium tractandum et deo propitio, ut speramus, felici fine claudendum est unacum sanctis operibus reliquis, ad que peragenda synodus ista nescitur instituta.

Datum Ferrarie in generali sessione synodali solenniter in ecclesia maiori Ferrariensi celebrata. Anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octavo, quinto idus aprilis, pontificatus nostri anno octavo.

*Rota papae.*

† Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus subscripsi.

† Ego Iordanus episcopus Sabinensis subscripsi.

† Ego Branda episcopus Portuensis subscripsi.

† Ego Antonius tituli S. Marcelli presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Nicolaus tituli Sancte † (= Crucis) presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Franciscus tituli S. Clementis presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Angelottus tituli S. Marci presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Iulianus tituli S. Sabine presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Prosper S. Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Dominicus S. Marie in via lata diaconus cardinalis subscripsi.

σύνοδον οὕτως ὑπὸ πάντων χρῆναι νομίζεσθαι τε καὶ ὀνομάζεσθαι· ἔνθα δίχα τινὸς ἐριστικῆς φιλονεικίας ἢ ἰσχυρογνωμοσύνης, ἀλλὰ μετὰ πάσης ἀγάπης τὴν ἱερὰν τῆς ἐνώσεως μεταχειρίζεσθαι πραγματείαν, θεοῦ δὲ ἕλω γινομένου, εὐ- 5  
τυχῶς αὐτὴν ἐλπίζομεν τελεσθῆσεσθαι μετὰ τῶν λοιπῶν ἁγίων ἔργων, πρὸς ἃ ἡ σύνοδος αὕτη συγκεκρότηται.

Ἐδόθη ἐν τῇ Φερραρίᾳ ἐν καθολικῇ καὶ συνοδικῇ συνελεύσει, ἑορτασίμως ἐν τῇ μετρίᾳ ἐκ- 10  
κλησίᾳ τῆς Φερραρίας συγκροτηθείσῃ. Ἐτεὶ τῷ κυριακῆς ἐνσαρκώσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ τριακοστῷ ὀγδόῳ, πέμπτῃ ἰδῶν ἀπριλίου, τῆς ἀρχιερατείας ἡμῶν ἔτει ὀγδόῳ.

136.

*Eugenius IV (Vincentium) archiepiscopum Gneznensem de sessione prima conciliari Latinorum et Graecorum die 9 aprilis 1439 Ferrariae habita certiore facit eumque hortatur, ut ipse et suffraganei ad concilium se conferant.*

1438 apr. 9 Ferrariae.

*Diploma orig. in archivo principis Czartoryski, Nr. Inv. 425.*

*Ed. Anatolius LEWICKI, Codex epistolaris saeculi XV, II (Krakow 1891) n. 247, 364-366.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI ARCHIEPISCOPO GNEZNSI, SA- 25  
LUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Pridem scripsimus tue fraternitati, qualiter carissimus in Christo filius noster Iohannes Paleologus Romeorum imperator illustris et venerabilis frater Ioseph patriarcha Constan-

12 lege χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ.

15-24 subscriptiones bullae pontificiae, sicut moris est, in tribus columnis redactae sunt, media scilicet papae et cardinalium episcoporum, sinistra (a parte legentis) cardinalium presbyterorum, dextera cardinalium diaconorum. 27 cf. doc. n. 126, pag. 16.

tinopolitanus ad civitatem Ferrariensem causa ycumenici seu universalis concilii profecturi erant; ex qua re certi sumus te magnam, sicut convenit, suscepisse leticiam, cum ex tali adventu de ipsorum cum sancta Romana ecclesia unione plurimum sperari debeat.

Nunc autem ad continuandam agendamque leticiam tibi significamus ipsos imperatorem et patriarcham cum aliorum patriarcharum locatenentibus magnaque cum archiepiscoporum et ecclesiasticorum nobiliumque multitudine ad hanc civitatem Ferrariensem proximis applicuisse diebus, ad ipsam unionem, uti ex multis coniecturari potest, optime dispositos. Quos quidem cum magna caritate et iocunditate, sicut decebat, suscepimus;

hodierna autem die, solemniter prius et devota processione peracta cantataque missa de spiritu sancto in ecclesia cathedrali celebrata extitit sollemnis sessio, in qua consentientibus ipsis imperatore et patriarcha ceterisque Orientalibus et copiosa Latinorum archiepiscoporum, episcoporum et prelatorum magistrorumque et doctorum multitudine promulgavimus decretum, cuius copiam mittimus introclusam.

Exultet igitur nobiscum tua fraternitas et cum hymnis et canticis gratias deo nostro nobiscum referat, suam magestatem (!) devote exorans, ut diebus nostris tam sanctam et optatam unionem, prout speramus, videre possimus, a qua pacem, exaltacionem, gloriam et maxima incrementa suscipiet populus christianus.

Ut autem tanti boni adiutor et particeps fias, veniat tua fraternitas, quemadmodum alias tibi scripsimus, ad hoc ycumenicum concilium, et similiter mandes aliis tibi suppositis, qui ad concilia ire tenentur, ut et ipsi huc se conferant, operam suam glorioso huic negotio impensuri.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo octavo, quinto idus aprilis, pontificatus nostri anno octavo.

W. Colenzoen.

*A tergo:*

25 Venerabili fratri archiepiscopo Gneznensi.

### 137.

*Responsum Eugenii IV legatis (Amedei) Sabaudiae de pace synodali Basiliensium cum papa obtinenda.*

[1438 apr. 10 Ferrariae].

*Copia coeva: Firenze, Biblioteca Laurenziana, Strozzi 33, 180<sup>r</sup>-182<sup>r</sup>. Haec copia aliquantulum in compluribus locis corrupta est.*

*Ed. CECCONI, n. 195, pag. 590-601.*

*Amedeus VIII fuit comes et dux Sabaudiae 1391 (1416)-1451.*

RESPONSIO SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI EUGENII ETC. DATA ORATORIBUS DUCIS SABAUDIE, INTERPONENTIS SE PRO PACE INTER DOMINUM NOSTRUM ET ILLOS DE BASILEA.

Ea, quae zelo caritatis et unitatis, dilectus filius noster dux Sabaudie per vos suos oratores diserte ac prudenter eius referentes intentionem nobis significavit, grate audi-

4 *exspectaretur* agendamque leticiam. 15 *lege* maiestatem. 28 vos] nos *Ms.*

13 decretum = *doc. n. 135, pag. 21-23.* 19 *cf. doc. n. 126, pag. 16.*



vimus, et ipsum admodum commendamus pro hoc, quod habet ad pacem ecclesie desiderio. Dignus profecto est non mediocri laude, qui hiis turbationibus, que nunc, proh dolor, machinatione quorundam imminere videntur ecclesie, simul et dolet et, quantum in se est, festinat occurrere. Facit, quemadmodum devotum filium et catholicum principem decet, cogitando et operam dando, ne sua atque omnium mater ecclesia tam pestiferum 5  
 paciatur scismatis vulnus, quod quidem ingrati filii ei inferre moliuntur; ne etiam is, quem vice sua omnibus christianis deus prefecit pastorem, iniuste vexetur atque contempnatur. Merito quidem et ipse dux aliique saeculi principes, quorum proprium munus est pacem tueri ecclesie, dolere possunt, cum illud perniciosum scisma, a quo ipsam ecclesiam ante 10  
 paucos annos viderant liberatam, nunc per quorundam ambitiosorum hominum passiones miserabiliter iterum, nisi obsistant, reviviscere formidetur. Merito tristari omnes convenit, cum hoc tempore, quo ecclesia dei magna fruebatur tranquillitate, a paucissimis hominibus, contempto dei timore, in turbationem et dissidium pertrahitur. Moleste nimis et non sine lacrimis omnes audire debent, quod tantus ecclesie profectus, qui speratur ex 15  
 Grecorum unione procedere, tam iniuste et impudenter per quosdam impediri procuretur. 20

Sed nequaquam dux ipse et alii principes, quibus ad tuitionem ecclesie laudemque bonorum ac vindictam malorum, gladium portandum dominus dedit, tante impietatis ac flagicii [ferre] auctores amplius debent; qui, cum nec precibus nec exhortationibus nec humilitate ac mansuetudine flecti possunt, principum catholicorum potentia, ne ad dete- 20  
 riora labantur, compescendi sunt.

Et quoniam propter Grecos tempestas hec exorta est, propter quos potius tempestatis etiam tempore tranquillitas fieri debuisset, congruum arbitramur aliqua referre pro rei geste veritate et iusticia tam nostra quam huius sacri Ferrariensis concilii.

Concilium olim Basiliense imperatorem Grecorum et patriarcham Constantinopolitarum sollicitavit, ut oratores Basileam pro unione tractanda destinarent. Quibus advenientibus 25  
 decreto conventionali concilium illud ad magna se obligavit expensarum onera; et nos, cum multa requisivisset instantia, ut illi decreto expressum daremus assensum, nos tunc recognoscentes tantam expensarum molem concilio pene intolerabilem, habentesque pre manibus viam aliam ad conficiendum hoc negotium leviolem, quam cum ipsis Grecis ab initio nostri pontificatus tractaveramus, inceptam prius a felicis recordationis Martini predeces- 30  
 sore nostro, ut videlicet legatus aliquis ex parte nostra cum quibusdam prelati, magistris et doctoribus ad Constantinopolim transmitteretur, concilio Basiliensi tunc rescripsimus multas exprimentes rationes et causas, quibus potius via nostra quam ipsius concilii foret amplectenda. Nichilominus, ne aliqui putarent nos huic rei velle impedimentum afferre, consensimus dicto decreto conventionali, si concilio expediens videbatur. 35

Post hec prefati imperator et patriarcha, qui huiusmodi viam nostram, antequam conclusionem Basilee factam cognoscerent, cum nostro oratore Constantinopoli firmaverant, destinarunt alios oratores Basileam, persuasuros, ut modus iste, de mittendo legatum, tanquam valde expediens acceptaretur. Et, quamvis qui tunc in concilio aderant, nullum

1 pro hoc pro *Ms.* 2 proch *Ms.* 6 quem] que *Ms.* 18 ferre] ferire *Ms.* 19-20 catholicorum - sunt *duabus vicibus in Ms.* 28 intollerabilem *Ms.* 35 consilio *Ms.*

24 de invitatione concilii Basiliensis iam die 26 ian. 1433 facta cf. HEFELE-LECLERCQ, VII, 875. 26 cf. decretum conventionale, 7 sept. 1434, apud MANSI 29, 92 sqq. 32 cf. *Ep. pontif. I, doc. n. 47, pag. 38-41.*

certum modum ad tam magnas faciendas expensas haberent; et in quibusdam paucis reperiendis pecuniis difficultates antea experti essent, nichilominus post multorum dissuasionem et reluctantionem, viam per ipsos ceptam, videlicet ut cum tanto expensarum profuvio Greci ad partes Latinorum descenderent, proseguere voluerunt.

5 Post hec imperator et patriarcha ratificantes ipsum conventionale decretum multum instanter requisiverunt concilium, ut talem pro ycumenica synodo eligerent locum, ad quem nos commode venire possemus; arbitantes, sine presentia nostra rem tantam perfici non posse.

Nos deinde, ut tantum opus iuxta rei exigentiam et desiderium Grecorum convenientius fieret, destinavimus Basileam de latere nostro legatos cardinales Sancte Crucis et Sancti Petri ad Vincula, qui ex causis manifeste necessariis rogarent concilium, ut locum, in quo commode possemus interesse, eligere vellent, presertim propter Grecorum desiderium, quibus, ut citius ad unionem traherentur, in hac re condescendum erat; ac etiam propter cotidianam debilitatem et egritudinem nostram, que nos non sinebat Ytaliam  
10 exire. Obtulimus per eosdem legatos ipsi concilio pro hoc sancto opere omnia subsidia nobis possibilis. Et cum legati nostri concilium requirerent, ut cum ipsis vellent de loco nobis accomodo convenire, et ne se ad extremitatem temporis artaret, noluit tunc  
15 procedere ad electionem loci, sed tempore debito talem eligere synodaliter promiserunt omnes, ad quem nos commode possemus proficisci. Id idem ambassiatoribus carissimi filii  
20 nostri regis Francie synodaliter responderunt.

Sed utinam pro honore ipsorum et pace ecclesie ea, que bis tam solempniter polliciti sunt, opere complevisset. Studio postea aliquorum factum est, ut loci electio ad extremum temporis reducerent, ita ut cum exacta diligentia vix in termino statuto galee possent Constantinopolim applicare.

25 In ipsa autem electione legati nostri videlicet cardinales Sancti Petri et Sancte Sabine, hanc binam promissionem sepe in concilio rememorantes, multasque allegantes rationabiles et necessarias causas, propter quas locus nobis accomodus eligendus esset, cum magna umilitate persuadendo rogabant concilium, ut pro hac vice locus in Ytalia eligeretur. Sed nonnulli, qui adventum Grecorum non propter ipsorum unionem, sed ob alias causas,  
30 quarum nunc patet effectus, appetebant, multitudine vocum, quas diversis artibus cotidie propter hoc negotium ad concilium venire faciebant, conati sunt eligere civitatem Avinionensem; quam etsi in omnibus honorare vellemus, tamen, cum in decreto comprehensa non esset, eligi non poterat. Et cum eis hoc aperta ratione monstraretur, addiderunt sub conditione Sabaudiam, si in Avinione celebrari non posset.

35 Que quidem electio conditionalis ita incerta, dubia et perplexa futura erat Grecis, ut merito quis locus certus electus, possent ignorare; et, cum interrogarentur, qui talem electionem fecerant, ut exprimerent, si Greci nollent Avinionem venire et tunc Sabaudia intelligeretur electa; nullatenus declarare voluerunt, non curantes rem ipsam confundere,

7 nos] non *Ms.*    19 commodo *Ms.*    23 reducent *Ms.*

5 *ratificatio graeca die 26 nov. 1435 facta est.*    10 *hi duo cardinales, scilicet Nicolaus Albergati et Iohannes Cervantes, die 17 febr. 1436 Basileam missi sunt.*    25 *cardinales Iohannes Cervantes et Iulianus Cesarini.*

ut adventum Grecorum vel haberent ad votum vel impedirent. Dicebatur etiam de Sabaudia, quod, cum nos Ytaliam exire non possemus, Greci cum sentirent nos non affuturos in loco concilii personaliter, recusarent et ipsi venire. Addebatur quod, cum in decreto diceretur *ad ultimum Sabaudia*, iuxta equitatis interpretationem intelligendum foret: *aliis deficientibus locis, in quibus posset celebrari concilium*, ut puta pestem, guerram vel 5 similes causas. Dicebatur etiam, quo nec adhuc pro Sabaudia alia summa pecuniarum mutuanda concilio et alia necessaria, prout concilium ordinaverat, oblata erant.

Preterea, cum Avinionenses obtulissent in numerata pecunia solvere septuaginta milia ducatorum infra mensem ianuarii, et transacto dicto mense, non solvissent, et timeretur probabiliter, quod non solverent tali tempore, quod possent per totum mensem maii, sicut 10 promissum fuerat, galee constitui apud Constantinopolim, requirebant multi ex prestantioribus summa cum instantia, ut alia omnino fieret electio; de tali videlicet loco in quo nulla per Grecos fieri posset difficultas, et unde sine ulla dubitatione necessaria in tempore haberentur.

Tandem graviter patribus concilii inter se contendentibus et dissidentibus, aliquibus 15 volentibus omnino persistere in dicta conditionali electione et eam in sessione publica decretare, quoniam Avinionenses, nisi facta sessione et concessis decimis et electo portu viciniore Avinioni aut Sabaudie, nichil solvere volebant; aliis autem, ex predictis iustis causis omnino contradicentibus: fuit pro bono pacis ad talem contractum et conventionem inter ipsos patres unanimitate, primo in omnibus deputationibus, postea in generali congregatione, deventum, quod nisi Avinionenses in numerata pecunia oratoribus concilii Avinionem ituris infra XXX dies, a die exitus de Basilea, septuaginta milia ducatorum solvissent, et infra XII dies, post ipsos XXX immediate sequentes, legitime certificassent concilium; ex tunc concilium posset et teneretur ad electionem alterius loci procedere, et sibi ac universali ecclesie aliunde providere. 25

Venerunt preterea duo solempnes oratores imperatoris Grecorum et patriarche dicentes, ipsos ad veniendum et exequendum, que invicem conventa fuerant, paratos, beneque ad sancte unionis negotium dispositos. Sed intelligentes predictam electionem de Avinione et Sabaudia graviter conquesti sunt; admirantes vehementer, quod Avinio manifeste contra tenorem decreti esset electa, ad quam nullatenus Greci accederent. De 30 Sabaudia similiter conquerebantur, dicentes cum eis non agi recte et sincere, quoniam qui huius rei tractatores fuerant, non intellexerunt, sicut aliquando tunc expressum fuisse dicebant, nisi de dominio ducis Sabaudie citra montes; scientes quod imperator et patriarcha, qui infirmi sunt, et alii multi senes decrepiti et valetudinarii Alpes illas pertransire nullatenus possent; estque eis grave et periculosum a civitate Constantinopolitana, que a Turchis circumdata est, tam remote discedere, et tam distanter a littore 35 maris, ut nisi cum difficultate et tarde nimium de ipsius civitatis statu nova haberi possent et ipsius necessitatibus provideri. Addebant etiam, non fuisse intentionem eorum, ut, cum tot alia loca essent in decreto comprehensa, in quibus commodissime morari posset concilium, et de Sabaudia dictum foret *ad ultimum*, quasi deficientibus aliis; illa 40 eligeretur, que tali imminente necessitate, illa in electione nominari deberet. Graviter etiam querebantur, quod portus, ad quem ultimo Greci deberent applicari, esset nomi-

29 cf. protestationem Iohannis Disypati, die 17 iulii 1437, in Ep. pontif. I, n. 85, pag. 84-87.

natus vicinior Avinioni vel Sabaudie, et quod contra omnem equitatem et caritatem foret, ut per viam maris longiorem, periculosiorem et piratis subiectam navigarent, asserentes expresse Grecos nisi per gulfum Venetiarum non navigaturos. Etiam causabantur de loco, in quo summus pontifex personaliter non interesset. Addebant preterea quod, nisi in  
 5 tempore statuto, videlicet infra mensem maii, galee et alia necessaria essent Constanti-  
 nopoli, Greci essent ab omni conventionem absoluti. Et cum [ab] aliquibus de prestantio-  
 ribus concilii rogarentur, ut tempus prorogarent, cum ita artum foret, ut vix possent  
 omnia in tempore compleri, dixerunt, nisi eligeretur locus accomodus eis et nobis ac com-  
 prehensus in decreto, non intendebant prorogare, cum aliter talis prorogatio ipsis Grecis  
 10 et rei gerende nullum afferet commodum. Multa tam private quam publice, verbo ac  
 scripto contra predictam dicebant et protestabantur electionem; ex quibus sacrum istud  
 unionis negotium, nisi aliter provideretur, perditum omnino cum magno nostre ecclesie  
 dedecore videbatur.

Transactis vero terminis XXX ac XII dierum, cum dicti Avinionenses non solvissent  
 15 predictas pecunias nec de solutione legitime certificassent concilium, sed iterum peterent  
 decretationem loci ac portus et decime per sessionem ac litteras concilii bullatas; presi-  
 dentes ac legati nostri in generali congregatione proposuerunt concilio, quod pericula  
 imminebant ecclesie, si alius locus non eligeretur. Consideratis hiis, que prefati oratores  
 Grecorum dixerant et protestati fuerant, attenda etiam brevitate temporis, infra quod tot  
 20 et tanta implere oporteret, rogarunt et requisierunt solempniter totam congregationem,  
 ut iuxta conclusionem concilii conventionalem deficientibus Avinionensibus ad alterius  
 loci procederent electionem; alioquin ipsi pro honore dei, ecclesie et concilii, una cum  
 aliis bonis patribus, qui vellent conventa servare, providerent.

Aliquot postea transactis diebus legati nostri et presidentes et plurimi alii insignes  
 25 et timorati viri videntes alios nolle ad alterius loci electionem procedere nec concilio nec  
 universali ecclesie providere, tam illi, ad quos ius et auctoritas concilii in hoc casu fue-  
 runt iuxta unanimem conventionem et ordinationem devoluta, volentesque ordinationi, in-  
 tentioni, et honori et extreme necessitati providere, elegerunt Florentiam et Utinum, seu  
 alium locum, qui citius necessaria pararet, tutum omnibus, accomodum nobis et Grecis  
 30 et in decreto comprehensum. Et sic binam promissionem alias sinodaliter per concilium  
 factam, quam alii transgressi fuerant, observare ad honorem concilii studuerunt.

Quamquam autem talis electio fuerit canonica et legitima, et iuxta ordinationem et  
 conventionem unanimem concilii facta, et ipsis Grecorum oratoribus grata, et illa de Avi-  
 nione penitus emanasset, nichilominus nostri legati et presidentes et alii, ad quos devo-  
 35 lutum erat concilii ius, cupientes pacem et unitatem, et ut omnia caritative procederent,  
 obtulerunt sepenumero aliis plurimas concordie vias; et inter alias, ut omnes in Avinione  
 et Sabaudia consentirent, et quod pro altera istarum fieret omnis diligentia apud Grecos,  
 qui si illic vellent accedere, ille ab omnibus reputaretur concilii locus; si vero, data omni  
 40 tantum unionis periclitaretur bonum, eligeretur aliquis locus tutus et accomodus nobis ac

6 ab aliquibus] aliquibus *Ms.*    13 decore *Ms.*    21 conventualem *Ms.*    28 eligerunt *Ms.*    30 alius *Ms.*  
 31 concilium *Ms.*    34 emanasset] forte melius evanisset.    38 exspectaretur illuc.

28 decretum minoris partis patrum concilii Basiliensis die 7 maii 1437.

Grecis. Et quia alii contra dicebant, hoc solum allegantes, quod civitas Avinionensis, si audiret hoc, dubitaret, ne Greci ad ipsos declinarent, et si numquam solveret, replicabatur: quomodo ergo patiuntur adiectionem Sabaudie? Et sicut pro Sabaudia dicitur velle ipsos solvere, cur non pro alio loco? Sed et ad hoc tollendum efferebatur, quod ille alius locus, in eventum electus, solveret interim quicquam foret necessarium, et nichilominus impensis alienis fieret diligentia pro Avinione; et si Greci venirent Avinionem, tunc Avinionenses pecuniam restituerent illi loco, qui eam solvisset. 5

Offerebatur et aliud maius, de quo supra modum mirandum est, quod non fuerit acceptatum; ut videlicet oratores, qui tunc erant in Avinione, vel alii boni viri deputandi irent Constantinopolim, iurarentque facere omnem diligentiam, quod sine Grecis non redirent, et eos ad quemcumque possent, tandem conducerent locum, ne ob hoc solum tam pium ac sanctum deperiret opus. 10

Item et aliud, postquam de mense augusti dicebatur Avinionem dictam summam solvisse, tunc cessaret ratio suprascripta; saltem iam consentirent, quod si Greci nollent Avinionem venire, nominaretur alius locus, quem Greci non possent recusare. 15

Postremo omnis via omnisque modus, qui per ipsos cogitari possent, offerebantur eis, dummodo ita ageretur, quod ecclesia non deficeret in promissis et opus istud non fieret irritum.

Tanta denique quorundam extitit passio seu ambitio, ymmo verius cecitas, quod, licet viderent omnibus motivis, que palam dicere audebant, convenienter responderi et satisfieri, et tenor decreti allegaretur, in quo dicitur, quod propter locum tantum bonum negligi non debet, quodque si propter hanc unionem discedere de Basilea oportebat, in qua actu congregati erant, cur non eadem ratione sustinerent non ire Avinionem, in qua adhuc non essent, quamquam pro ea omnis fieri deberet prius diligentia; manere tamen semper in obstinatione voluerunt, et potius cogitare omnem rapture viam, quam a proposito ipsorum desistere, quasi dicere[nt]: concilium in Avinione preferri deberet reductioni innumerabilium animarum et populorum. 25

Quis christianus talia audire non abhorreat? Quis vehementer contra tales non turbetur et fremat, qui tantum bonum, quo certe hoc tempore maius cogitari non potest, propter unum locum vel provinciam volunt prorsus disperdere? 30

Consideret ipse catholicus princeps dux Sabaudie omnia hec, et diligenter discutiat, an aliquibus tumultuosis et clamorosis hominibus, procurantibus tam sanctam impedire unionem et subicientibus ecclesiam tanto scandalo et infamie violantibusque conventiones et pacta faveri debeat, an aliis contraria facientibus.

Iudicet etiam, quantum in mansuetudine et pietate inter hos et illos differat. Illi, nisi in Avinione celebraretur concilium, unionem Grecorum volebant impedire; nostrique, dummodo hec sancta unio fieret, ubicumque celebraretur concilium, nihil omnino curabunt. Quod ex quodam instructionum capitulo, quas oratoribus Constantinopolim dederunt, manifeste colligitur, cuius tenor est talis: 35

*Si forsitan galee ex Nizia cum oratoribus, qui non sunt in Avignone, prevenirent nos in Constantinopoli vel concurrerent, permittatis ipsos agere cum Grecis et in nullo eos im-* 40

2 ipsos] forte melius ipsam. 4 exspectaretur offerebatur. 5 quicquam Ms. 26 dicere Ms. || Avinionem Ms. 37 lege curabant. 40 non] forte ponendum nunc. 41 et] ut Ms.

*pedire. Et si possunt efficere, ut Greci veniant ad loca per ipsos nominanda, habete patientiam, in nullo resistentes, ut omnes intelligant, nos non esse ad impediendum missos, ac nos procedere in hoc negotio recta et sancta intentione, sicut certe est. Nihil enim aliud quesumus nec querimus nisi hoc sanctum opus non pereat, presertim cum obprobrio ecclesie nostre. Si vero illud nequeant obtinere, tunc, ne hec sancta unio impediatur, ne etiam concilium videatur deficere in promissis, prosequamini electionem nostram, ac omni diligentia satagite conducere vobiscum Grecos, quoniam verisimiliter sperandum est, si conveniamus insimul in concilio ycumenico, sequi debere unionem. Si, ut predictum est, ipsi oratores concurrant nobiscum in Constantinopoli, abstinet a iurgiis, contumeliis et contentionibus; sed cum omni modestia patientiaque et mansuetudine iniuncta vobis legitima exequamini in nomine salvatoris nostri Iesu Christi, qui vos feliciter conducat et reducat.*

Huius autem instructionis prefati oratores, dum essent Constantinopoli, non immemores, Grecis liberam dedere facultatem, ut, sive cum nostris sive cum Avinionensium galeis sive in propriis aut mixtim navigarent, dummodo ad aliquem ecclesie Latine tandem descenderent locum. Sed et postquam Basiliensibus innotuit Grecos omnino profecturos Venetias; quam pie cardinalis prefatus Sancte Sabine ipsos Basilienses ad pacem et concordiam ipsis admodum honorabilem, quam tum penitus respuerunt, exhortatus fuerit Basilee, manifestum est.

Advertat tandem dux ipse, nec permittat sibi a quoquam surripi, quasi alii maior pars dicendi sint, aut tanquam maior pars obtinere debea[n]t. Primo enim non sunt censi maior pars, nec quidem vel modica pars, quia cum unanimiter concilium per ordinationem conventionalem disposuerit, quod, nisi Avinionenses infra XXX dies solverent, tunc teneatur concilium procedere ad alterius loci electionem; illi, qui processerunt ad eligendum alium locum, executi sunt id, quod totum concilium ordinavit. Unde ipsi totum concilium representant, cuius ordinationem exequantur. Preterea id quod dicitur: *a maiori parte factum debet obtinere locum secundum canones*, habet, cum maior pars est sanior et cum pauciores nihil rationabiliter in contrarium obiciunt.

Que autem sit sanior pars, satis liquide patet. Erant ibi duo legati cardinales de latere, sanctam Romanam ecclesiam, sedem apostolicam et vicarium Christi representant. Quod si numerentur gradus, dignitates ac merita iuxta communem hominum extimationem, plures ex parte ista fuerunt quam [ex] altera. Oratores qui ibi erant regum, vel omnes pro parte nostra aut saltem ex qualibet legatione pars magna. Nonnulli pro illa fuerunt deliberatione, quod pro loco hoc negotium non deficeret.

Plures, ut audivimus, ex alia parte erant scriptores, notarii, familiares, monachi vagi, et alii litigantes, qui, ut signarentur eorum commissiones, cogebantur quodammodo voces vendere, ymmo et aliqui datas iam pro alio loco quam Avinione revocare, ut quam volebant signaturam obtinerent. Aliqui etiam de sero in mensis aut alio famulatu suis serviebant dominis, vestibus longis induti ad concilium admittebantur. Nonnulli etiam insidias paratas habebant graviter suo principi accusandi, nisi iussum redderent votum. Iubebant enim nonnulli ante in loco certo convenire et ibi cuilibet iniungebant: Vos, de tali deputatione, sequamini votum illius prelati, et vos, de tali, alterius; et sic de reliquis. Non-

10 iniunctam nobis legitimam Ms.

25 *exspectaretur* exequuntur.29 *exspectaretur* representantes.

nulli etiam turmatim, tempore electionis faciende, de patria sua, hac dumtaxat ex causa, venire cogebantur, ut vocum multitudine locus nobis aut Grecis accomodus non eligeretur. Tot artes, conspirationes in hac dei causa, in qua cum magno timore et tremore agendum fuisset, adhibite sunt, quod certe pudet nos referre, quod tamen alios facere non puduit. Ergo per hunc modum, si duo vel tres episcopi vicini concilio vel aliquis 5 potens princeps contra summum pontificem conspirent vel quid aliud obtine[re] moliantur, poterunt tot in paucis diebus personas qualescumque mittere. Omnes enim passim, contra mores antiquorum conciliorum, admittuntur, qui multitudine vocum obtinebunt, quecumque voluerint. Et quid hec a violentia et metu differunt? Quis in talium deliberatione adesse crediderit spiritum sanctum? Sed et quis audeat dicere Romanum pontificem, qui, voce 10 domini, potestatem habet pascendi et corripiendi oves et agnos, vices Christi gerens in terris, facultatemque obtinens, quecumque ligandi et solvendi, cuique commissa ac credita est tota ecclesia, non posse talibus inordinationibus et insolentiis, in pernitiem tendentibus ecclesie, resistere, et illas compescere, sicut adversus quedam concilia a veritate deviantia nonnumquam fecisse legitur? 15

Aliud quoque, ut prediximus, exigitur secundum canones naturali iure fundatum; videlicet quod maior pars aliquid rationabiliter non obiciat. Quid autem magis rationabile est, quam ut id, quod conventionali ordinatione unanimiter concilium ordinavit, necessitate fidei urgente executioni mandetur? Nichil enim magis naturale est, iurique divino et humano consentaneum, quam ut conventa serventur; et bona fides abhorret violari promissa. 20 Etiam fundamentum iustitie fides est, hoc est, dictorum conventorumque observantia. Ideo fides appellata, ut per eum fiat, quod dictum est. Synodalis contio clamat: pax servetur, pacta custodiantur. Cum hec unanimis conventio ad tollendas graves concilii discordias processerit, et talis pax promissione et consensu omnium firmata fuerit, nimis nuper agere videtur, qui contra ill[a]m [presumit]. 25

Quid item rationabilius quam id agere, ne ecclesia dei, que tam solempniter Grecis in loco, in pecuniis, in missione galearum certo tempore se obligavit, argui de perfidia aut violatione promissorum non possit?

Quid tertio magis rationabile, quam omnem dare operam, ut salus tot animarum et innumera bona, que ex hac Grecorum unione sperantur, non pereant? 30

Merito maior pars illa iudicanda est secundum canones, que maiori ratione et pietate innititur.

Et cum nos huic decreto convento cum Grecis, requirente concilio, consenserimus, debitores sumus, ut conventa omnia effectum sortiantur, ne nobis vel ecclesie quidquam ullo tempore imputari posse valeat. 35

Hoc etiam omittendum non est, quod ad detestationis cumulum accedit, cum illi, qui Basilee remanserunt, nos galeas et alia necessaria promissa Grecis parare senserunt, monitorium quoddam, plenum blasphemis et detractionibus, promulgarunt adversus [n]os, illud postea Constantinopolim destinantes, ut Orientales, viso huiusmodi libello famoso,

14 adversis *Ms.* 22 melius eam. 24 nuper] forte superbe. 25 illam presumit] illum presunt *Ms.*  
30 pareant *Ms.* 34 quitquam *Ms.* 35 posset *Ms.* 38 nos] eos *Ms.*

39 cf. textum decreti concilii Basiliensis contra papam, 24 ian. 1438, apud MANSI 29, 165 B-169 D.

futurum in ecclesia nostra suspicarentur scisma, et ab adventu ad partes Latinorum se retraherent. Quod quam miserabile sit ac lacrimabile, ipse dux pro sua sapientia diiudicet.

In quo quidem pretenso monitorio, cum multa inordinate et impetuose et contra omnem iustitiam et rationem acceptaverunt, et hoc proposito, ut unitas catholice ecclesie scinderetur, et adventus atque unio impediretur Grecorum; publica ecclesie necessitate cogente, translationem fecimus illius concilii, et decretum electionis, iuxta predictam unanimum sinodalem conventionem facte innitentes hanc civitatem Ferrariensem, omnibus liberam et securam, pro loco ycumenici et universalis concilii nominavimus. Quam nominationem ipsi imperator et patriarcha ceterique hic existentes Greci gratam habentes, dum pridem synodaliter hic esse sacrum ycumenicum seu universale concilium declaremus (!) sessione, suum publice prestiterunt assensum.

Ad quod quidem concilium omnibus veniendi, in eoque standi ac loquendi et consulendi indeque recedendi, plena ac libera in forma sufficienti tam per nostram quam dilecti filii marchionis Estensis litteras patet facultas.

Quamquam autem his paucis, cum multa dicenda restarent, evidenter iustitiam nostram et huius sacri Ferrariensis concilii explicaverimus, et ex hiis manifeste dux ipse et omnes cuncta ex parte nostra et ipsius synodi rite ac legitime processisse cognoscant; nichilominus, ut magis ac magis nostre mentis sinceritas et perfecta ad pacem et unitatem ecclesie patefiat voluntas nostraque ipse dux, qui princeps catholicus et devotissimus est, maiora apud deum consequatur merita, quo magis pro ecclesia sua laboraverit, valde contenti sumus, ut inter nos et ipsos Basilee residentes omnia, que ad veram pacem et concordiam ac caritatis et benivolentiae reintegrationem spectant, sicut decet inter patrem et filium, se interponat et mediator existat. Nec solum de ipso, cuius fidem et devotionem iam diu experti sumus, sed ut quicumque alius pro honesta ac rationabili concordia laboret, optime contentamur. Honestam enim concordiam et pacem cum omnibus, quantum in nobis est, sicut inquit apostolus, habere semper intendimus.

Offerimus etiam, ut ipse dux ipsis de Basilea omnium eorum, que nos attemptarunt, plenam possit abolitionem promittere, et si voluerint, prout debent, ad hoc sacrum et legitimum proficisci concilium, quamcumque necessariam seu expedientem libertatem ac securitatem, tam in publicis quam privatis negociis, nostro nomine polliceri.

### 138.

*Eugenius IV Cosimo et Laurentio de Medicis declarationem securitatis de pecuniis sibi ab eisdem mutuatis dat.*

*1438 apr. 17 Florentiae.*

*Copia coeva archivii Vaticani, Reg. Vat. 366, 286<sup>r</sup>. Titulus: Obligatio per dominum nostrum facta infrascriptis, etc.*

*Cosimus (Cosimo) et Laurentius de Medici erant filii Iohannis di Bicci (1360-1429).*

20 merito *Ms.*

13 *cf. salvumconductum pontificium die 17 sept. 1437 concessum, in Ep. pontif. I, doc. n. 87, pag. 89-90.*  
15 *salvusconductus a Nicolao marchione Estensi die 14 sept. 1437 datus, editus apud CECCONI, n. 156, pag. 407-409.*  
25 *cf. Rom. 12, 18.*



EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS NOBILIBUS VIRIS COSMO ET LAURENTIO DE MEDICIS CIVIBUS FLO-  
RENTINIS ET EIUS (!) SOCIETATI IN BANDO CURIE ROMANE, SALUTEM ETC.

Cum vos nuper pro nostris et Romane ecclesie necessitatibus nobis mutuaveritis flo-  
renos decem millia auri de camera,

nos cupientes indemnitati vestre, prout decens est, sufficienter providere, de quanti- 5  
tate centum millium florenorum de monte sive quanta est, quam habemus super monte  
civitatis Florentie, quinquaginta millia cum ipsorum fructibus, proventibus et redditibus  
hac conditione vobis obligamus,

ut nisi infra annum a data presentium computandum ipsos decem millia florenorum  
auri de camera vobis restituerimus aut restitui fecerimus, sit licitum vobis, et possitis 10  
tantum de dictis quinquaginta millibus florenorum de monte et eius proventibus vendere  
et cui videbitur vobis, alienare, quod ascendat ad ipsam quantitatem decem millium flo-  
renorum nobis mutuatorum aut ad eam ipsorum partem, quam a nobis dicta de causa  
recipere restaretis. Quam venditionem et alienationem faciendi licentiam vobis et plena-  
riam tenore presentium concedimus potestatem. 15

Datum Ferrarie, XV<sup>o</sup> kal. maii, anno VIII<sup>o</sup>.

### 139.

*Eugenius IV Marcum patriarcham Gradensem propter merita etiam in causa unionis Grae-  
corum habita a solutione taxarum liberat.*

*1438 maii 20 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 374, 271<sup>r</sup>-272<sup>o</sup>. In margine: Blondus. De curia.*

EUGENIUS, ETC. VENERABILI FRATRI MARCO PATRIARCHE GRADENSI, SALUTEM ETC.

Exigit tue fidelitatis affectus, quo nos et Romanam revereris ecclesiam, ut votis tuis  
favorabiliter annuentes illa fraternitatem tuam foveamus gratia, quam tuis necessitatibus  
fore conspicimus oportunam. 20

Sane, cum sepe alias in nostris et ecclesie servitiis persistendo multa subieris incom-  
moda et labores et nuper pro ducendis in Ytaliam carissimo in Christo filio nostro im-  
peratore et venerabili fratre patriarcha Constantinopolitano cum aliis Grecis ad presens  
ycumenicum Ferrariense concilium ultra labores et pericula, que es perpessus, non parvam  
feceris expensam, et ex tuo Gradensi patriarchatu, ad quem te nuper eveximus, parvos 25  
hucusque aut nullos perceperis fructus, ex quibus te decenter valeas sustentare,

1 *ordinarie scribitur* Cosme. 3 necessitatibus *Ms.* 11 quinquaginta *Ms.* 18 quos es *Ms.*

17 *Marcus Condulmer, prius episcopus Tarentasiensis, dein patriarcha Gradensis, ultimo patriarcha (titu-  
laris) Alexandrinus.*

nos tibi conpatientes affectu ac decens et congruum arbitantes, quod in huiusmodi oneris sarcinis levius perferendis caput membro subveniat indigenti, fraternitatem tuam ab omni solutione minorum et onerum servitiorum sive primorum fructuum dicti patriarchatus, de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu liberantes ac penitus absolventes, ut nullam obligationem in camera apostolica iuxta Romane curie stilum et ordines ab omnibus observatos dicta de causa facias aut aliter ad solutionem dictorum minorum et reservationum servitiorum vel primorum fructuum ullo unquam tempore obligatus remaneas, tenore presentium concedimus, volumus et mandamus. Nichilominus mandantes gentibus dicte camere, ut predictorum occasione te nullatenus debeant molestare.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice MCCCCXXXVIII, tertio decimo kalendas iunii, pontificatus nostri anno octavo.

Ia[cobus] Bouron.

140.

*Eugenius IV principes electores Germaniae hortatur, ut pro unitate ecclesie occidentalis conservanda et Graecorum unione praeeparanda vires impendant.*

*1438 maii 28 Ferrariae.*

*Copiae coevae: Giessen, Universitätsbibliothek, codex 650, fasc. 37, 36<sup>r</sup>.  
Ed. Reichstagsakten 13, 1 : 345-346.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILIBUS FRATRIBUS ET DILECTIS FILIIS NOBILIBUS VIRIS ROMANI IMPERII ELECTORIBUS, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Venerunt proximis diebus ad nos dilecti filii Iohannes abbas de Mulbron ordinis Cisterciensis, Heinricus de Erpel praepositus Sancti Severini Coloniensis decretorum doctor, Iohannes de Lysura decretorum doctor et Gregorius Heymburg iuris utriusque doctor, oratores vestri et nonnulla nobis parte vestra dixerunt, ostendencia bonam voluntatem dispositionemque vestram ad pacem unionemque in dei ecclesia conservandam.

Distulimus respondere eis per aliquot dies expectantes, si forte, ut dicebatur, interea venirent oratores carissimi in Christo filii nostri electi in regem Romanorum. Sed cum illi nimis differrent utiliusque videretur ipsos vestros oratores expedire quam retinere, fecimus dictis oratoribus responsionem, cuius copiam mittimus, interclusam. Que quidem talis est, ut non dubitemus eam vobis futuram omnino gratam.

16 *Mulbron = Maulbronn (Württemberg).* 17 *Erpel (Preussen, Regierungsbezirk Koblenz).* 18 *Iohannes de Lysura († 1459) praepositus ecclesiae S. Mariae Moguntiae || Gregorius Heimburg († 1472) laicus acerrimus defensor conciliarismi contra papam fuit.* 23 *salvusconductus pontificius pro oratoribus sacri imperii electorum, 28 maii 1438, in Reg. Vat. 366, 298<sup>r</sup>.* 24 *cf. doc. n. 141 pag. 35-36.*

Quare commendantes nos de optima dispositione nostra in predictis hortamur in domino, ut totis viribus laboretis, quatenus ipsa nostra responsio quantocius executioni demandetur atque omnia tollantur obstacula, per que unitas catholice ecclesie unioque Grecorum turbari possent seu impediri.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice 1438, quinto kalendas iunii, pontificatus nostri anno octavo. 5

A. de Magio.

Venerabilibus fratribus et dilectis filiis viris Romani imperii electoribus.

141.

*Responsum Eugenii IV ad petitionem principum electorum Germaniae de loco novo concilii oecumenici.*

*1438 ca. maii 28 Ferrariae.*

*Copiae coevae sat multae, quas enumeratas habes in Deutsche Reichstagsakten 13, 1 : 343 ; his adiunge codicem bibliothecae Vaticanae : Vat. Lat. 4128, 71<sup>o</sup>.72<sup>r</sup>.*

*Edd. I. B. HORIX, Ad concordata nationis Germaniae integra documenta, fasc. 1 (Bamberg 1775) 213-216 ; WUERDTWEIN, Subsidia diplomatica 7, 151-153 ; Mon. conc. 3, 123-124 ; Reichstagsakten 13, 1 : 343-345.*

*Editionem ultimam sequor.*

RESPONSIO PAPE AD PETITIONEM ELECTORUM IMPERII PRO DANDA ECCLESIE PACE.

Per ea, que nobis prudenter et accurate exposuistis, studium atque diligentiam venerabilium fratrum et dilectorum filiorum sacri Romani imperii electorum ad extinguendum exortas in dei ecclesia dissensiones tutandamque ipsius pacem et unitatem plene intelligimus plurimumque commendamus, propter que apostolica sedes preter divinam mercedem pronior efficitur ad retributionem condignam. Et quoniam ex hiis, que exposuistis, id videbatur eis potissimum ad pacem conferre, ut in alium locum pro ycumenico concilio consentire dignaremur, idem a nobis fieri eorum nomine cum instantia petivistis. 10 15

Ad quod profecto citius et specialius dedissemus responsum, nisi carissimi filii nostri Alberti regis Romanorum illustris aliorumque regum et principum christianorum oratores in dies expectarem, quorum consilia in hac re hoc presertim tempore pretermittenda non sunt. 20

Verum quia nobis et aliis multis hec expectatio videtur, quod maiores possit difficultates rebus agendis inferre, respondendum duximus, quod

quamquam hic concilium ycumenicum legitime sit iam inchoatum (!) et loci huius mutatio posset facile sanctam Grecorum unionem evertere et propterea de alio loco non videatur necessaria consideratio, nichilominus ob vestram et aliorum instantiam equum esse iudicavimus, ipsius regis Romanorum et aliorum regum et principum, de quorum oratoribus 25

2 vestra responsio Ms. 3 omnia] omnino Ms.

ad nos infra paucos dies destinandis notitiā habuimus, in ea re querere et prestolari consilia, ut sic tam ardua res, quanto maiori totius ecclesie unanimitate sit, tanto salubrius dirigatur.

Quamobrem hortamur et requirimus prefatos electores, ut interea apud eundem regem  
 5 Romanorum, cui etiam super eadem re scribimus, in aliquo idoneo Germanie loco con-  
 venire velint, ad quem nos legatos nostros constituimus destinare, de sincera nostra in-  
 tentione et mente promptissima ad conservationem pacis ecclesie, ad felicem consumma-  
 tionem desiderate unionis Grecorum, necnon de nostra innocentia et iustitia plenissime  
 informatos, qui in nostris iustificationibus auditi, potestatem habebunt, eorum interventu  
 10 per omnem honestam viam concordiam practicandi, tractandi et amplectendi et, si aliter  
 dissensio sopiri non possit, et expediens sit et rebus gerendis accomodum, de alio tuto  
 et libero loco, quantum in nobis est, etiam agendi, tractandi et concludendi, ut sic cum  
 caritate et pace ad expeditionem unionis Grecorum et aliorum operum sanctorum pro-  
 cedatur.

15 Ad id vero quod postulastis, ut ab ulteriori processu contra existentes in Basilea  
 abstinere dignaremur, respondemus,

quod nos adversus eos nunquam aliquid nisi necessitate compulsi fecimus et, licet  
 quotidie sedi apostolice, nobis et nostris, intolerabilia gravamina per eos inferantur, tamen  
 pro bono pacis libenter condescendimus, si prefati electores sic provideant, quod ipsi de  
 20 Basilea ab inceptis gravaminibus et aliis novitatibus supersedeant.

Quod si per illos aliter attemptatum fuerit, exnunc coram deo et hominibus de nostra  
 sinceritate et, quod per nos pax et unitas ecclesie non deficit, protestamur.

#### 142.

*Eugenius IV ducem Saxoniae hortatur, ut pro unitate ecclesiae conservanda et Graecorum  
 unione praeeparanda laboret.*

*1438 maii 28 Ferrariae.*

*Copia coeva: Dresden Hauptstaats-Archiv., loc. 4369, Wittenberg Ges.-Archiv, Religions-  
 sachen A, 93<sup>r</sup>.*

*Ed. Reichstagsakten 13, 1: 345-346.*

*Documentum eiusdem tenoris ac bulla praecedens est.*

#### 143.

*Eugenius IV partem dimidiam oblationum pro ecclesia Montisrolandi in Burgundia sita  
 dispositioni pontificiae in auxilium Graecorum assignat.*

*1438 iun. 11 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 365, 162<sup>r</sup>-163<sup>r</sup>.*

17 necessitate *Mss.* 18 intollerabilia *Mss.*

5 epistola Eugenii IV Alberto regi scripta a me inventa non est.

## EUGENIUS ETC. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Animarum salutem ac fidei catholice fideliumque omnium defensionem, ecclesiasticorumque locorum conservationem intensis desideriis affectantes ad ea libenter intendimus, per que hostium eiusdem fidei reprimantur conatus, coneratur protervia, et loca ipsa debite reparari valeant et etiam conservari, et ad hoc christifideles indulgentiis, videlicet 5 aliis spiritualibus premiis invitamus.

Sane ex debita caritate, qua cunctos christifideles cum omni sinceritate complectimur, amarissime dolere et dolorem nostrum publicum deducere cogimur, quod, sicut ex fidedigna relatione percepimus, immanissimi Christi nominis hostes, quos vulgo Turcos appellant, magnam classem parare dicuntur iuxta maritimas regiones, ut civitatem Constantinopolitanam oppugnent nunc in absentia carissimi in Christo filii Iohannis Paleologi Romeorum imperatoris ad impediendam Occidentalis et Orientalis ecclesie, que iam in foribus esse videtur, exoptatissimam unionem, que quantum vergant in dedecus et pernitiam nominis christiani, cuilibet sane mentis huiusmodi manifestissimum esse debet. 10

Nos igitur ad repressionem Turcorum prefatorum civitatisque predictae defensionem 15 cum aliunde providere, prout cupimus, causante temporum malitia nequeamus, quas possumus facultates impendere cupientes ac etiam volentes, ut ecclesia sive capella Montisrolandi Cluniacensis ordinis Bisuntine diocesis sub temporali dominio dilecti filii nobilis viri Philippi ducis Burgundie constituta, que olim per Rolandum clare memorie Caroli Magni Romanorum imperatoris et Francorum regis illustris nepotem ad laudem et gloriam omnipotentis dei sub eius genitricis nomine et honore honorifice constructa et dotata ac per beatum Martinum confessorem eximum Turonensem archiepiscopum, ut asseritur, consecrata fuit, et ad quam ob crebra miracula, que inibi bonorum omnium opifex per ipsius genitricis intercessionem operari solitus est, christifidelium magna confluit multitudo, 25 in suis structuris et edificiis, que iam collapsa sunt, reparetur et conservetur, et ut fideles ipsi eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad defensionem, subventionem ac reparationem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie conspexerint se refectos, prefati ducis etiam in hac parte supplicationibus inclinati,

de omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritae confisi omnibus vere penitentibus et confessis ac in nostra et Romanorum pontificum canonicis 30 intransant devotione persistentibus, qui a primis vespere vigilie usque ad secundas vespere festivitatis pentecostes dictam ecclesiam sive capellam devote visitaverint annuatim et ad defensionem, subventionem et reparationem huiusmodi iuxta suarum facultatum exigentiam manus porrexerint adiutrices, ut confessor idoneus, quem quilibet ipsorum duxerit eligendum, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contritus et ore confessus fuerit, 35 semel tantum in mortis articulo sibi plenam remissionem auctoritate apostolica concedere valeat, tenore presentium indulgemus,

ita tamen, quod idem confessor de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, ipsis per se vel per heredes suos faciendam iniungat, quam illi facere teneantur. Et ne,

3 affeccantes Ms. 8 ante publicum supplendum esse videtur in.

17 de sanctuario Montisrolandi (Montroland, iuxta Dôle in diocesi Besançon) cf. Dictionnaire d'histoire et de géographie, VIII, col. 1160. 19 Rolandus, paladinus Caroli Magni, † 15 aug. 778. 22 S. Martinus, episcopus Turonensis (Tours) annis 573-594.

quod absit, reddatur aliquis propter premissa proclivior ad illicita imposterum committenda, volumus, quod, si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte committeret, quoad premissa presens concessio nullius sit roboris ve' momenti.

Et nichilominus, ne ipsi visitantes propter confessorum carentiam huiusmodi concessionis efficiantur exortes et ut eorum conscientis serenandis facilius satisfiat, dilecto filio...  
5 priori eiusdem ecclesie sive capelle pro tempore existenti auctoritate apostolica deputandi aliquos sacerdotes ydoneos seculares vel regulares, de quibus sibi videbitur, qui in vigilia et festo huiusmodi sibi confiteri volentium peccata audire et eos etiam in casibus minorum penitentiariorum in Romana curia residentium absolvere et penitentiam salutarem pro  
10 modo culpe iniungere valeant, plenam et liberam concedimus auctoritate apostolica facultatem.

Volumus autem, ut medietas oblationum, que ad ipsam ecclesiam sive capellam per huiusmodi fideles offerri contigerit, in utilitatem dicte ecclesie, reliqua vero medietas in auxilium et defensionem Grecorum contra ipsos Turcos iuxta dispositionem nostram penitus convertatur, presentibus usque ad septennium a data presentium computandum tantummodo valituris.  
15

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo octavo, tercio idus iunii, pontificatus nostri anno octavo.

Registrata gratis de mandato domini nostri pape.

20

Poggius.

## 144.

*Eugenius IV Iohannem imperatorem Aethiopiae de Graecorum Ferrariam adventu certiozem facit eumque hortatur, ut aliquem episcopum regionis suae ad concilium mittat.*

*1438 iun. 15 Ferrariae.*

*Diploma orig.: Ferrara, Chiesa di San Gerolamo; documentum inter reliquias Beati Iohannis Tavelli da Tossignano, episcopi Ferrariensis (1431-1446) asservatur, bullam plumbeam papae habet. A cl. viro Mario BOSCHETTI inventum est, mihi que benigne ab eo permissum est, ut illud ederem.*

*Versio italica moderna huius documentis ab eodem in periodico L'Oriente Cristiano e l'unità della Chiesa 3 (1938) 50-52, edita est.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, CARISSIMO IN CHRISTO FILIO PRESBITERO IOHANNI REGI AC IMPERATORI ETHYOPIE ILLUSTRIS, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Accepimus iam pridem, gloriosissime princeps, quenam sit tue excellentie et totius tue gentis quantaque religio, ut sancti Christi nomen apud vos constantissime floreat, sed  
25 et nunc acceptis per dilectum filium fratrem Antonium harum portitorem tam letis nuntiis

*5 post filio parvum spatium vacuum habetur, ubi nomen rectoris ecclesiae supplendum esse videtur.*

*25 Quis sit frater Antonius, mihi non constat. Fuitne monachus abessinus? Fuitne aliquis religiosus latinus, ex. gr. ordinis Minorum? Forte fuit membrum ordinis equestris S. Iohannis.*

egimus omnipotenti deo gratias, cuius providentie nutu universalis ecclesie cura nobis commissa est.

Neque enim ignorare potest serenitas tua sanctam Romanam ecclesiam caput esse et matrem ecclesiarum omnium, in qua sancti apostoli et apostolorum principes Petrus et Paulus in suis reliquiis requiescunt. 5

Et cum Petro data sit a domino potestas ligandi atque solvendi et ecclesie cura specialiter commissa fuerit a domino, dubium esse non debet Romanos pontifices omnes Petro in universalis ecclesie gubernatione succedere omnesque per orbem terrarum christianos ad illorum generaliter pertinere curam.

Acceptis itaque, ut dictum est, tam letis rumoribus, nactique occasionem idoneam 10 scribendi, has litteras ad gloriam tuam dare decrevimus, confidentes in domino serenitatem tuam ex his consolationem percepturam nobisque responsuram pro solatio nostro et totius Occidentalis ecclesie gaudio.

Atque ut a gaudio sumamus initium, significamus glorie tue Grecorum ecclesiam in carissimo in Christo filio Iohanne Paleologo Romeorum imperatori (!) illustri et venerabili 15 fratre nostro Ioseph patriarcha Constantinopolitano aliisque pontificibus plurimis deo auctore ac duce ad nos pervenisse, ut sub universali (!) celebratione concilii nobiscum uniantur et diurni scismatis contentione sum[m]ota inhereant nobis, fiatque catholici dogmatis una consensio, iungantur una compage dilectionis et fidei; suscepimus illos grate admodum et ut viscera nostra a nobis evulsa materno sinu confovimus atque amplexati sumus, 20 neque nisi facta unione et fidei catholice subsecuta concordia, ut in dei clementia sperandum est, a nobis recessuri sunt.

Aderit, ut speramus, omnipotentis dei misericordia et gratia, que felicia cepta ad optatissimum finem in laudem et gloriam nominis sui magna cum nostra et ecclesie exultatione perducatur. Qua de re tua quoque pietas gratulari multum debet ac deo gratias 25 agere in ecclesie sue letis secundisque successibus. Proveniet ex hac unione nostra, ut certe presumimus, honor divini nominis, propagatio catholice fidei, temporum quies, animarum salus, impiorum atque infidelium terror, qui oculo (!) dei tremendoque iudicio pro dolor omnem quasi illam regionem, in qua christiana religio dudum gloriosissime floruit, subactam obtinent. 30

Utinam vel regionum vel temporum conditio sineret, ut ad nos tue quoque serenitatis legati venire possent vel nos ipsi mittere ad te ulla ratione possemus; magno certe cum studio id faceremus, tuamque serenitatem similiter facturam, si facultas et commoditas ulla adsit, non ambigimus; quod quia facilius longe tue excellentie fore quam nobis arbitramur, celsitudinem tuam etiam atque etiam ex corde precamur, ut ad nos atque ad 35 sanctam sedem apostolicam aliquem ex episcopis gentis tue mittere placeat bene instructum, qui vestre fidei symbolum ferat, ut concordet in fide nobiscum gratulari merito possimus.

Novit enim sapientia tua sine fidei rectitudine deo nos placere non posse et nichil eque decet christianum principem, que ut recte fidei normam et ardentem exquirere et invicta tenere constantia. 40

18 sumota *Ms.* 19 illas *Ms.* 31 Utinam *Ms.* 39 *expectaretur* quam recte.

3 *cf. cap. 5 concilii Lateranensis IV (1215) apud DENZINGER 436.*

Itaque catholice et integerrime fidei regulam Romana ecclesia semper et inviolabiliter tenuit et gentibus cunctis et regnis constantissime tradidit. Cupientes igitur, gloriosissime princeps, christianum imperium tuum ante omnia fidei sinceritate pollere, quia hoc iacto et posito fidei fundamento feliciter cuncta successura dubium non est.

5 Et credimus te per omnia de divinitate Verbi ac humanitate, de trinitatis unitate reliquisque dogmatibus pie recteque sentire, sed erit gratissimum istud ex studio quoque tuo recognoscere, ut uberiores deo gratias referre possimus et maiori constantia illius orare clementiam cursuique felicitatis tue felices precari auras. Comperimus quidem certis referentibus nunciis excellentiam tuam ex maiorum tuorum instituto cupere ardentem infideles Sarracenos ex Egypto depellere et christianis habitandas regiones illas tradere,  
10 que possidentur a barbaris, immo sancta quoque adire loca, ut pulsa inde labe barbarica christiani populi ibi habitatio fiat.

Digna profecto christiano principe summoque imperatore cogitatio et quam satis digne pro merito nullus admirari possit; nobis certe ex huiusmodi tua cogitatione tantum iocunditatis accessit tantumque bone spei, ut pre ingenti ad eam rem desiderio iam illam diem  
15 nobis videre videamur, iam rumores letos haurire putamus, quibus renuntietur nobis gloriam tuam eo descendisse gentemque impiam atque barbaram illuviem atque perfidiam inde magna exterminare constantia et eximia virtute conferre.

Age itaque, princeps gloriosissime princeps, sanctam istam cogitationem, piissimum  
20 hoc institutum tota fide complectere omnique intentione proseguere, iam iam aggredere, quod pie instituisti nec dubitamus Christi gratiam tibi affutam prebituramque plenam de impietate illa victoriam; subministrabit dominus Ihesus Christus pugnantibus vires, hostiumque de sui natura molles atque effeminatos animos franget viresque enervabit, qui pro sui nominis gloria et honore dimicantes protegere ex alto semper consuevit impiosque  
25 terrere atque prosternere.

Neque certe dubitare debet excellentia tua, princeps inclite, si quando pervenerit ad nos pietatem tuam eo pervenisse, nostrarum quoque partium populos excitandos ad suffragia conferenda pro viribus, cum sint et in occiduis regionibus exercitus minime ignavi et contempnendi, qui a christianis principibus deo duce et comite, si senserint descensum serenitatis tue, eo mittantur, auxilio futuri et a nobis quoque spiritualibus instruendi armis  
30 atque telis atque apostolica benedictione deducendi, vel si quod aliud gratius fuerit suffragii genus et nos certiores feceris, id libentissime promptissimeque exhibebimus. Id denique hortamur in domino celsitudinem tuam, id pio monemus affectu, ut in hoc sacro proposito sanctoque instituto persistat ardentem et firmiter culmen imperii tui plenissimamque et eternam retributionem exportet a Christo domino presentique in vita felices  
35 perpetuosque successus et in futuro seculo premia sempiterna.

Nosque te ut filium apostolica benedictione proseguimur felicesque serenitati tue precamur auras atque prosperos eventus.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo octavo,  
40 tavo, decimoseptimo kal. iulii, pontificatus nostri anno octavo.

L. Therunda.

13 *prius erat scriptum imperatori, sed iam a prima manu correctum in imperatore.*

11 *de relationibus Aethiopiae cum Terra Sancta (Palaestina) cf. E. CERULLI, Etiopi in Palestina. Storia della comunità etiopica di Gerusalemme, I (Roma 1943).*



## 145.

*Eugenius IV proventus mensae episcopalis Poznaniensis pro uno anno camerae apostolicae assignat, ut expensis pro causa unionis Graecorum subveniri possit.*

*1438 iun. 23 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, secundum quam Leo Allatius in codice Barber. Lat. 878, 52<sup>o</sup> — 53<sup>r</sup> textum praebet, a me inventa non est.*

## EUGENIUS ETC. AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Etsi circa quorumlibet Christi fidelium subventiones, dum necessitas urget et negotiorum ac temporum qualitas persuadet, optimis relevationibus et temporalium rerum subsidiis providemus, dignum quinimo debitum et congruum reputamus, ut quotiens camera apostolica ultra vires pro universali presertim commodo expensarum oneribus pre- 5 gravetur, ei de congruo subventionis auxilio aliquoqualiter succurramus.

Nuper siquidem cum ecclesie Pocznaniensi tunc pastore carenti de persona dilecti filii Andree electi Pocznaniensis de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica intendemus providere, nos attendentes, quod onera in partes divisa levius supportantur, ac considerantes, quod camere predictae, que propter calamitates et malitiam ingruentium 10 temporum in facultatibus suis erat, prout est, plurima diminuta, ad expensarum onera subeunda, que in necessaria christiane fidei sacratissima videlicet unione Occidentalis et Orientalis ecclesie pro sustentatione carissimi in Christo filii nostri Iohannis Romeorum imperatoris illustris necnon venerabilis fratris nostri Ioseph patriarche Constantinopolitani et aliorum Grecorum hic in Ferrariensi oecumenico concilio una nobiscum congregatorum 15 divina gratia concludenda et stabilienda necnon manutentione et defensione civitatis Constantinopolitane necessaria fore dignoscebantur, non suppeterent facultates,

nos, ne tantum bonum propterea impediri posset, decrevimus una cum venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus, unde honeste possumus procurare suffragia, et propterea matura deliberatione prehabita, de eorundem fratrum consilio 20 fructus, redditus et proventus mense episcopalis Pocznaniensis pro anno presenti dumtaxat in huiusmodi expensarum subventionem et participationem onerum predictorum realiter convertendos et eidem camere assignandos auctoritate apostolica reservavimus, constituimus et etiam deputamus, decernentes eandem mensam ad traditionem fructuum, reddituum et proventuum huiusmodi iuxta reservationis constitutiones et deputationes pre- 25 dictarum tenore presentium esse efficaciter obligatam.

Nulli ergo etc. Si quis etc.

Datum Ferrariae, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo octavo, kal. iulii, pontificatus nostri anno octavo.

## 146.

*Eugenius IV Bartholomaeum abbatem monasterii S. Nicolai de Littore ordinis S. Benedicti collectorem apostolicum in republica Veneta constituit, ut camerae apostolicae expensis pro causa Graecorum unionis oneratae subveniri possit.*

1438 iul. 6 Ferrariae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 9-9°. In margine: Poggius. Commissio. De curia.*

EUGENIUS DILECTO FILIO BARTHOLOMEO ABBATI MONASTERII S. NICOLAI DE LITTORE ORDINIS S. BENEDICTI CASTELLANENSIS DIOCESIS, SALUTEM ETC.

Novit ille scrutator almus cordium, quod summa nos angit anxietas et diuturna premit molestia, cogitantes ad exiles nostras et camere apostolice facultates, ut cogamur eciam  
 5 inviti et in summis ecclesie necessitatibus ceterorum auxilium implorare.

Nam cum nos tam pro Grecorum accessu, prout notum est omnibus, ad hoc sacrum Ferrariense concilium quam pro defensione et custodia civitatis Constantinopolitane ac eciam continua eorum sustentatione usque in presens tempus magna subierimus onera expensarum, nunc adeo temporum causante malicia sumus pecuniis exhausti atque exi-  
 10 naniti, ut necessitas nos, non voluntas impellat, ut fratres et filios nostros, quos ab oneribus relevare et quorum commoda procurare precipue optaremus, ad parcienda nobiscum hec expensarum gravamina in hac tam pia causa excitemus;

de tua igitur probitate ac fide et in agendo experientia plurimum in domino confidentes ac sperantes, quod ea, que tibi agenda commiserimus, exequeris laudabiliter etiam  
 15 et diligenter, tibi hortandi, requirendi omnes et singulos archiepiscopos, episcopos et prelatos quoscumque in dominio dilectorum filiorum nobilis viri Francisci Foscari ducis ac communis Veneciarum constitutos ad subveniendum et mutuandum nobis et camere apostolice in hoc necessitatis articulo aliquam, prout eorum facultates tulerint, pecuniæ quantitatum(!), ac pro huiusmodi pecuniis sic mutuo acceptis nos et cameram apostolicam ad  
 20 restituendum istas pecunias infra terminum, de quo tibi videbitur, legitime obligandi,

ac eciam ab omnibus et singulis, qui ad generalia concilia venire tenentur de consuetudine vel de iure, qui ad hoc Ferrariense concilium iuxta mandatum eis factum minime accesserunt, quantum in veniendo in termino eis prefixo morando in co[n]cilio  
 25 expendissent, ab illis vero, qui accesserunt et postea de nostra licentia redierunt, si ad redeundum ad illud forsán gravarentur, aliquam honestam et condecentem summam iuxta compositionem per te cum illis faciendam, prout tue videbitur conscientie, auctoritate nostra petendi, exigendi et recipiendi,

necnon cum prelatiis episcopis similiter huiusmodi summis per te prefatis ex causis petendis pro ea quantitate, qua(!) tibi videbitur, componendi ac eos ad solvendum pecuniarum  
 30 quantitates huiusmodi eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam cogendi et compellendi,

insuper convenciones quasdam et pactiones per te vel alios de mandato nostro cum venerabilibus fratribus nostris Veronensi et Feltrensi episcopis factas pro eo, quod se

1 lictore Ms. 3 struator Ms. 7 consilium Ms. || Constantinopolitana Ms. 10 neccessitas Ms. 18 neccessitatis Ms. || facultas tulerint Ms. 21 consilia Ms. 24 qui] que Ms.

1 monasterium S. Nicolai de Littore ordinis S. Benedicti, quod anno 1770 fuit suppressum (S. Nicolò in Lido, Venezia). 2 dioecesis Castellanensis (Venezia).

olim ad concilium Basiliense minime contulerunt, execucione debite demandandi, ac ea, que secundum pactiones et convenciones huiusmodi debent, petendi et recipiendi ac de receptis nostre camere apostolice nomine quitandi,

ac omnia et singula agendi, faciendi, que circa premissa necessaria seu oportuna pro eorum execucione cognoveris expedire, 5

ita tamen, ut omnes huiusmodi pecunie per te recipiende pro Grecorum ipsorum sustentacione ac pro nonnullis aliis debitis ex eorum adventu contractis solummodo exponantur, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem et etiam potestatem.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo [oc]tavo, quarto nonas iulii, pontificatus nostri anno octavo. 10

N[icolaus] de Carbonibus.

### 147.

*Eugenius IV Ludovicum archiepiscopum Rothomagensem hortatur, ut pecunias pro causa unionis Graecorum collectas Iohanni mercatori Rothomagensi eique ad hoc a sancta sede deputato assignet.*

*1438 iul. 31 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 12°; copia Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 52°.*

*In margine: Poggius. Mandatur, ut tradat pecunias, quas ipse arrestavit, per indulge[n]tias, Iohanni mercatori in Ro[h]omago. De curia.*

*Ludovicus archiepiscopus iam 31 dec. 1437 commissionem pontificiam accepit ad pecunias, quae ex indulgentiis per synodales Basilienses concessis provenerant, arrestandas; cf. Reg. Vat. 374, 215°-216°.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI LUDOVICO ARCHIEPISCOPO ROTHOMAGENSI, SALUTEM ETC.

Videmus in dies iugiter tuam erga nos singularem affectionem et fructuosa opera, que per tuam diligentiam et virtutem nobis et sedi apostolice quotidie impenduntur, pro quibus tuam fraternitatem meritis laudibus commendamus. 15

Id autem recte fecisti, quod pecunias, que provenerunt ex indulgentiis per Basilienses concessis pro causa Grecorum, arrestasti.

Cum ergo nos tam pro adventu carissimi in Christo filii Grecorum imperatoris ac patriarche Constantinopolitani aliorumque prelatorum et nobilium, qui ad hoc sacrum icumenicum concilium accesserunt, quam pro ipsorum sustentacione magnas expensas subierimus, et in dies subire oporteat, ad que sustinenda camere apostolice non suppetunt facultates, cumque pro hac sola causa ipse pecunie fuerint errogate, volumus tibi, tenore presentium mandamus tibi, ut pecunias ipsas per te arresta[ta]s tradas et assignes vel tradi et assignari facias dilecto filio Iohanni de G . . . as mercatori in Rothomago, cui disposuimus, quod de prefatis pecuniis fieri velimus, et, si per te dictas pecunias tradi et assignari contigerit, ut prefertur, te ac heredes et successores tuos de ipsis te 20

*2 passiones Ms. 9 tricesimo ctovo Ms. 22 exspectaretur volumus et tenore. 24 aliquae litterae in vocabulo G . . . as propter defectum ipsius cartae desunt.*

nore presentium quietamus, finimus, et eciam liberamus, volentes, ut nullam rationem de eis imposterum alicui reddere tenearis, verum quantitatem pecuniarum huiusmodi, que sic vobis per consignacionem huiusmodi provenerint, per publicum instrumentum significare procures, ac eciam litteras de receptione huiusmodi pecuniarum a dicto mercatore  
5 recipias duplicatas, quas eciam ad cautelam nobis te volumus destinare.

Datum Ferrarie. anno incarnationis dominice MCCCCXXXVIII, pridie kal. augusti, pontificatus nostri anno octavo.

Io[hannes] Sinodi.

148.

*Eugenius IV Fredericum ducem Austriae hortatur, ut ad dietam Norimbergensem profisciscatur et ibidem auctoritatem sedis apostolicae defendat.*

1438 aug. 12 Ferrariae.

*Diploma orig.: Wien, Haus-Hof-Staatsarchiv. Bulla plumbea adest.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO FEDERICO DUCI AUSTRIE,  
10 SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum venerabiles fratres et dilecti filii sacri Romani imperatoris electores nobis per suos oratores cum instantia supplicaverunt, ut in alium locum ab isto pro ycumenico concilio consentire, etiam et ab inceptis processibus contra aliquos, qui Basilee in scandalum ecclesie remanserunt, abstra[h]ere dignaremur, que quidem etiam ut certi reddebamur,  
15 petitura erant oratores carissimi in Christo filii nostri Alberti regis Romanorum illustris, nosque de consensu venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium eisdem, prout in copia presentibus introclusa continetur duxerimus respondendum;

tuam nobilitatem hortamur atque requirimus, ut ad dietam, quam in responsio[ne] predicta postulavimus, que postea apud Nurimbergam ordinata est, personaliter te con-  
20 ferre velis, et iuxta tuam et progenitorum tuorum fidem atque devotionem sancte sedis apostolice auctoritati favere ac iustitie et innocentie nostre assistere studeas, quemadmodum plene confidimus atque speramus, ut sic per tuam et aliorum principum assistentiam pestiferum illud et inveteratum scisma in natione Germanie tantis tamque piis laboribus extinctum paucorum quorundam hominum odio et ambitione non solum in  
25 eadem natione non renovetur, sed pax detur ecclesie et unitas maneat illibata. Super quibus devotioni tue latius dicet dilectus filius Gherardus Sucgerorde canonicus Sancti Stephani Maguntinensis familiaris noster.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo octavo, quarto id. augusti, pontificatus nostri anno octavo.

B. Palavicinus.

*A tergo:*

30 Dilecto filio nobili viro F[r]ederico duci Austriae.

Blondus.

4 licteras Ms.

<sup>9</sup> *Fredericus dux Austriae, rex Germaniae* (Fridericus III, 1440-1493), 1452 coronatur imperator. 19 *De dieta Norimbergae anno 1438 habita cf. ea, quae disserui in libro Papato, conciliarismo, patriarcato (1438-1439) 9 sqq.*

## 149.

*Eugenius IV processus contra aliquas personas ecclesiasticas et saeculares a synodalibus Basiliensibus factos annullat.*

*1438 aug. 29 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 10<sup>r</sup>-11<sup>r</sup>. In margine: Cincius. Revocatio processuum actorum per Basilienses contra infrascriptos. Gratis, de mandato domini nostri pape.*

## EUGENIUS ETC. AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Ex apostolice nobis desuper iniuncto servitutis officio ad ea libenter intendimus, per que persone ecclesiastice a perversorum conatibus preserventur et repressis molestiis ac inde vite gravaminibus quibuslibet sub cultu iustitiae in pacis mansuetudine conquiescant.

Dudum siquidem ex certis rationabilibus causis tunc expressis civitatem Ferrariensem pro generali concilio etiam ycumenico celebrando nominavimus et deputavimus ipsumque concilium ad omnes et singulos actus, pro quibus in civitate Basiliensi tunc congregatum erat, ad dictam civitatem Ferrariensem transtulimus et translatum esse declaravimus, ac inter alia sub excommunicationis pena, quam contrafacientes incurrere voluimus ipso facto et a qua nullus nisi in mortis articulo dumtaxat constitutus ab alio preterquam a nobis absolvi posset, districtius inhibuimus, ne in Basiliensi civitate aut alibi preterquam in dicta civitate Ferrariensi ex tunc in antea concilium aut aliquis actus conciliaris tene- retur seu aliquod officium ad ea subordinatum exerceretur, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter con- tingeret attemptari.

Et deinde videlicet quinto idus aprilis ultimo preteriti sacrosancta sinodus in prefata civitate Ferrariensi in spiritu sancto legitime congregata in eius sessione publica ac in maiori Ferrariensi ecclesia, in qua tunc presidebamus, omnia et singula supradicta inter cetera ratificavit, confirmavit et solemniter approbavit, prout in diversis nostris desuper confectis litteris plenius continetur.

Cum autem, sicut accepimus post nominationem, deputationem, translationem, inhibitionem, approbationem et confirmationem huiusmodi nonnullae ecclesiastice persone dei ecclesiam et universum populum christianum ausu sacrilego perturbare satagentes in prefata tunc civitate Basiliensi consistentes et generale inibi concilium fore minus veraciter pretendentes seu alius vel alii ipsorum suffulti suffragio ex pluribus et diversis tunc per ipsos confectis causis, coloribus et occasionibus nonnullos processus, diversas excommunicationum, suspensionum, interdicti ac privationum aliasque sententias, censuras et penas in se continentes contra dilectos filios Iohannem Griboval archidiaconum Magnicaleti in ecclesia Rotomagensi cubicularium nostrum ac vicarium dilecti filii nostri Francisci tituli

3 a] ad Ms. 24 inhibi Ms.

20 cf. Ep. pontif. II, n. 21-23 pag. 135. 29 Rotomagensi (Rouen).

Sancti Clementis presbyteri cardinalis administratoris perpetui ecclesie Bisuntine, et Guil-  
 lermum Crapolleti canonicum et officialem Bisuntinum, et Guillelmum Tarnolleti sigilli-  
 ferum necnon Iohannem de Nauto procuratorem curie archiepiscopalis Bisuntine, et Mi-  
 cha[e]lem Verecundeti, presbyteros atque Guidone[m] de Firmitate necnon Guidonem  
 5 Lounaton, ac Iacobum Salvagravi et Iohannem Verviti necnon Iacobum Salvagravi laicos  
 dicti cardinalis in prefata curia officiales et quosdam alios sub eisdem processibus com-  
 prehensos ordinarint, fecerint, fulminarint et publicarint ac fieri, fulminari et publicari, nec-  
 non iuxta eorum posse exequi mandaverint in suarum animarum periculum ac status  
 ecclesiastici scandalum et perniciosum exemplum et plurimorum,

10 nos processuum ac sententiarum, censurarum et penarum et aliorum in illis conten-  
 torum tenores necnon causarum, colorum et occasionum huiusmodi qualitates et quantitates  
 presentibus pro repressis habentes illosque omnes et quecunque inde secuta irrita, prout  
 fuerunt et existunt ac inania reputantes ac super eis vicario, officiali, sigillifero, procura-  
 toribus et officialibus et aliis sub illis comprehensis huiusmodi et eorum statui etiam ad  
 15 habundantiorem cautelam providere volentes motu proprio, non ad aliquorum seu alicuius  
 eorum nobis desuper oblate petitionis instantiam processus predictos ac omnia et sin-  
 gula in eis contenta et inde secuta nequiter et de facto emanasse nulliusque roboris vel  
 momenti fuisse et existere necnon vicarium, officialem, sigilliferum, procuratorem, officiales  
 et alios sub processibus comprehensos huiusmodi vel eorum aliquem nullam ex sententiis,  
 20 censuris et penis predictis ac inhabilitatem vel infamie maculam incurrisse aut incurrere,  
 auctoritate (!) apostolica ex certa scientia tenore presentium declaramus.

Volentes pariter et statuentes, quod processus, in illis contenta et inde secuta pre-  
 dicta in omnibus et per omnia nulla et invalida reputentur et reputari debeant et exi-  
 stant, proinde ac si illa nullatenus emanassent. Et nihilominus eosdem vicarium, officialem,  
 25 sigilliferum, procuratorem, officiales, et alios pro ipsorum secur[i]ore statu ab omnibus et  
 singulis sententiis, censuris et penis prefatis eadem auctoritate ad huiusmodi cautelam  
 absolvimus et etiam liberamus ac ad famam, honores et dignitates necnon in pristinum  
 statum et in quo antequam ipsi processus fierent, existebant, necnon clericos ex eis ad  
 beneficia per eos obtenta et obtinenda quecunque, quotcunque et qualiacunque reponi-  
 30 mur, resumimus, habilitamus, et totaliter reintegramus ac cum prefatis clericis super irre-  
 gularitate, si quam premissorum occasione quomodolibet incurrisse videntur, auctoritate  
 predicta dispensamus.

Non obstantibus premissis etiam si de illis specialis et expressa ac de verbo ad ver-  
 bum presentibus habenda sit ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon ec-  
 35 clesiarum, in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint iuramento, confirmatione apostolica  
 vel quacunque firmitate alia roborata, statutis, consuetudinibus ceterisque contrariis qui-  
 buscunque. Nulli igitur etc. Si quis autem etc.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo  
 octavo, quarto kal. septembris, pontificatus nostri anno octavo.

40

Io[hannes] Belier.

33 spetialis *Ms.* 34 sit] sic *Ms.*1 ecclesie Bisuntinae (*Besançon*).

## 150.

*Eugenius IV decimas pro sustentatione Graecorum imponit, cum approbatione concilii Ferrariensis.*

*1438 sept. 1 Ferrariæ.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 34<sup>o</sup>-35<sup>o</sup>; cum titulo: Impositio decime pro sustentatione Greecorum.*

EUGENIUS ETC. VENERABILIBUS FRATRIBUS GUILLERMO PEDONENSI ET IOHANNI NANNETENSI EPISCOPIS AC DILECTO FILIO THEOBALDO GUILIEMOCI CUBICULARIO NOSTRO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Dudum Basiliense concilium pro unione Greecorum cum ecclesia Latina renovanda carissimo filio Iohanni Paleologo Romeorum imperatori ac venerabili fratri nostro Ioseph patriarche Constantinopolitano expensas pro ipsis cum septingentis personis in veniendo ad locum ycumenici concilii et ibidem stando indeque redeundo ad civitatem Constantinopolitanam proque duabus galeis et trecentis balestariis in dicta civitate, quandiu imperator causa concilii inde abesset, ad ipsius urbis custodiam mansuris synodali decreto spondit,

et cum ad tam urgens perficiendum opus inmensa pecuniarum quantitas necessaria videretur, hii, qui in ipso tempore residebant [in] concilio, considerarunt similiter et summe magnitudinem et rei necessitatem, oportunum esse iudicarunt, ut pro tanto dei opere et tocius ecclesie profectu ipsa ecclesia de bonis sibi a deo collatis subvenire deberet. Mature igitur inter se deliberantes universalem omnium fructuum ecclesiasticorum decimam indixerunt atque imposuerunt.

Ne autem frustra clerum gravari contingeret, ibidem decretum extitit, ut usquequo ipse imperator et patriarcha cum aliis Grecis ad ultimum applicuissent portum, ipsa decima nullatenus exigeretur.

Verum, cum in ipso olim Basiliensi concilio de loci electione tractaretur, ubi ycumenica celebranda esset sinodus, tandem Florentia aut Utinum seu locus alius, qui prius necessaria pro hac re preparasset, electus extitit.

Nos autem, qui etiam, dum in minoribus constituti essemus, summopere hanc sanctam Greecorum unionem desideravimus et perquisivimus, habito cum fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus pluribusque aliis in magno numero, qui in curia Romana residebant, prelati maturo consilio iudicavimus hanc civitatem Ferrariensem ad huius

5 venerabili Ms. 8 tricentis Ms. 20 consilio Ms.

1-2 hi tres collectores pontificii erant G. Breillet episcopus (Rennes), I. de Malestroit episcopus (Nantes), Th. Guillemot cubicularius papae. B. A. POCQUET DU HAUT-JUSSÉ, *Les papes et les ducs de Bretagne, II* (Paris 1928) 555. 9 cf. capitula concordata apud CECCONI, n. 30, pag. 88-92, et decretum concilii Basiliensis, die 7 sept. 1434, de ratificatione capitulorum, ibid., n. 32, pag. 96-99. 15 cf. decretum minoris partis concilii Basiliensis die 7 maii 1437, apud CECCONI, n. 120, pag. 317-319. 17 cf. ibidem. 22 cf. ibidem.

ycumenici concilii celebrationem esse oportunam atque accomodam et propterea necessaria preparare decrevimus.

Ad honorem igitur omnipotentis dei et sancte matris ecclesie profectumque et amplitudinem fidei ort[h]odoxe nostris impensis galeas et balistarios (!) aliaque omnia in ipso  
 5 synodali decreto promissa Constantinopolim transmisimus, et tandem deo propitio ipsos imperatorem et patriarcham cum multis metropolitibus aliisque ecclesiasticis et secularibus viris nobilibus in magna multitudine ad ultimum portum civitatis videlicet Venetiarum et denique Ferrariam adduci fecimus.

In qua quidem civitate Ferrariensi die nona aprilis consentientibus ipsis Grecis esse  
 10 ycumenicum concilium legitime congregatum in sessione publica solemniter declaravimus.

Cum autem usque ad hunc diem pro hoc sanctissimo opere summam circiter octuaginta milium ducatorum exposuerimus, omnique mense usque ad consummacionem tam pro expensis eorum, qui sunt in concilio, quam pro dandis duabus galeis et trecentis balestariis civitatem Constantinopolitanam custodientibus quinque milia ducatorum exponi  
 15 necessarium sit, ne ec[c]lesiam in promissis deficere tantumque bonum negligi defectu pecuniarum contingat, prefatam decimam per ipsum quondam Basiliense concilium impositam, condicione predicta per dei gratiam purificata, hoc sacro approbante concilio, exigendam iam fore delaramus.

Quocirca discretiones vestras hortamur in domino, vobis nichilominus per apostolica  
 20 scripta mandantes, quatenus ad huiusmodi solucionem decime vos promptos exhibeatis et paratos, necnon procuretis et studeatis, quod persone ecclesiastice et quecumque alia pia loca civitatum et diocesium sub dominio dilecti filii nobilis vir[i] Iohannis diocesis Biradine constitutarum tam exempta quam non exempta cuiuscumque religionis et ordinis existant, eciam si sint sancte Romane ecclesie cardinales, quibus cardinalibus et religiosis  
 25 nulla privilegia vel exempciones in hac parte volumus suffragari, et sine difficultate aut dilacione faciant illud eidem atque persolvant.

Volumus autem, quod huiusmodi decima per vos, quos in predictis civitatibus et diocesisibus collectores tenore presencium deputamus, ac vestros succollectores clericos dumtaxat ac quos ad id deputatos a personis ecclesiasticis secularibus et regularibus exemptis  
 30 et non exemptis in eisdem civitatibus et diocesisibus fructus, redditus et proventus huiusmodi habentibus et infra annum habituris de ipsis dumtaxat fructibus, redditibus et proventibus colligatur et eciam exigatur, quodque iuxta constitutionem editam in concilio Viennensi super decimis exigendis calices, libri et alia ornamenta ecclesiastica divinis officiis deputata ex causa pignoris vel alias occasione predicta nullatenus capiantur, distrahantur vel alias occupentur.  
 35

Volentesque tam vos quam succollectores a vobis, ut premittitur, deputandi dictam decimam a singulis personis ecclesiasticis huiusmodi iuxta suorum beneficiorum moderum valorem auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam ac sequestrationem eorum

1 proptereaque *Ms.*    13 tricentis *Ms.*    15 neccessarium *Ms.*

2 *cf. bullam Eugenii IV, 18 sept. 1437, in Ep. pontif. I, n. 88, pag. 91-99.*    23 *quae dioecesis sub voce corrupta Biradine intelligatur, non est certum; non potest esse Verdunensis (Verdun), cum ibi tunc non fuit episcopus nomine Iohannes; probabiliter est legendum Baradiensis (= Waradiensis; Nagy-Varád in Ungaria).*



reddituum et proventuum ecclesiasticorum per vos ac per ipsos aut alium vel alios ad solvendum compellatis seu compellantur, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, tam felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri et de una ac duabus dietis in concilio generali cum aliis constitutionibus apostolicis contrariis non obstantibus quibuscumque, seu, si eisdem personis a sede apostolica sit indultum, quod ad 5 solucionem huiusmodi decime minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum eorumque propriis locorum et personarum nominibus et cognominibus mencionem, et quibuscumque privilegiis, indulgenciis, exemptionibus et literis apostolicis quibuscumque ordinibus et dignitatibus et specialiter sanctorum Benedicti et Augustini, Cisterciensium et Cluniacensium, Premonstratensium, Grandimontensium, Cartusiensium, Camaldulensium, Vallisumbrose, Cruciferorum et Humiliatorum ac Hospitalium sancti Iohannis Ierosolimitani et beatae Marie Theutonicorum, sancti Iacobi de Spata Calatravensis Moncesue et ipsorum universitatibus generaliter vel specialiter sub quacumque forma vel expressione 15 verborum a memorata sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris plena et expressa mencio sit habenda.

Et insuper volumus vobisque per apostolica scripta committimus, quod vos et a vobis deputandi illos ex personis ecclesiasticis supradictis civitatum et dioceseum predictarum, quos ex defectu non facte solucionis huiusmodi excommunicationis sententiam incurrere 20 contigerit, ab eisdem sententiis post satisfactionem debitam absolvere et cum eis super irregularitate, si qua forte sunt congregati celebrando divina aut immiscendo se illis, non tamen in contemp[tum] clavium, contraxerint, auctoritate nostra valeatis et valeant dispensare, volentes et vobis in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis mandantes, quatenus omnes et singulas pecuniarum summas, quas a personis ecclesiasticis 25 huiusmodi civitatum et dioceseum vigore presencium vos recepisse atque concordasse contigerit, et ea, que solvere debebitur, per vos dilecto filio Silvestro Dente mercatori Florentino in Naumeto residenti, quem ad hoc duximus deputandum, quacumque dilacione remota assignetis cum effectu.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo 30 octavo, kal. septembris, pontificatus nostri anno octavo.

## 151.

*Eugenius IV Iohanni archiepiscopo Tarentino et Antonio episcopo Urbinatensi committit, ut pecunias ratione indulgentiarum datas colligant.*

*1438 sept. 24 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 39<sup>o</sup>-40<sup>o</sup>; cf. Reg. Vat. 370, 204<sup>o</sup>-205<sup>o</sup>. Titulus: Committitur archiepiscopo Tarentino et episcopo, ut colligant pecunias pro indulgentiis supradictis collatas.*

13 Ierosolimitani Ms. 14 Moncesue] sub hac voce intellige Montesa; ordo enim equestris Calatravensis ramum habuit ordinem de Montesa; cf. JOAQUIM MIRET Y SANS, *Les cases de templers y hospitaliers en Catalunya* (Barcelona 1910) 402-403. 28 lege Nanneto (Nantes) loco Naumeto.

3. cf. constitutionem Bonifatii VIII apud FRIEDBERG II, 941.

VENERABILIBUS FRATRIBUS IOHANNI ARCHIEPISCOPO TARENTINO ET ANTONIO EPISCOPO URBINATENSIS SALUTEM.

Cum pro unione Orientalis cum Occidentali ecclesia multa summo studio multisque laboribus cum superioribus temporibus tum precipue ante annum fuerimus operati per  
 5 oratores carissimi in Christo filii Iohannis Paleologi Constantinopolitani imperatoris et venerabilis fratris Ioseph patriarche Constantinopolitani ac alios multos fidei catholice zelo accensos ac magne auctoritatis viros ad prosecutionem prefate unionis, que eo tempore admodum deserta videbatur, instancius requisiti, ad id eciam urgente nos conscientia, ne tam sanctum opus in magnam confusionem fidei catholice ac perpetuam infamiam Occi-  
 10 dentalis ecclesie deserere pateremur, totum eius sancti operis onus suscepimus in dei misericordia et fidelium suffragiis confidentes. Qua in re tantam tamque sollicitam operam adhibuimus, ut prefati imperator et patriarcha una cum metropolitans, episcopis, abbatibus, prelatibus, nobilibus et aliis clericis et laicis in multitudine copiosa ad nos venerint, cum quibus concedente domino ycumenicum concilium Ferrariense fundavimus, illud cum eis  
 15 per disputationes et oportunos tractatus usque in presentem diem solícite prosequentes.

Sed cum ob predictorum apparatus ad iter arripiendum necnon navigationem et custodiam civitatis Constantinopolitane et in sustentatione eorundem iam multis mensibus ex convencione cum ipsis habita graves expensas subierimus ac multo maiores, quam suppetant facultates ac de cetero usque ad reditum eorum in patriam nos iuxta eis pro-  
 20 missa subire oporteat, necessitate cogente compulsi fuimus devotorum christifidelium suffragia et caritativa implorare subsidia, et ut ipsi fideles ad oportuna tam sancti operis auxilia facilius et fervencius annuerent, omnibus et singulis huiusmodi fidelibus, qui pro supportandis oneribus expensarum huiusmodi nobis, ut premititur, incumbentibus ad certam summam, ut accepimus, de bonis eis a deo collatis hactenus contribuerint aut iuxta  
 25 eorum facultates contribuent, in futurum, plenam absolucionem semel in vita et semel in mortis articulo eis per confessorem idoneum, quem elegerint, plenam in remissionem indulgendam aliaque nonnulla super votorum commutatione, cum usurariis indebiti lucri questoribus ac prohibitorum delatoribus dispensacione indulta et spirituales gratias concessimus, prout in ipsis literis nostris superinde confectis lacius continetur.

De vestra igitur et cuiuslibet vestrum prudencia et fidelitate in arduis nostris et ecclesie negociis familiari nobis experientia comprobatis specialem in domino fiduciam obtinentes vobis et cuilibet vestrum coniunctim et divisim omnes et singulas pecuniarum quantitates et summas ratione predicta collectas, depositas seu sequestratas ac in futurum colligendas, deponendas vel sequestrandas ubicumque et apud quemcumque seu quoscum-  
 35 que fuerint, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel dignitatis existant, petendi, exigendi levandi, recipiendi necnon de receptis quitandi, liberandi et absolvendi necnon taxandi et componendi ac eciam ordinandi et disponendi omnia et singula, que in premissis et circa premissa fuerint necessaria aut quomodolibet oportuna, subcollectores eciam unum vel plures pro huiusmodi causa substituendi et deputandi, contradictores quoslibet et rebelles

18 cum] tum *Ms.*    35 petendi] pectendi *Ms.*    38 neccessaria *Ms.*

1-2 Iohannes Berardi archiepiscopus Tarentinus (Taranto) 1421-1445; Antonius de Sansamito episcopus Urbinatensis (Urbino) 1436-1450.    29 cf. doc. n. 152, pag. 51-52.

per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia eciam per subiectionem civitatum, terrarum et locorum ecclesiastico interdicto, prout fraternitati vestre vel alterius ex vobis visum fuerit expedire, appellatione postposita ac compellendi et compescendi plenam et liberam tenore presencium damus<sup>2</sup> et concedimus facultatem.

Datum currens Ferrariae octavo nono kl. oct. anno VIII.

5

## 152.

*Eugenius IV litteras indulgentiae benefactoribus in causa unionis Graecorum concedit.*

*1438 sept. 24 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 38<sup>o</sup>-39<sup>o</sup>. In margine: Indulgentie dantur his, qui contribuerunt et in futurum contribuent pro sustentatione Greecorum. Cf. etiam Reg. Vat. 370, 244<sup>r</sup>-244<sup>o</sup>.*

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1438, n. 16; GIUSTINIANI 76-78 « ex Vaticano codice ».*

*Commemoratur copia secunda, scilicet Reg. Vat. 370, 244<sup>r</sup>-244<sup>o</sup>, brevi regesto apud IORGA II, 382.*

UNIVERSIS ET SINGULIS, AD QUOS PRESENTES LITERE NOSTRE PERVENERINT, SALUTEM.

Ad salutem animarum christifidelium, quarum nobis tamquam unico Christi vicario et tocius dominici gregis pastori in terris principaliter cura commissa esse dignoscitur, diligente sollicitudine, prout onus ipsius pastoralis requirit officii, intendentes, ea libenter querere et exequi peroptamus, per que et fidei catholice exaltacio desiderata proveniat 10 et ipsi christifideles ex piis eorum suffragiis spirituales fructus uberius consequantur.

Sane, ut multa obmittamus, que superiori tempore pro unione Orientalis ecclesie Greecorum multo labore et studio operati sumus, ante annum per oratores carissimi in Christo filii Iohannis Paleologi Greecorum imperatoris et venerabilis fratris Ioseph Constantinopolitani patriarche ac alios multos timoratos zelo fidei catholice accensos et magne auctoritatis viros ad prosecu- 15 cionem prefate unionis, que eo in tempore ab aliis deserta videbatur, instancius requisiti,

ad id eciam urgente nos conscientia, ne tam sanctum opus in magnam confusionem fidei catholice ac perpetuam infamiam Occidentalis ecclesie deserere pateremur, totum eius sancti operis onus suscepimus in dei miseratione et fidelium suffragiis confidentes. In qua re tantam tamque sollicitam operam adhibuimus, ut prefati imperator et patriarcha una cum metropolitans, episcopis, abbatibus, 20 prelatibus, nobilibus et aliis clericis et laicis in multitudine copiosa ad nos venerint, cum quibus prestante domino ycumenicum concilium Ferrariense fundavimus, illud cum eis per disputaciones et oportunos tractatus usque in diem presentem sollicitate prosequentes.

Verum cum ob dictorum apparatus ad iter arripiendum et navigationem ac custodiam Constantinopolitane civitatis, prout conventum fuerat graves expensas subierimus et multo 25 maiores, quam supererant facultates, ac de cetero usque ad reditum eorum in patriam iuxta eis promissa nos subire oporteat, rei huius necessitate compellente cogimur devotorum christifidelium suffragia et caritativa implorare subsidia.

13 cf. doc. n. 151, pag. 50.

Ut igitur ipsi christifideles ad opportuna tam sancti operis auxilia facilius et fervencius animentur, quo spiritualibus muneribus se senserint in benedictionibus preveniri, nos attendentes, quod beato Petro apostolorum principi et eterni regni clavigero ac pastori ecclesie et successoribus suis infinitum illum thesaurum, qui in Christi sanguine fidelibus  
5 datur, plena sit dispensandi attributa potestas,

de omnipotentis dei et Christi misericordia, cuius vices licet immeriti in terris gerimus, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi omnibus et singulis christifidelibus, qui pro supportandis oneribus ad tam sanctum opus nobis incumbentibus ad dictam summam, ut accepimus, hactenus, contribuerunt aut iuxta eorum facultates contribuent in fu-  
10 turum,

eligendi in confessorem sacerdotem ydoneum secularem vel regularem, qui in omnibus casibus eciam de quibus apostolica sedes esset merito consulenda, semel in vita, quamprimum oportunitas aderit, absolvere valeat, iniuncta eis penitentia salutari; deinde etiam similem eligendi confessorem, qui in mortis articulo omnium peccatorum, de quibus vere  
15 corde contriti et ore confessi fuerint, ipsis in sinceritate fidei, unitate sancte Romane ecclesie ac obediencia et devocione nostra et successorum nostrorum Romanorum pontificum canonicè intrancium persistentibus plenariam remissionem et indulgentiam concedere possit, tenore presentium plenam et liberam concedimus facultatem,

quibus eciam confessoribus, sicut premittitur, eligendis ab excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis ab homine iure generaliter vel specialiter et nominatim latis, in foro penitentiali tantum, debita satisfactione iuxta formam iuris iniuncta, absolutionis benedictionem omnibus et singulis, de quibus supra, impendendi in forma ecclesie consueta, necnon super votis peregrinationis vel abstinencie vel similibus, etiam si de ultramarinis partibus aut S. Iacobi in Compostella vel apostolorum Petri et Pauli liminibus  
25 visitandis emissa fuerint et non adimpleta, dispensandi et in alia pietatis opera commutandi,

insuper eciam quoscumque usurarios aut alias turpes questores super usuris et bonis dumtaxat, de quibus incertum est, quibus personis fieri debeat restitucio,

et etiam illos, qui arma vel alia prohibita infidelibus vel hereticis detulerint, absol-  
30 vendi facultatem similiter impertimur,

ita tamen, quod votis obligati expensas itineris et oblaciones, quas facturi erant, usurarii vero et ex turpi vel alias indebito lucro ad restitutionem obligati, ubi persone, quibus erat restitucio facienda, nesciuntur, et delatores prohibitorum, ut supra premittitur, lucra, que ex talibus quesierunt, ad subsidium huius sancti operis exponant, et alias predicti  
35 omnes satisfaciant, ut tenentur. Et ne, quod absit, persone huiusmodi reddantur procliviores ad illicita in posterum committenda, volumus, quod, si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte committerent, quoad illa dicta remissio nullatenus suffragetur.

Quam quidem facultatem circa voventes, usurarios, indebit[i] lucri questores et prohibitorum delatores, ut premittitur, ad eas etiam personas, que pro subsidio huiusmodi  
40 hactenus iuxta modos premissos satisfecerint, dum tamen sic soluta in dictum subsidium realiter assignentur, extendi volumus per presentes,

33 fatienda *Ms.* || premictitur *Ms.* 37 commicterent *Ms.* 39 premictitur *Ms.* 40 sic *duabus vicibus in Ms.*

mandantes et iniungentes omnibus et singulis ecclesiarum prelati, capitulis, conventibus et aliis quibusvis ecclesiasticis personis, quatenus indulgentias et concessionem huiusmodi in locis eis subiectis per idoneos predicatorum populis suis solemniter publicari et exponi faciant.

Quibus quidem predicatoribus et omnibus, qui eos devote audierint et in tam pio opere assistentiam et favorem prebuerint, auctoritate predicta duos annos et totidem quadragenas de iniunctis sibi penitentibus in forma ecclesie relaxamus.

Pecunias autem et alia, que pia fidelium largicione aut aliis quibuscumque erogationibus in subsidium huius sancti operis obvenerint, Ordinarii loci et illorum, quos cum literis concessionum huiusmodi per vos vel habentes ad hoc a nobis speciale mandatum destinari contigerit, dictorumque bonorum virorum loci iudicio reponi et conservari et his, quos ad ipsas pecunias recipiendum deputaverimus, consignari volumus, ordinationibus alias forsitan quavis auctoritate in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum currens Ferrarie, octavo calendas octobris, anno VIII.

15

## 153.

*Eugenius IV Baptistam de Legnamine collectorem decimarum in regno Portugalliae constituit.*

*1438 oct. 2 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 29<sup>o</sup>-30<sup>o</sup>. In margine: A. de Florentia.*

*Collector decimarum in regno Portugalliae etc. Subscriptio: Io[hannes] de Steccatis.*

*Ed. magna ex parte RAYNALDUS, ad annum 1438, n. 16; GIUSTINIANI 78-89: « ex Vaticano codice »; LABBE-COSSART, HARDOUIN, MANSI repetunt GIUSTINIANI.*

*Documentum eiusdem fere tenoris est ac doc. n. 150, pag. 47-49.*

*Baptista de Legnamine scriptor pontificius fuit; cf. W. von HOFMANN, Forschungen zur Geschichte der kurialen Behörden vom Schisma bis zu Reformation, I (Roma 1914) 204, nota 4.*

*Annis 1443-1455 fuit episcopus Concordiensis.*

## 154

*Eugenius IV ecclesiae Yspalensis et Legionensis redditus sibi reservat pro expensis unionis Graecorum et Baptistam de Padua collectorem apostolicum in illis regionibus constituit.*

*1438 oct. 4 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 30<sup>o</sup>-31<sup>o</sup>; cf. etiam 166<sup>o</sup>-167<sup>o</sup>. In margine: A. de Florentia. Collector fructuum ecclesiarum Yspalensis et Legionensis. De curia.*

## EUGENIUS ETC. AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Cum superioribus temporibus tam pro unione Orientalis cum Occidentali ecclesia quam pro apparatu Grecorum ad iter arripiendum ac etiam nunc pro sustentione eorundem, quam pluribus mensibus continuavimus sub spe optate unionis consequende, diversa  
 5 subierimus expensarum onera, pro quibus supportandis nobis, prout opus esset et huius rei necessitas impellit, non suppetunt facultates, nos predictis et aliis iustis et honestis causis animum nostrum ad id moventibus inducti,

attendentes et ecclesiam Yspalensem iam pastoris solatio destitutam, omnes et singulos eiusdem ecclesie Yspalensis, quousque illi de pastore ydoneo de fratrum nostrorum  
 10 consilio et assensu duxerimus providendum, necnon Legionensis ecclesie, quousque dilectus filius Iohannes electus Legionensis illius possessionem pacificam assecutus fuerit, fructus, redditus et proventus archiepiscopales et episcopales earumdem ecclesiarum quomodolibet pertinentes et qui postquam ultimam ipsarum ecclesiarum vacationem ex eisdem provenerunt, dispositioni nostre auctoritate apostolica tenore presentium reservamus, mandantes  
 15 omnibus et singulis cuiuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis existant et quacumque ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, ne contra reservationem nostram fructus, redditus et proventus huiusmodi quomodolibet quovis quesito colore directe vel indirecte alterare seu de ipsis sine speciali consensu et voluntate nostris seu per nos deputatis vel deputatorum dispositione quoquomodo presumant.

20 Cum preterea dilectum filium Baptistam de Padua legum doctorem clericum camere apostolice et capellanum nostrum ad partes illas destinemus, nos de ipsius prudentia et fidelitate in arduis nostris et ecclesie negotiis etiam familiari experientia comprobatis specialem in domino fiduciam obtinentes eum omnium et singulorum fructuum, reddituum et proventuum predictorum post vacationem predictam superstantium et qui in futurum ex  
 25 ipsis ecclesiis modo premissis proveniant, collectorem auctoritate apostolica predicta earundem presentium tenore constituimus et etiam deputamus, sibi nihilominus omnes et singulos fructus, redditus et proventus predictos depositos seu sequestratos ac in futurum colligendos, deponendos seu sequestrandos a quibusvis personis cuiuscumque status, gradus, dignitatis vel conditionis existant, necnon capitulis dictarum vel aliarum quarumcunque  
 30 ecclesiarum petendi, exigendi, levandi, recipiendi, de receptis et levatis quitandi et absolvendi, taxandique et componendi, contra contradictores quoslibet et rebelles procedendi ipsosque ad traditionem et assignationem fructuum, reddituum et proventuum huiusmodi per censuram ecclesiasticam ac etiam per subiectionem locorum, civitatum et terrarum in moram pro tempore trahentium, ecclesiastico interdicto, et alia iuris remedia a  
 35 populorum cuiusvis sublato diffugio coercendi et compellendi etiam cum auxilio brachii secularis ad hoc, si opus fuerit, invocationem,

unum etiam vel plures ad hoc collectores seu subcollectores substituendi et ordinandi omniaque alia singula, que in premissis et circa ea quomodolibet oportuna videbuntur, faciendi, disponendi et exequendi auctoritate predicta earundem presentium tenore facultatem et potestatem concedentes.  
 40

34 trahunt (in forma compendii) *Ms.*    35 coercendi *Ms.*

9 *Yspalensis (Sevilla).*    10 *Legionensis (León).*

Et insuper, cum dudum tempore bone memorie Didaci archiepiscopi Yspalensis super fructibus et proventibus eiusdem ecclesie summam sex millium florenorum sub certis modo et forma reservaverimus ac pro illius exactione dilectum filium Iohannem Ventura dudum destinaverimus, tibi, fili Baptiste, etiam dictam summam sex millium florenorum seu eius partem, que ex ea exacta nondum sit, similiter petendi personasque quascunque cuius-  
cunque dignitatis, status, gradus vel condicionis sint, quarum quoad hoc interest vel interesse potest, sub omnibus et singulis censuris et penis ad solutionem summe seu partis huiusmodi dicto Iohanni Ventura seu per eum deputato vel deputando effectualiter faciendam compellendi cum similis brachii, si opus fuerit, invocatione,

non obstantibus quibuscunque aliis litteris quibusvis personis in ea re a nobis concessis, quas per presentes revocamus et annullamus, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon privilegiis, exemptionibus ac libertatibus quibusvis personis necnon dictis ecclesiis quomodolibet concessis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus presentibus habenda esset mentio specialis seu si personis huiusmodi coniunctim vel divisim a dicta sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Tu igitur, fili, iniunctum tibi officium huiusmodi sic prudenter et sollicite gerere cures, quod apud nos et apostolicam sedem dignis laudibus merearis commendari.

Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice MCCCXXXVIII, quarto nonas octobris, pontificatus nostri anno octavo.

R. de Valentia.

### 155.

*Eugenius IV ducem Venetiarum hortatur, ut episcopo catholico Modonensi ritus latini in bonis ecclesiasticis recuperandis assistat, sicut etiam cum Iohanne VIII Palaeologo imperatore byzantino tractavit, ut apud fratrem Thomam principem Moreae (Peloponnesi) in eodem sensu agat.*

*1438 oct. 10 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 121<sup>o</sup>-122<sup>o</sup>.*

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 354.*

DUCI VENECIARUM. DILECTE FILI, SALUTEM.

Cum etiam Motonensis [ecclesia] in terris et locis domini constituta iam pluribus annis magna parte bonorum suorum spoliata permanserit, prout est etiam de presenti, et propterea ad eam pervenit tam temporalium quam spiritualium deformitatem et iacturam et vix ad ipsius reformationem opportunum possit remedium inveniri,

12 privelegiis Ms. 18 offitium Ms.

22 Franciscus Foscari fuit dux Venetiarum 1423-1457. 24 Modon = Methone; unde facile explicatur hic scribi 'Motonensis' et mox 'Metonensem'; Modon, dominio Veneto subiecta erat, sita in Peloponneso.

nos, qui ad regimen universarum ecclesiarum divina dispositione vocati sumus, volentes, quantum cum deo possumus, oportune illi ecclesie providere, apud carissimum in Christo filium Iohannem Paleologum imperatorem Constantinopolitanum instetimus, quatenus cum dilecto filio nobili viro Thoma Paleologo despoto Moree germano suo agere  
 5 et operari vellet, ut possessionem quorundam bonorum ad ipsam Metonensem ecclesiam spectantium, que de facto detinet occupata,

venerabili fratri Gabrieli Motonensi episcopo, quem hac de causa presertim ad ipsam ecclesiam destinamus, restituere seu restitui facere non postponat,

quod prefatus imperator se facturum nobis pollicitus est et circa eam rem litteras  
 10 ipsi episcopo dedit memorato germano suo deferendas, asserens tamen episcopo predicto si bonum huiusmodi sibi restituere voluerit, necessarium fore, ut despotum ipsum in superiore ratione dictorum bonorum recognoscat,

quod nos, si secus fieri non possit, attentata illius ecclesie inopia et necessitate ei, ut hoc facere possit, concessimus,

15 eandemque in domino nobilitatem requirimus [et] hortamur, quatenus prefato episcopo, si illi opus fuerit et eandem nobilitatem duxerit requirendam, impertiri ad hoc velis opportunum auxilium et favorem.

Datum X octobris, anno VIII.

## 156.

*Eugenius IV Ambrosium (Traversari) generalem Camaldulensium hortatur, ut ad concilium Ferrariense veniat.*

*1438 nov. Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 129<sup>r</sup>.*

*Ed. Petr. CANNETO, Traversarii generalis Camaldulensium epistolae et orationes, II (Firenze 1859), col. 974; quem codicem in editione, ceteroquin partim imperfecta, secutus sit, nescio.*

*De chronologia huius documenti notare iuvat epistolam in registro pontificio praecedentem sub die 3 nov., sequentem vero secundo loco sub die 22 nov. datas esse. Ergo documentum nostrum inter dies 3 et 22 nov. ponendum est.*

*Recenter de hac epistola cardinalis Joh. MERCATI tractavit in collectione Studi et testi 90 (1929) 39.*

• AMBROSIO GENERALI CAMALDULENSIUM. DILECTE FILI, SALUTEM.

20 Scio te iam pridem, cum litteris discessisti, XV dierum, prout petieras, licentiam habuisse, a quorum fine iam fere menses elapsi.

11 necessarium Ms. 13 actenta Ms. 20 post litteris forte suppleri debet cum. 21 inter fere et menses numerus omissus esse videtur.

7 Gabriel Iacobi de Venetiis fuit episcopus latinus Methonensis 1432-1448.



Itaque cum putaremus presenciam tuam in huiusmodi tractatu cum Grecis satis ac-  
comodam fore, mandavimus dilecto filio nostro Iuliano tituli S. Sabine presbytero cardi-  
nali, ut te nostro nomine per suas literas ad nostram presenciam evocaret. Quod quidem  
asserit se per nonnullas eius literas effecisse, ex quo non parum miramur devocionem  
tuam nondum venisse; et iam negocium disputationis in dies magis magisque effervescit. 5

Quocirca mandamus tibi tenore presencium, quatinus omnibus posthabitis impedi-  
mentis iter veniendi ad presenciam nostram visis presentibus ingrediaris, libros Grecos  
et Latinos omnis rei, de qua agitur, oportunos tecum deferendo.

Datum Ferrarie, novembr., anno VIII.

## 157.

*Eugenius IV Bartholomaeo abbati S. Nicolai de Littore iniungit, ne contra Nicolaum ab-  
batem eumque vicarium cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina praetextu concilii oecu-  
menici poenam ecclesiasticam infligat.*

*1438 nov. 22 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 139<sup>r</sup>-139<sup>v</sup>.*

BARTHOLOMEO ABBATI S. NICOLAI DE LITORE CASTELLANENSIS DIOCESIS. DILECTE FILI, SALUTEM. 10

Ex certis satis rationabilibus causis animum nostrum moventibus mandamus tibi,  
quatenus a dilecto filio Nicolao abbate monasterii S. Iohannis Baptiste Traguriensis et  
qui in ipsa Traguriensi ecclesia vicarius est dilecti filii nostri Iohannis tituli S. Laurentii  
[in] Lucina presbyteri cardinalis[s] apostolice sedis legati pretextu, quod dudum vocatus  
ad generale concilium non venerit, nihil de cetero exigas seu alias dicta causa ipsum 15  
molestes.

Et si in ipsum excommunicationis sentenciam dicta ex causa fulminaveris, eundem  
quamprimum nostra auctoritate absolvas, cum cardinalis ipse, cuius ipse in dicta ecclesia  
vicarius existit, in negociis arduis nostris et ipsius ecclesie occupatus existat.

Datum Ferrarie, XXII novembris, anno VIII.

20

## 158.

*Eugenius IV Albertum regem Romanorum de disputationibus solemnibus in concilio Ferra-  
riensi habitis certiozem facit, eumque hortatur, ut ecclesiam defendat.*

*1438 dec. 2 Ferrariae.*

*Copia coeva, archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 61<sup>r</sup>-62<sup>r</sup>.*

*Edd. Aug. THEINER, Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia (Roma 1860)  
II, 218; ex parte Eudoxiu DE HURMUZAKI, Documente privatore la Istoria Românilor, I, 2 (Bu-*

9 numerus III ante novembr. in Ms. cancellatus est. 11 tibi repetitur in Ms.

2 cf. epistolam Iuliani cardinalis Cesarini Ambrosio missam, Ferrariae die 17 oct. 1438, apud CANNETO II,  
975-977. 10 cf. documentum n. 146, pag. 42-43, eidem abbati destinatum. 13 Traguriensis (Trau) || cardi-  
nalis Ioh. Vitelleschi.

*curesci 1890) 643-644, iuxta THEINER; Monumenta Romana episcopatus Vesprimensis, III (Budapest 1902) 103 iuxta THEINER.*

*Ex epistola, solum eam partem, quae concilium Ferrariense respicit, edam.*

EUGENIUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO ALBERTO ROMANORUM AC HUNGARIE ET BOEMIE REGI ILLUSTRIS, SALUTEM ETC.

... Ceterum ad consolacionem tuam significamus nos disputaciones solemnes habere cum Grecis in materia processionis spiritus sancti, et rem ipsam ammodo ex parte nostra ita perstrinxisse, ut iam de Latine ecclesie veritate luce clarius pateat. Speramus cum eis ad effectum optimum pervenire et diu nobis optatum, nisi inimicus homo zizania superseminans impedimento fiat; quod quid magis impium et sacrilegum, ecclesie Latine ignominiosum evenire posset, non videmus. Tu ergo princeps inclite, eciam ista considera et intra cordis archana revolve. Nichil teste deo extimamus tibi magis incumbere quam his periculis et necessitatibus providere poteris facile, cum nobiscum animum assumpseris ad iniquitates malignantium propellendas.

Datum Ferrarie, II decembris, anno VIII.

### 159.

*Eugenius IV Nicolaum de Cusa contra molestaciones synodalium Basiliensium protegit.*

*1438 dec. 21 Ferrariae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 40<sup>r</sup>-41<sup>r</sup>.*

*In margine: A. de Florentia. Committitur istis infrascriptis, ut vero dimittant molestare infrascriptum Nicolaum. Non solvit. De curia.*

EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS ARCHIDIACONO HASBANIE MAIORIS ET SANCTI IOHANNIS LEODIENSIS AC SANCTI ANDREE COLONIENSIS ECCLESiarUM DECANIS, SALUTEM ETC.

15 Officii nostri exposcit debitum, ut nobis et apostolice sedi sincere obsequentium personarum necessitatibus intendamus ac dispendiis, quantum cum deo possumus, favorabiliter accuramus.

Dudum siquidem cum tunc etiam nonnulli contra mandata apostolica Basilee residentes omni studio non solum sanctum Grecorum negotium, quo in ecclesia maius fieri non posset, sed etiam dilectum filium Nicolaum de Cusa prepositum ecclesie sanctorum Martini et Severi monasterii Meynfelt Treverensis diocesis decretorum doctorem et certos,

4 perstrinxisse *negligenter scriptum est; legeres* pertrixisse *vel* perstinxisse. 5 THEINER *habet falso* Speramus igitur res. 6 THEINER *habet falso* ne innumera zizania superseminata impedimento sint. 7 fiant *Ms.* 8 evenire] occurrere THEINER. 11 propellendas *Ms.* 12 II kal. THEINER. 16 neccessitatibus. 17 *exspectaretur* occurramus.

6 *cf. Matth 13, 25.* 13 *Hasbania (Hesbania, Hesbaye, Hesbengau), regio hodie belgica.*

qui tunc ex civitate Constantinopolitana, ad quam se contulerant, propterea carissimum in Christo filium nostrum Iohannem imperatorem Romeorum illustrem et venerabilem fratrem nostrum Ioseph patriarcham Constantinopolitanum atque alios prelatos totam Orientalem representantes ecclesiam ad[d]uxerant circa eiusdem prosecutionem negotii vigilantes per suos processus de facto turbare niterentur, declaravimus omnem processum 5 contra ipsum Nicolaum sub quibuscumque penis et censuris per dictos Basilee residentes ex quacumque causa iudicatum et inc[h]oandum, cum nullam iudicandi potestatem haberent, penitus esse cassum, irritum et inanem ac ad superhabundantem cautelam, sacro approbante Ferrariensi concilio, cassavimus et irritavimus, nullius roboris vel momenti fuisse et esse decrevimus, mandantes venerabili fratri nostro . . . archiepiscopo Trevirensi 10 et dilectis filiis vicedecano Sancti Florini in Confluentia dicte diocesis et Sancti Pa[u]lini extra muros Treverensis ac prefatis Sanctorum Martini et Severi decanis necnon earundem capitulis ecclesiarum sub penis in decreto nostro, quod incipit 'Inscrutabilis' contentis, quod quidem decretum ad hunc terminum specialiter extendi voluimus, quatenus ullo modo directe vel indirecte qualemcumque actum collationis, provisionis, electionis, 15 institutionis sive admissionis facerent sive per eosdem Basilee residentes aut eorum vel alicuius alterius nomine in prepositura Sanctorum Martini et Severi de decanatu, canonicatuque et prebenda Sancti Florini necnon capellania altaris Sancti Mauretii (!) siti in cimiterio Sancti Paulini ecclesiarum predictarum et pastoria in Berencastel prefate diocesis, quas ipse Nicolaus, ut acceperamus, etiam tunc obtinebat, sive in titulis sive in fructibus 20 fieri permetterent, necnon omnibus tam ecclesiasticis quam secularibus, qui ad obedientiam aut decimas sive census eidem Nicolao ratione prepositure, decanatus, canonicatus et prebende necnon capellanie, pastorie, predictorum obligabantur, sub excommunicationis late sententie, quam ipsos et quemlibet ipsorum absque alia declaratione incurrere voluimus pena, nulli alteri quam eidem Nicolao obedirent et intenderent ac de cuius fructibus. 25 et censibus responderent, prout in nostris super inde confectis literis plenius continetur

Cupientes igitur, ut litere predicte ac contenta in eis effectui debito emancipentur ipseque Nicolaus a gravaminibus et oppressionibus indebitis releveretur, literas predictas et earum effectum cum penis inibi expressis contra omnes et singulas utriusque sexus personas, que prefato Nicolao in persona, rebus vel bonis iniurias inferre presumpserint 30 vel iacturas, auctoritate apostolica, harum serie plenarie extendimus ac discretioni vestrel per apostolica scripta mandamus; quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios presentes et prefatas alias literas, ubi et quando expedire videritis, auctoritate nostra solemniter publicantes dictoque Nicolao efficacia deffensionis (!) presidio assistentes adhibito oportune declarationis ministerio non permittatis. 35

Eidem Nicolao quoque cuiuscumque etiam dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerit in persona, rebus vel bonis ad eum legitime pertinentibus iniurias vel iacturas quomodolibet irrogari et nichilominus legitimis super hiis per vos habendis servatis processibus eos quotiens expedierit aggravare curetis, contradictores per penas in dictis

10 *inter* nostro et archiepiscopo nomen praelati est supplendum; ideo in Ms. duo puncta posita sunt.  
24 quem Ms. 28 oppressionibus] appressionibus Ms. 34 publicantes Ms.

13 decretum 'Inscrutabilis', die 30 dec. 1437; cf. RAYNALDUS, ad annum 1437, n. 19. 24 sententie (pena).

aliis literis comprehensis ac per censuram ecclesiasticam et alia iuris oportuna remedia appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Non obstantibus felicis recordationis Bonifatii pape VIII predecessoris nostri illis pre-  
 5 sertim, quibus expresse cavetur, ne quis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis  
 exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue dioceseos ad iudicium evocetur  
 seu ne iudices a sede apostolica deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati  
 fuerint, contra quoscunque procedere sive alii vel aliis vices suas committere aut aliquos  
 ultra unam dietam a fine dioceseos eorundem trahere presumant ac de duabus dietis in  
 10 concilio generali, dummodo ultra tres dietas quis auctoritate presentium non trahatur seu  
 quod de aliis quam de manifestis iniuriis et violentiis atque aliis, que iudicalem requirunt  
 indaginem, penis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adiectis, conservatores nulla-  
 tenus se intromittant, quam (?) aliis constitutionibus quibuscumque apostolicis tam de  
 iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra tertium numerum ad iudicium  
 15 non vocandis aut aliis editis que vestre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati  
 eiusque libero exercitio quomodolibet obviare aut si aliquibus comuniter vel divisim ab  
 eadem sede indultum existat, quod interdum suspendi vel exercitari aut extra vel ultra  
 certa loca ad iudicium evocari non possint per literas apostolicas non facientes plenam  
 et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

20 Datum Ferrarie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo  
 octavo, duodecimo kalendas ianuar., pontificatus nostri anno octavo.

E. Pollart.

## 160.

### *Decretum translationis concilii Ferrariensis Florentiam.*

*1439 ian. 10 Ferrariae.*

*Copiae coevae, bibliothecae Vaticanae, Vat. Lat. 4128, f. 72<sup>r</sup>B-72<sup>o</sup>A, Andreae de SANTA  
 CROCE, collatio 14, Ioh. de SEGOVIA XIV, cap 16; archivi Hohenlohe, Oehringen, G 59.*

*Edd. GIUSTINIANI 188, ad fidem codicis A. de Santacroce; Mon. con. 3, 217 iuxta Ioh. de  
 Segovia; Reichstagsakten 14, 1:56, iuxta archivi Hohenlohe copiam.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Decet ycumenici concilii locum, ad quem viri electi ex toto christiano orbe conve-  
 25 niunt, talem esse, in quo inter alia hominibus necessaria hoc potissimum sit aëris salu-  
 britas, ne ob aëris infecti contagionem pestiferam, quam cuncti naturaliter metuunt et  
 fugiunt, hii, qui in concilio presentes sunt, abire inde re infecta compellantur, absentes  
 vero illuc accedere recusent. Expedit profecto eos, qui ad res arduas in synodis per-

1 aliis *repetitur in Ms.* 8 alii] aliis *Ms.* || aliquos] aliquas *Ms.*

4 *cf. constitutionem Bonifatii VIII apud FRIEDBERG II, 941.*

tractandas confluunt, omni alia cura omnique timore vacuos esse, ut rebus publicis quicquid liberiusque intendant.

Optavisse quidem ipsum universale concilium, quod in hac inchoavimus civitate, apud eandem continuare et in ea perfectam Orientalis et Occidentalis ecclesiarum unionem consummare feliciter et ibi finem optatum imponere, ubi initium dedimus, et quamquam, cum pestis proximo autumno hanc urbem affligeret, a plerisque instantia fieret, ut synodus ipsa ad locum transferretur non infectum; quia tamen, sicut assolet, adveniente [h]yeme illam prorsus cessare sperabatur, usque ad hunc diem dilatum existit.

Cum vero illa in dies perseveret, timeaturque verisimiliter proximo vere atque estate vehementius invalescere, omnes iudicant consuluntque non modo utile, sed necessarium fore, ut ad alium hoc morbo liberum confestim migrandum sit locum; quocirca ex hac et aliis nonnullis rationabilibus causis, consensientibus carissimo filio nostro [Ioanne] Paleologo Romeorum imperatore ac venerabili fratre nostro Ioseph patriarcha Constantino-politano, sacro approbante concilio,

ipsam ycumenicam seu universalem synodum ab hac civitate Ferrariensi ad civitatem Florentinam omnibus manifeste liberam, securam, pacificam et quietam aërisque salubritate letantem, et ad quam inter Tirrenum Adriaticumque mare optime situm ab Orientalibus et Occidentalibus commode accedi potest, harum serie in nomine trinitatis, patris et filii et spiritus sancti ex nunc transferimus et translata esse decernimus cum hiis plenis securitatibus et salvis conductibus, quos initio sacri concilii cunctis prebuimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre translationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Ferrarie, in sessione in ecclesia maiore solemniter celebrata, anno incarnationis dominice MCCCCXXXVIII, quarto ydus ianuarii, pontificatus nostri anno octavo.

### 161.

*Eugenius IV Amedeum ducem Sabaudiae de translatione concilii Ferrariensis Florentiam certiore facit eumque hortatur, ut oratores et praelatos ad concilium mittat.*

*1439 ian. 27 Ferrariae.*

*Diploma orig.: Torino, R. Archivio di Stato, Scismi, concili, vol. 2, n. 15, cum bulla plumbea. Simul cum hoc documento copia translationis concilii missa est.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO AMEDEO DUCI SABAUDIE, SALUTEM.

Cum varie nobis multiplicesque semper hactenus incubuerint sollicitudines ad commissum desuper officium pastoralis cure gregis dominici debite exequendum, magna et omni ex parte laudabilis sollicitudo est visa circa rem unionis Orientalis ecclesie cum ec-

26 Amodeo Ms.

26 Amedeus VIII, dux Sabaudiae.

clesia Occidentali, que pro dei miseratione nostris temporibus oblata est, ad quam tractandam, ut dudum iam feliciter cepimus, unionem ac ipso domino et deo nostro propicio obtinendam totis animi et corporis viribus properamus.

Et licet multos hactenusque in ea re perpressi fuerimus labores, pluribus tamen anteactis mensibus immixta ipsis multa ob supervenientem in civitate Ferrariensi pestem subiimus etiam mortis pericula, quam urgentem ac continuo invalescentem, multis ac pene omnibus in eo loco pro ycumenico concilio existentibus et locum alium propter hoc desiderantibus ea ratione declinare supersedimus, ut si forte per hiemis adventum, ut verisimile erat, ea cessaret pestis, inchoatam huiusmodi unionem Orientalis ecclesie in loco, ubi cepta fuerat, ad optatum finem perduceremus.

Cum vero ea intercipi aut aliquo modo turbari posset et liberum esset omnibus pro dei gloria in hoc sacro ycumenico concilio in vinea domini Sabaoth colaborandi nobiscum, utriusque Occidentalis et Orientalis ecclesie accedente consensu, dictum ycumenicum concilium, prout ex copia translationis, quam hic mittimus introclusam, videre poteris, transtulimus ad civitatem Florentinam; locum quidem ad id ydoneum et semper alias, quotiens de ipso futuro concilio tractatum fuerit, nominatum; tanquam omnibus nationibus et populis, ut audiebamus, valde gratum.

Ea autem translatione facta et cedula de nostro et Romane curie discessu ex more, publico in loco affixis, iter ingressi tandem duce domino ipsam Florentinam civitatem presenti die applicavimus, ubi magna cum cleri et populi alacritate suscepti fuimus,

quod tue celsitudini ad gaudium facimus notum, eandem in domino exhortantes, ut postquam ceptum pridem pro dicta unione Orientalis ecclesie aliisque maximis in dei ecclesia bonis operibus concilium ycumenicum auctore deo et in loco salubri, tuto, libero et omnibus populis nationibusque grato tuos oratores ad id mittere ac prelatos in tuis dominiis constitutos, ut veniant hortari velis, ne per tuam excellentiam aliquo modo desit, quin utriusque ecclesie unio cum ceteris sanctis operibus inchoatis feliciter perficiantur.

Data Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadingentesimo tricesimo octavo, sexto kalendas febr., pontificatus nostri anno octavo.

B. de Urbino.

30 *A tergo:*

Dilecto filio nobili viro Amedeo duci Sabaudie.

Blondus.

## 162.

*Eugenius IV Ericum regem Daciae (Daniae) de translatione concilii Ferrariensis Florentiam certiore facit eumque hortatur, ut oratores et praelatos ad concilium mittat.*

1439 [ian. 27] Florentiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 67<sup>r</sup>-67<sup>o</sup>.*

*Edd. GIUSTINIANI 189-190; RAYNALDUS, ad annum 1439, n. 3. Ceterae editiones ab his auctoribus dependent.*

25 excellentiam Ms.

14 decretum translationis concilii, 10 ian. 1439, cf. supra, doc. n. 160 pag. 60-61.

*De tempore documenti habetur hoc ex registro pontificio: Datum Florentie anno incarnationis dominice MCCCCXXXVIII. Cum documentum praecedens n. 161 idque de eadem re tractans sub die 27 ian. datum sit et cum aliunde notum sit curiam pontificiam die 27 ian. 1439 Florentiam intravisse, non est dubium, quin documentum n. 157 diei 27 ian. assignari debeat. Nam in hac epistola explicitè dicitur: tandem duce domino ipsam Florentinam civitatem presenti die applicuimus, ubi magna cum cleri et populi alacritate suscepti fuimus.*

*Documentum, sicut dixi, eiusdem tenoris ac doc. n. 161 est.*

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 358-359.*

*Ericus VII fuit rex Daniae (Danimarca) 1412-1439.*

### 163-169.

*Eugenius IV regem Scotiae et sex electores principes Germaniae de translatione concilii Ferrariensis Florentiam certiores facit eosque hortatur, ut oratores et praelatos ad concilium mittant.*

1439 [ian. 27] Florentiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 47°.*

*Ed. GIUSTINIANI 190.*

*Documentum eiusdem tenoris ac doc. n. 161 est, id quod ex contextu immediato constat:*

Similiter scriptum est:

regi Scotie

Ludovico comiti Palatino R[h]eni ac duci Bavarie

marchioni Brandenburgensi

duci Saxonie

Maguntino

Coloniensi

Treverensi

archiepiscopis

mutatis mutandis

5

### 170.

*Eugenius IV (Philippum) ducem Mediolanensem hortatur, ut pro pace ecclesiae agere pergat, Ludovicum (Pontanum) notarium praelatosque cum clericis domini sui moveat, ut synodum Basiliensem relinquat.*

1439 febr. 12 Florentiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 133°-134°.*

*Ed. maxima ex parte VALOIS II, 157.*

2 Iacobus II fuit rex Scotiae 1437-1451. 3-5 Ludovicus IV comes Palatinus (1436-1449), Fridericus I marchio Brandenburgensis (1415-1440), Fridericus II dux Saxoniae (1428-1464). 6-7 archiepiscopi Maguntinus (Mainz) Theodoricus de Erbach (1434-1459), Coloniensis (Köln) Theodoricus de Mörs (1414-1463), Treverensis (Trier) Rabanus de Helmstadt (1430-1439).

DUCI MEDIOLANENSI. DILECTE FILI, SALUTEM.

Per litteras nobilitatis tue ac eciam ex plurium relatione intelleximus te per prelatos et alios tui domini clericos apud eos, qui in Basilea remanserunt, multa [pro] conservatione unionis et pacis in universali ecclesia operatum esse hactenus et continuo  
 5 operari. Quod quidem faciens, et rem deo valde gratam et honori tuo congruentem operaris, ad quod eciam posthac efficiendum eandem nobilitatem in domino exhortamur.

Fuisset autem nobis gratius, si eo tempore, quo legati ac presidentes nostri de Basilea recesserunt, et tui eciam recessissent et ad ycumenicum Ferrariense concilium accessissent. Nam ea, que tu illic ad bonum finem operaris, alii, qui illic sunt, in contrarium  
 10 effectum assumunt.

Quantum autem ad ea pertinet, que pro dilecto filio magistro Ludovico de Roma notario nostro scribis, pensionem florenorum auri de camera mille super quatuor abbatii, quas nobis in tuo dominio per tuas litteras intimabis, constituere intendimus, primamque  
 15 vacaturam prelaturam, iuxta supplicationem et vota tua, eidem in tuo territorio reservare litterasque apostolicas superinde conficiendas tibi transmittere.

Circa ea vero, que in memoriali tuis litteris incluso continentur, nichil aliud in presenciarum respondemus nisi quod, cum iam pluribus elapsis diebus memoratus magister Ludovicus nuncium quendam ad nostram curiam transmisisset, ipsum tandem remisimus  
 20 votive, ut ipse eciam asserebat, expeditum, litteris conventorum et concordie penes dictum filium Iulianum tituli S. Sabine presbiterum cardinalem remanentibus;

de quibus omnibus venerabilis frater noster Branda episcopus Portuensis, postquam prefatus cardinalis, qui cum imperatore Constancie remansit, et iam est in itinere veniendi ad curiam, cum venerit, ab eodem informatus nobilitatem tuam singulariter advisabit.

Quod autem prefatus Ludovicus talis sit erga statum et honorem nostrum et sedis  
 25 apostolice, qualem ipsum esse ac fore affirmas, ac ut alii tui domini prelati et clerici inde discendant deinceps, ad tuam curam, fidem et sollicitudinem pertinebit.

Datum Florentie, XII februarii, anno VIII.

171.

*Eugenius IV in epistola Gulielmo de Casali ministro generali ordinis Minorum de reformatione monasterii Ferrariensis S. Claræ data recordatur commorationis suæ in civitate Ferrariensi et servitorum utilium, quæ dictus minister generalis in concilio Florentino peragit.*

1439 febr. 25 Florentiæ.

*Copia coæva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 49<sup>r</sup>–49<sup>v</sup>. In margine: A. de Florentia. Facultas, ut id, quod commissum fuit sibi, possit committi alteri. Non solvit. De curia.*

*Ed. HUENTEMANN n. 412.*

5 fatiens Ms. 8 contilium Ms.

1 Philippus Maria Visconti fuit dux Mediolanensis 1412-1447. 11 Ludovicus Pontanus protonotarius, legatus Alphonsi regis Aragoniæ in concilio Basiliensi ab anno 1437 et Basileæ septembri 1439. tricesimo anno vitæ suæ, mortuus; cf. quoque epistolam Eugenii IV ei die 30 decembri 1437 missam, in *Ep. pontif. I*, n. 109, pag. 112-113.



EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO GUILLERMO DE CASALI GENERALI MINISTRO ORDINIS MINORUM, SALUTEM ETC.

Romani pontificis providentia circumspecta nonnunquam concessa per eam moderatur, ampliat vel immutat, prout rerum, temporum aut personarum qualitate pensata ratio in domino conspicit salubriter expedire. 5

Dudum siquidem cum Ferrarie essemus cum nostra curia constituti, fuisset etiam longe antea advisati, quod monasterium monialium Sancti Guillermi ordinis S. Clare extra muros Ferrarienses visitationis ac reformationis officio indigeret, tu vero tunc in remotis nec etiam corpore validus, sed aliquid infirmus existeres, ne monasterium debito visitationis et reformationis destitueretur officio, venerabili fratri nostro . . . episcopo Ferrariensi 10 atque eius in spiritualibus vicario dedimus in mandatis, ut monasterium ipsum ac personas in ipso degentes visitarent, reformarent atque omnia operarentur et agerent, que ad honorem dei et augmentum (!) divini cultus ac salutem animarum personarum dicti monasterii pertinerent, nisi tu per te ipsum monasterium huiusmodi visitandi velles alioquin officium exercere, prout in litteris nostris superinde confectis, quarum tenorem hic 15 pro expresso haberi volumus, plenius continetur.

Cum autem tu ad presens licet corpore sanus effectus, tamen pro negotio unionis Grecorum hic valde utilis et necessarius sis et propterea ad dictam civitatem Ferrariensem in presentiarum non possis accedere,

nos volentes, ut ipsum visitationis dicti monasterii officium per te vel alium ydoneum 20 tui ordinis fratrem, quem ad hoc duxeris eligendum, valeas integraliter exercere, non obstantibus prefatis litteris, quas cessare omnino decernimus ac declaramus, tibi visitandi, corrigendi et reformandi per te vel alium, ut premititur, dictum monasterium in eoque degentes personas, prout tibi competere et iure non ambigitur ac nos tibi per alias nostras certi tenoris litteras, quarum tenorem hic pro expresso haberi volumus, dudum in 25 civitate nostra Bononie concessimus, plenam et liberam apostolica auctoritate tenore presentium damus et concedimus facultatem.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice MCCCCXXXVIII, quinto kal. marcii, pontificatus nostri anno octavo.

I[acobus] de Viterbio. 30

## 172.

*Eugenius IV Quintino archiepiscopo electo Atrebatensi committit, ut pecunias pro unione Graecorum datas colligat et mediam partem earum Philippo duci Burgundiae propter merita eius in causa praedicta assignet.*

*1439 martii 23 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 308<sup>v</sup>-309<sup>v</sup>; cf. idem fere documentum ibidem, 334<sup>v</sup>-335<sup>v</sup>, sub die 1 sept. 1439. Titulus: Facultas recipiendi pecunias in truncis et palis ligneis causa indulgentiarum concessarum positas, et dandi duci Burgundiae illarum medietatem etc.*

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 360.*

4 pensate Ms. 10 duo puncta inter nostro et episcopo nomen episcopi supplendum indicant. 20 monasterium Ms.

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO QUINTINO ELECTO ATREBATENSI, SALUTEM ETC.

Cum semper alias etiam in minoribus constituti constanter summopere anelaverimus unionem Orientalis cum Occidentali ecclesia facere, post varios multiplicesque labores tandem concedente domino carissimum in Christo filium nostrum Iohannem Paleologum  
 5 Romeorum imperatorem et venerabilem fratrem nostrum Ioseph patriarcham Constantinopolitanum cum septingentis Grecis ad ycumenicum concilium in civitate nostra Ferrarisiensi iuridice, debite et sollenniter constitutum ac deinde ad civitatem Florentinam translatum perduximus, in qua quidem re pro optatissima unione predicta, prout brevi futurum confidimus consequenda, maximas fecimus expensas tam pro predictis impera-  
 10 tore, patriarcha et septingentis Grecis in Italiam perducendis et galeis duabus dimittendis et, quoad dicta de causa absens fuerit ipse imperator, manutenendis, quam pro alimentis predictis imperatori, patriarche et septingentis Grecis in concilio dandis, sperantes, prout optimam spem habemus, omnes christifideles, prelatos, principes et populos manus nobis porrigere adiutrices.

15 Cumque pridie nobis innotuisset quasdam pecuniarum summas vigore quarundam indulgentiarum in quibusdam ecclesiis pro dictis expensis faciendis collectas servari in certis truncis sive palis ligneis ferream clausuram habentibus, nos omnes pecunias predictas, que in predictis truncis et palis reperirentur, hoc approbante concilio ycumenico arrestari fecimus, prout in literis apostolicis superinde confectis latius continetur, dispositi  
 20 ac intendentes, prout iustum ac decens est, eas indulgentiarum pecunias in huiusmodi sancto unionis opere, ad quod fuerant ordinata, ubi opus fuerit, distribuere.

Cum itaque dilectus filius nobilis vir Philippus dux Burgundie clarissimorum suorum progenitorum mores imitatus pro favoribus predictae unioni iuxta posse suum solennem ambassiatam ad predictum concilium magna cum impensa miserit diuque in eo tenuerit,  
 25 prout etiam detinet de presenti, aliaque quampluria sustinuerit pro hoc sanctissimo opere et apostolice sedis honore onera, unde plurimum adiumenti affert unioni predictae,

nos volentes ipsum ab aliquali parte oneris relevare et in suo laudabili proposito confovere, ut quoad opus fuerit, pro ipsa consequenda unione nobiscum perseverare possit, tibi omnes et singulas pecuniarum summas in terris et dominiis predicti ducis  
 30 predicta indulgentiarum causa exactas et, ut prefertur, sequestratas apud te recipiendi truncosque, in quibus huiusmodi pecunie recondite sunt, aperiendi et sic receptorum ipsarum pecuniarum medietatem predicto duci, cui illas dicta de causa donamus, tradendi;

35 aliam vero medietatem dilecto filio Bernardo Portinari in Brugis pro bancho de Medicis in oppido Brugensi facienti nostro nomine consignandi licentiam et plenariam tenore presentium auctoritate apostolica concedimus facultatem.

2 hanelaverimus *Ms.*      29 peccuniarum *Ms.*      31 troncosque *Ms.* || apperiendi *Ms.*      32 peccuniarum *Ms.*

1 *Quintinus Menardi (Ménart) fuit episcopus Atrebatensis (Arras) 1438-1439 sept. 23, dein archiepiscopus Bisuntinus (Besançon) 1439-1462. 19 litterae apostolicae datae sunt die 12 febr. 1438; cf. doc. n. 120, pag. 6. 25 legatio solemniter ducis Burgundiae, quae nov. 1438 Ferrariam advenit, est descripta apud scriptores coaevos Andream de Santacroce et auctorem anonymum operis Praktika.*

Volumus autem et tibi stricte mandamus, ut de sic receptis pecuniis et, ut prefertur, utrique parti consignatis instrumenta confici facias, que postmodum duplicata ad nos mittere curabis.

Datum Florentie, XI kal. aprilis, pontificatus nostri anno nono.

## 173.

*Eugenius IV Baptistam de Padua legum doctorem et clericum camerae apostolicae collectorem apostolicum ad regna Castellae et Legionis destinat.*

*1439 martii 29 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 166°-167°. In margine: A. de Florentia.*

*Documentum eiusdem fere tenoris est ac doc. n. 153, eidem die 4 oct. 1438 destinatum. Hac nota clauditur: Coll[atinationum] per me M. Theniy. Ia[cobus] Brancharius.*

## 174.

*Eugenius IV civitati Florentinae declarationem obligationis pro summa pecuniae sibi mutuata dat.*

*1439 iun. 5 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 347°. Titulus: Obligatio etc. Florentinis.*

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 364, sed sub data falsa.*

EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS PRIORIBUS ARTIUM ET VEXILLIFERO IUSTICIE POPULI ET COMMUNIS 5  
FLORENTIE SALUTEM ETC.

Cum vos nuper nobis et Romane ecclesie mutuam feceritis decem millium florenorum auri de camera in pecunia numerata,

nos volentes indemnitati vestre, prout decet, consulere et providere, Romanam et cameram apostolicam ratione quantitatis supradicte et pro ea vobis tenore presentium 10 obligamus.

Datum Florentie, nonis iunii, anno VIII.

## 175.

*Eugenius IV duci Venetiarum declarationem de summa pecuniae sibi ab hoc mutuata dat.*

*Diploma orig.: Venezia, R. Archivio di Stato, Bolle ed atti della Curia Romana, Eugenio IV, N. 25.*

1 peccuniis Ms. 2 duplicata Ms. 8 loco cameram scriptum prius erat cancellariam.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 347°.*

*Diploma orig. commemoratur apud V. CHIARONI O. P., Lo scisma greco e il concilio di Firenze (Firenze 1938) 112.*

*Textum ad fidem diplomatis originalis edam.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO FRANCISCO FOSCARI DUCI VENETIARUM, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum tu nuper nobis et Romane ecclesie mutuam feceris decem millium florenorum auri de camera in pecunia numerata per manus dilectorum filiorum nobilium virorum  
 5 Francisci Barbadici et Nicolai Memmi civium et tuorum apud nos oratorum,  
 nos volentes indemnitati tue et communis Venetiarum, prout decet, consulere et providere, Romanam ecclesiam et cameram apostolicam ratione quantitatis supradicte et pro ea tibi et communi Venetiarum tenore presentium obligamus.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo  
 10 nono, nonis iunii, pontificatus nostri anno nono.

A. de Magio.

## 176.

*Bulla unionis Graecorum.*

*1429 iul. 6 Florentiae.*

*Diploma orig. L<sup>1</sup>: Firenze, Biblioteca Laurenziana, cf. introductionem.*

*Edd. LABBE 18, HARDOUIN 8, MANSI 31A, 31B, GIUSTINIANI (tantum quoad textum latinum), MILANESI (Giornale storico degli archivi toscani 1 [1857] 196-225), HOFMANN (De unione Graecorum, Textus et Documenta, series theologica, 18 [Roma 1935] 9-25). — Subscriptionem russicam Avraam episcopi Susdalensis mihi rev. Dr. Nicolaus LAZAREVIČ suppeditavit.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI,  
 AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

ΕΥΓΕΝΙΟΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΔΟΥΛΟΣ ΤΩΝ ΔΟΥΛΩΝ  
 ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ΕΙΣ ΑΙΔΙΟΝ ΤΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ  
 ΜΝΗΜΗΝ.

15 Consentiente ad infrascripta carissimo  
 filio nostro Iohanne Paleologo Romeorum  
 imperatore illustri et locatenentibus venerabilium fratrum nostrorum patriarcharum, et  
 ceteris Orientalem ecclesiam representan-  
 20 tibus.

Συν ινοῦντος τοῖς ὑπογεγραμμένοις τοῦ ποθεινοτάτου υἱοῦ ἡμῶν Ἰωάννου Παλαιολόγου τοῦ περιφανοῦς βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, καὶ τῶν τοποτηρητῶν τῶν σεβασμίων ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν πατριάρχων, καὶ τῶν λοιπῶν τῆν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν παριστανόντων.

13 *In prima redactione bullae inscriptio bullae haec fuit: « Eugenius... memoriam » Sed imperator byzantinus additionem formulae: « Consentiente etc. » obtinuit. Cf. MANSI 31 A, 1021 C.*

1 *Franciscus Foscari fuit dux Venetiarum 1423-1457.*

‘Letentur celi et exultet terra’. Sublatus est enim de medio paries, qui Occidentalem Orientalemque dividebat ecclesiam, et pax atque concordia rediit; illo ‘angulari lapide Christo, qui fecit utraque unum’, vinculo fortissimo caritatis et pacis utrunque iungente parietem, et perpetue unitatis federe copulante ac continente; postque longam meroris nebulam, et dissidii diuturni atram ingratamque caliginem, serenum omnibus unionis optate iubar illuxit.

‘Gaudeat et mater ecclesia’, que filios suos hactenus invicem dissidentes iam videt in unitatem pacemque rediisse; et que antea in eorum separatione amarissime flebat, ex ipsorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti deo gratias referat.

Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem, et qui christiano censentur nomine, matri catholice ecclesie colletentur.

Ecce enim Occidentales Orientalesque patres post longissimum dissensionis atque discordie tempus se maris ac terre periculis exponentes, omnibusque superatis laboribus, ad hoc sacrum ycumenicum concilium desiderio sacratissime unionis et antique caritatis reintegrande gratia, leti alacresque convenerunt. Et intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam enim laboriosamque indaginem, tandem spiritus sancti clementia ipsam optatissimam sanctissimamque unionem consecuti sunt.

Quis igitur dignas omnipotentis dei beneficiis gratias referre sufficiat? Quis tante divine miserationis divitias non obstupescat? Cuius vel ferreum pectus tanta superne pietatis magnitudo non molliat? Sunt ista prorsus divina opera, non humane fragilitatis in-

Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· ἀφήρηται μὲν γὰρ τὸ μεσότοιχον τὸ τὴν δυτικὴν καὶ ἀνατολικὴν διαιροῦν ἐκκλησίαν, ἐπανήλθε δὲ ἡ εἰρήνη καὶ ἡ ὁμόνοια, τοῦ ἀκρωγωνιαίου λίθου ἐκείνου Χριστοῦ, τοῦ ποιήσαντος 5 ἐκάτερα ἓν τῷ τῆς ἀγάπης τε καὶ εἰρήνης ἰσχυροτάτῳ δεσμῷ ἐκάτερον τοῖχον ζεύγνυτος συσφιγγοντός τε καὶ συνέχοντος στοργῇ αἰδίου ἐνότητος, καὶ μετὰ τὴν μακρὰν ἐκείνην τῆς ἀθυμίας δμίχλην καὶ τὴν ἀπὸ τῆς χρονίου διαστάσεως μέλαιναν 10 τε καὶ ἄχαριν ἀγλὺν ἢ γαληνιώσα πᾶσιν ἀκτίς ἐξήστραψε τῆς ποθεινοτάτης ἐνώσεως.

Εὐφραινέσθω καὶ ἡ μήτηρ ἐκκλησίαι τὰ ἑαυτῆς τέκνα μέχρι τοῦδε πρὸς ἄλληλα στασιαζόντα εἰς ἐνότητά τε καὶ εἰρήνην ἤδη ἐπανιόντα ὀρώσα, 15 καὶ ἡ πρῶην ἐπὶ τῷ χωρισμῷ αὐτῶν πικρότατα κλαίουσα, ἐκ τῆς νῦν αὐτῶν θαυμαστῆς ὁμονοίας σὺν ἀνεκφράστῳ χαρᾷ τῷ παντοδυνάμῳ εὐχαριστείῳ θεῷ.

Πάντες συνευφραινέσθωσαν οἱ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης πιστοὶ καὶ οἱ τῷ ἀπὸ Χριστοῦ ὀνόματι κεκλημένοι τῇ μητρὶ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ συναγαλλέσθωσαν. 20

Ἴδου γὰρ οἱ τε δυτικοὶ καὶ ἀνατολικοὶ πατέρες μετὰ τὸν μακρότατον τῆς διαφωνίας καὶ 25 διαστάσεως χρόνον ἐκείνον, πρὸς πάντα παραβαλλόμενοι κίνδυνον τὸν ἐν γῆ καὶ θαλάττῃ, καὶ πάντα πόνον ὑπερβαλόντες, πρὸς τὴν ἱερὰν ταυτηνὴν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον τῇ τε τῆς ἱεράς ἐνώσεως ἐπίσει καὶ τοῦ τὴν παλαιὰν ἀγάπην ἀνακτήσασθαι 30 ἕνεκα γεγηθότες συνήλθον καὶ πρόθυμοι, καὶ τοῦ σκοποῦ οὐκ ἀπέτυχον· μετὰ γὰρ πολλὴν καὶ ἐπίπονον ἔρευναν τέλος τῇ τοῦ παναγίου πνεύματος φιλανθρωπία τῆς εὐκταιοτάτης ταύτης καὶ ἀγιωτάτης ἐνώσεως ἔτυχον. 35

Τίς οὖν ταῖς τοῦ θεοῦ εὐεργεσίαις ἀξίως εὐχαριστεῖν δύναται ἄν; Τίς ἐνώπιον τοῦ πλοῦτου τῶν θείων οἰκτιρῶν οὐκ ἂν ἐκπλαγείη; Τίνος οὐκ ἂν καὶ σιδηροῦν στήθος τὸ τῆς θείας εὐσπλαγγχίας οὐσης γε τηλικαύτης μαλθάξειε μέγεθος; Ὅντως 40 θεῖά εἰσι ταῦτα ἔργα, οὐκ ἀνθρωπίνης ἀσθενείας

2 ἀ ἦρηται Ms. 6 exspectaretur ἰσχυροτάτῳ.

1 Ps. 95, 11. 4-5 Eph. 2, 20; 2, 14. 13 Cf. canticum « Exultet » in liturgia Sabbati Sancti. 36 cf. Apoc. 11, 17; 1 Thess. 3, 9.

venta; atque ideo eximia cum veneratione suscipienda, et divinis laudibus prosequenda.

Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Christe, fons misericordiarum, qui tantum  
5 boni sponse tue catholice ecclesie contulisti, atque in generatione nostra tue pietatis miracula demonstrasti, ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum siquidem divinumque munus nobis deus largitus est; oculisque  
10 vidimus, quod ante nos multi, cum valde cupierint, aspicere nequiverunt.

Convenientes enim Latini ac Greci in hac sacrosancta synodo ycumenica, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam  
15 articulus ille de divina spiritus sancti processione summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur.

Prolatis vero testimoniis ex divinis scripturis plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium, aliquibus quidem ex patre et filio, quibusdam vero ex patre per filium procedere dicentibus spiritum sanctum, et ad eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis, Greci quidem asseruerunt, quod id, quod dicunt spiritum sanctum ex patre procedere, non hac mente proferunt, ut excludant filium; sed quia eis videbatur, ut aiunt,  
30 Latinos asserere spiritum sanctum ex patre et filio procedere tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo, quod spiritus sanctus ex patre procedat et filio. Latini vero affirmarunt,  
35 non se hac mente dicere spiritum sanctum ex patre filioque procedere, ut excludant patrem, quin sit fons ac principium totius deitatis, filii scilicet ac spiritus sancti, aut quod id, quod spiritus sanctus procedit ex  
40 filio, filius a patre non habeat; sive quod duo ponant esse principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse prin-

εύρέματα και διὰ ταῦτα μετὰ ἔξαιρέτου μὲν εὐλαβείας ἀποδεκτέα, θείοις δὲ ὕμνοις προβιβαστέα.

Σοὶ αἶνος, σοὶ δόξα, σοὶ πρέπει εὐχαριστία, Χριστέ, πηγὴ οἰκτιρῶν, ὃς τοσοῦτον ἀγαθὸν τῇ  
νύμφῃ σου τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ κεχάρισαι, κἂν τῇ ἡμετέρᾳ γενεᾷ τὰ τῆς εὐσπλαγχνίας σου ἔδειξας θαύματα, ἵνα σοῦ πάντες τὰ θαυμάσια διηγῶνται· οὕτω μέγα τῷ ὄντι και θεῖον ἡμῖν ὁ θεὸς δῶρον δεδώρηται, και τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδομεν, ὃ πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπιθυμήσαντες ἰδεῖν οὐ δεδύνηνται.

Συνελθόντες γὰρ λατινοὶ τε και γραικοὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἱερᾷ και ἀγία οἰκουμενικῇ συνόδῳ, σπουδῇ μεγάλῃ πρὸς ἀλλήλους ἐχρήσαντο, ὅπως μετὰ τῶν ἄλλων και τὸ ἄρθρον ἐκείνο τὸ περὶ τῆς θείας ἐκπορεύσεως τοῦ ἀγίου πνεύματος μετὰ πλείστης ὀσης ἐπιμελείας και συνεχοῦς συζητήσεως ἐξετασθεῖη.

Προκομισθεισῶν δὲ μαρτυριῶν ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς και πλείστων χρήσεων τῶν ἀγίων διδασκάλων ἀνατολικῶν τε και δυτικῶν, τῶν μὲν ἐκ πατρὸς και υἱοῦ, τῶν δὲ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ λεγόντων τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἐκπορεύεσθαι, και εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἀποβλεπόντων ἀπάντων ἐν διαφοροῖς ταῖς λέξεσιν, οἱ μὲν γραικοὶ δισχυρίσαντο, ὅτι τοῦθ' ὅπερ λέγουσι, τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, οὐ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ προφέρουσιν, ὥστε αὐτοὺς τὸν υἱὸν ἀποκλείειν· ἀλλ' ἐπειδήπερ αὐτοῖς ἐδόκει, φασί, τοὺς λατίνους, διαβεβαιουῖσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἐκ τοῦ πατρὸς και τοῦ υἱοῦ ὡς ἀπὸ δύο ἀρχῶν και δύο πνεύσεων ἐκπορεύεσθαι, διὰ τουτ' ἐφυλάξαντο λέγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἐκπορεύεσθαι ἐκ πατρὸς και υἱοῦ. Οἱ δὲ λατινοὶ διεβεβαιώσαντο μὴ κατὰ ταύτην τὴν διάνοιαν σφᾶς αὐτοὺς λέγειν, τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον ἐκ πατρὸς και υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ὡς ἀποκλείειν τὸν πατέρα τοῦ εἶναι πηγὴν και ἀρχὴν ὕλης τῆς θεότητος, τοῦ υἱοῦ δηλονότι και τοῦ ἀγίου πνεύματος, ἢ ὅτι τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἀγιον, ὁ υἱὸς οὐκ ἔχει παρὰ τοῦ πατρὸς, ἢ ὅτι δύο τιθέασιν εἶναι ἀρχὰς ἢ δύο πνεύσεις· ἀλλ' ἵνα μίαν μόνην δηλώσωσιν εἶναι ἀρχὴν και

7-8 cf. Tob. 12-20. 9-10 cf. Matth. 13,1; 6-17.

cipium unicamque spirationem spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infrascriptam sanctam et deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem unanimiter concordarunt et consenserunt.

In nomine igitur sancte trinitatis, patris, filii et spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio, diffinimus, ut hec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quod spiritus sanctus ex patre et filio eternaliter est, et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex patre simul et filio, et ex utroque eternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit.

Declarantes, quod id, quod sancti doctores et patres dicunt, ex patre per filium procedere spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, filium quoque esse secundum Grecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentie spiritus sancti, sicut et patrem.

Et quoniam omnia, que patris sunt, pater ipse unigenito filio suo gignendo dedit, preter esse patrem; hoc ipsum, quod spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius a patre eternaliter habet, a quo eternaliter etiam genitus est.

Diffinimus insuper, explicationem verborum illorum filioque, veritatis declarande gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam.

Item, in azimo, sive fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, sa-

μοναδικὴν προβολὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καθὼς μέχρι τοῦδε δισχυρίσαντο. Ἐπειδὴ δὲ ἐκ τούτων ἀπάντων μία καὶ ἡ αὐτὴ τῆς ἀληθείας συνάγεται ἔννοια, τέλος εἰς τὴν ὑπογεγραμμένην ἁγίαν καὶ θεοφιλῆ τῇ αὐτῇ διανοίᾳ καὶ τῷ αὐτῷ νοί συνε- 5 φώνησαν καὶ συνήνεσαν ὁμοθυμαδὸν ἔνωσιν.

Ἐν τῷ ὀνόματι τοίνυν τῆς ἁγίας τριάδος, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ταύτης τῆς ἱερᾶς καὶ οἰκουμενικῆς τῆς ἐν Φλωρεντείᾳ ἐπισηφισομένης συνόδου ὀρίζομεν, ἵνα 10 αὕτη ἡ τῆς πίστεως ἀλήθεια ὑπὸ πάντων τῶν χριστιανῶν πιστευθῆι τε καὶ ἀποδεχθῆι, καὶ οὕτω πάντες ὁμολογῶσιν, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ αἰδίως ἐστὶ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν καὶ τὸ ὑπαρκτικὸν αὐτοῦ εἶναι ἔχει 15 ἐκ τοῦ πατρὸς ἅμα καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξ ἀφοτέρων αἰδίως ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ μοναδικῆς προβολῆς ἐκπορεύεται.

Διασαφούντες, ὅτι τοῦθ' ὅπερ οἱ ἅγιοι διδάσκαλοι καὶ πατέρες ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ 20 ἐκπορεύεσθαι λέγουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰς ταύτην φέρει τὴν ἔννοιαν ὥστε διὰ τούτων δηλοῦσθαι, καὶ τὸν υἱὸν εἶναι, κατὰ μὲν τοὺς γραικοὺς, αἰτίαν, κατὰ δὲ τοὺς λατίνους, ἀρχὴν τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπάρξεως, ὡσπερ καὶ τὸν πατέρα. 25

Καὶ ἐπεὶ πάντα, ὅσα ἐστὶ τοῦ πατρὸς, αὐτὸς ὁ πατήρ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ ἐν τῷ γεννᾶν δέδωκε, πλὴν τοῦ εἶναι πατέρα, τοῦτ' αὐτό, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, αὐτὸς ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς αἰδίως ἔχει, ἀφ' οὗ 30 αἰδίως καὶ γεγέννηται.

Ἔτι διοριζόμεθα τὴν τῶν ῥημάτων ἐκείνων ἀνάπτυξιν, τὴν καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, χάριν τοῦ τὴν ἀλήθειαν σαφηνισθῆναι, ἀνάγκης τε τότε ἐπιχειμένης, θεμιτῶς τε καὶ εὐλόγως ἐν τῷ συμβόλῳ 35 προστεθῆναι.

Ἔτι ἐν ἀζύμῳ ἢ ἐνζύμῳ ἄρτῳ σιτίνῳ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα τελεισθαι ἀληθῶς, τοὺς τε ἱερεῖς

12 *In Concilio Lugdun. II canon I sic incipit*: «Fideli ac devota professione fatemur, quod spiritus sanctus aeternaliter ex patre et filio, non tamquam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed unica spiratione procedit». MANSI 24, 817B. 37 *In professione fidei Michaelis Palaeologi imperatoris habetur*: «Sacramentum eucharistiae ex azymo conficit eadem Romana ecclesia». MANSI 24, 71 C.

cerdotesque in altero ipsum domini corpus conficere debere, unumquenque scilicet iuxta sue ecclesie sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.

5 Item, si vere penitentes in dei caritate decesserint, antequam dignis penitentie fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas penis purgatoriis post mortem purgari, et, ut a penis huiusmodi releventur,  
10 prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes et elemosinas, et alia pietatis officia, que a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum ecclesie instituta '.

15

Illorumque animas, qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, que post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel  
20 eisdem exute corporibus, prout superius dictum est, sunt purgate, in celum mox recipi, et intueri clare ipsum deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius.

25 Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, penis tamen disparibus puniendas.

Item diffinimus sanctam apostolicam sedem et Romanum pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum et verum Christi vicarium totiusque ecclesie caput, et omnium christianorum patrem et doctorem existere; et ipsi  
35 in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem ecclesiam a domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis ycum-

ἐν θατέρῳ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ὀφείλειν τελεῖν, ἕκαστον δηλονότι κατὰ τὴν τῆς ἰδίας ἐκκλησίας εἴτε δυτικῆς εἴτε ἀνατολικῆς συνήθειαν.

Ἔτι, ἐὰν οἱ ἀληθῶς μετανοήσαντες ἀποθάνωσιν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἀγάπῃ, πρὶν τοῖς ἀξίοις τῆς μετανοίας καρποῖς ἱκανοποιῆσαι περὶ τῶν ἡμαρτημένων ὁμοῦ καὶ ἡμελημένων, τὰς τούτων ψυχὰς καθαρτικαῖς τιμωρίαῖς καθαιρεσθαι μετὰ θάνατον· ὥστε δὲ ἀποκουφίζεσθαι αὐτὰς τῶν τοιούτων τιμοριῶν, λυσιτελεῖν αὐταῖς τὰς τῶν ζώντων πιστῶν ἐπικουρίας δηλονότι τὰς ἱεράς θυσίας καὶ εὐχὰς καὶ ἐλεημοσύνας καὶ ἄλλα τῆς εὐσεβείας ἔργα, ἅτινα παρὰ τῶν πιστῶν ὑπὲρ ἄλλων πιστῶν εἶθε γίνεσθαι κατὰ τὰ τῆς ἐκκλησίας διατάγματα.

Ἐκείνων δὲ τὰς ψυχὰς, οἷτινες μετὰ τὸ βαπτισθῆναι οὐδεμιᾶ ὅλως τῆς ἁμαρτίας κηλίδι ὑπέπεσον, καὶ ἔτι τὰς μετὰ τὸ ἐφελκύσασθαι τὴν τῆς ἁμαρτίας κηλίδα, εἴτε ἐν τοῖς αὐτῶν σώμασιν, εἴτε μετὰ τὸ τὰ σώματα ἀποδύσασθαι, ὡς προειρηται, καθαρθεῖσας, εἰς οὐρανὸν εὐθύς προσλαμβάνεσθαι καὶ καθαρῶς θεωρεῖν αὐτὸν τὸν ἕνα καὶ τρισυπόστατον θεόν, καθὼς ἐστίν, ἕτερον μέντοι ἑτέρου τελειώτερον, κατὰ τὴν τῶν βεβιωμένων ἀξίαν.

Τὰς δὲ ψυχὰς τῶν ἐν τῇ κατ' ἐνέργειαν θανασίμῳ ἁμαρτία ἢ καὶ ἐν μόνῃ τῇ προπατορικῇ ἀποβιούντων, εὐθέως καταβαίνειν εἰς ᾄδην, τιμωρίας ὁμως ἀνίστοις τιμωρηθησομένας.

Ἔτι ὀρίζομεν τὴν ἀγίαν ἀποστολικὴν καθέδραν καὶ τὸν Ῥωμαικὸν ἀρχιερέα εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ πρωτεῖον κατέχειν, αὐτὸν τε τὸν Ῥωμαικὸν ἀρχιερέα διάδοχον εἶναι τοῦ μακαρίου Πέτρου, τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, καὶ ἀληθῆ τοποτηρητὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας κεφαλὴν, καὶ πάντων τῶν χριστιανῶν πατέρα καὶ διδάσκαλον ὑπάρχειν, καὶ αὐτῷ ἐν τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ τοῦ ποιμαίνειν καὶ διεθύνειν καὶ κυβερνᾶν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πλήρη ἐξουσίαν παραδε-

22 cf. bullam Benedicti XII; MANSI 25, 987 A-B; DENZINGER 530. 25 « Illorum. . . puniendas » ex professione fidei Michaelis Palaeologi desumpta sunt. MANSI 24, 71 B; DENZINGER 464. 29 Explicationem formulae sequentis a Iohanne Provinciali O. P. factam habes apud IUSTINIANI 289-293. 39 De falsa opinione DOELLINGER, qui sensum 'restrictivum' formulae, « quemadmodum etc » supposuit cf. HEFFLE-LECLERCQ VII, 2: 1044-1045. In exemplis authenticis bullae unionis Graecorum est semper scriptum: « quemadmodum etiam »; DOELLINGER: « quemadmodum et ».



nicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur.

Renovantes insuper ordinem traditum in canonibus ceterorum venerabilium patriarcharum, ut patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, et quintus Hierosolymitanus, salvis videlicet privilegiis omnibus et iuribus eorum.

Datum Florentie in sessione publica synodali, solenniter in ecclesia maiore celebrata. Anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, pridie nonas iulii, pontificatus nostri anno nono.

δόσθαι, καθ' ὃν τρόπον καὶ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσι διαλαμβάνεται.

Ἄνανεοῦντες ἔτι καὶ τὴν ἐν τοῖς κανόσι παραδεδομένην τάξιν τῶν λοιπῶν σεβασμίων πατριάρχων, ὥστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην δεύτερον εἶναι μετὰ τὸν ἀγιώτατον πάπαν τῆς Ῥώμης, τρίτον δὲ τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας, τέταρτον δὲ τὸν τῆς Ἀντιοχείας, καὶ πέμπτον τὸν τῶν Ἱεροσολύμων· σωζομένων δηλαδὴ καὶ τῶν προνομίων ἀπάντων καὶ δικαίων αὐτῶν.

Ἐδόθη ἐν τῇ Φλωρεντείᾳ ἐν συνελεύσει δημοσίᾳ συνοδικῇ, ἑορτασίμως ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τελεσθεῖσῃ· ἔτει τῆς κυριακῆς ἐνανθρωπήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ τριακοστῷ ἐνάτῳ, ἕκτη τοῦ ἰουλίου, τῆς ἀρχιερατείας ἡμῶν ἔτει ἐνάτῳ.

*Signum (rota) papae Eugenii IV cum inscriptione:* Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Ne derelinquas me, deus meus † Adiutor et protector meus es tu, domine.

† Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ita diffiniens subscripsi.

† Ego Antonius episcopus Ostiensis cardinalis Bononiensis supradictas diffinitiones veras et catholicas esse affirmo, et illis me subscripsi.

† Ego Branda episcopus Portuensis subscripsi.

† Ego Nicolaus cardinalis Sancte † (= Crucis) subscripsi.

† Ego F[ranciscus] tituli Sancti Clementis presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego A[ngelottus] tituli Sancti Marci presbyter cardinalis subscripsi. 25

† Ego Iul[ianus] tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego Prosper Sancti Georgii diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Dominicus Sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis subscripsi.

† Ego Blasius patriarcha Ierosolymitanus subscripsi.

† Ego Marcus patriarcha Gradensis subscripsi. 30

† Ego Io[hannes] episcopus Morinensis, illustrissimi principis domini ducis Burgundie et Brebancie orator subscripsi.

Ego Io[hannes] episcopus Nivernensis, eiusdem domini ducis orator, signavi et interfui.

15 lege χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ.

19 Subscriptiones Latinorum in tribus columnis plenis et quarta coepta (3 subscriptiones) habentur In prima columna papa, cardinales, patriarchae latini, duo oratores ducis Burgundiae, archiepiscopi, episcopi scripti sunt, in secunda columna immediate post rotam papae numerus episcoporum continuatur, in tertia et quarta generales et abbates Ordinum subscripti sunt. Immo, si sex subscriptiones episcoporum ad marginem primae columnae positae separatim considerantur, de quinque columnis recte dici potest. — Subscriptiones saepe abbreviationes habent.

31 *expectaretur* Brabancie.

5 cf. caput V concilii IV Lateranensis (1215); MANSI 24, 990; DENZINGER 436. 20-28 subscriptiones cardinalium Antonii Correr, Branda de Castiglione, Nicolai Albergati O. Carth., Francisci Condulmer, Angelotti Fusci, Iuliani Cesarini, Prosperi Colonna, Dominici Capranica. 29-32 subscriptiones patriarcharum latinorum Blasii Molino, Marci Condulmer, episcoporum legatorumque Iohannis le Jeune, Iohannis Viviani.

- † Ego Bartolomeus archiepiscopus Spalatensis subscripsi.  
 † Ego Fantinus archiepiscopus Cretensis subscripsi.  
 † Ego Iulianus archiepiscopus Pisanus subscripsi.  
 † Ego Andreas archiepiscopus Colossensis subscripsi.  
 5 † Ego Nicolaus archiepiscopus Capuanus subscripsi.  
 † Ego Ludovicus archiepiscopus Florentinus subscripsi.  
 † Ego Latinus de Ursinis archiepiscopus Tranensis subscripsi.  
 † Ego Raymundus archiepiscopus Comzanus subscripsi.  
 † Ego Iacobus episcopus Adriensis subscripsi.  
 10 † Ego Petrus episcopus Paduanus subscripsi.  
 † Ego Daniel episcopus Concordiensis subscripsi.  
 † Ego Antonius episcopus Portugalensis subscripsi.  
 † Ego Bartholomeus episcopus Valvensis subscripsi.  
 † Ego Thomas episcopus Farenensis subscripsi.  
 15 † Ego Christophorus episcopus Ariminensis subscripsi.  
 † Ego Amicus episcopus Aquilensis subscripsi.  
 † Ego Petrus Dignensis episcopus subscripsi.  
 † Ego Iohannes Ferariensis episcopus subscripsi.  
 † Ego Valentinus episcopus Ortanus et Castellanus subscripsi.  
 20 † Ego Iohannes episcopus Arbensis subscripsi.  
 † Ego Benotius episcopus Fesularum subscripsi.  
 Ego Karolus episcopus Senensis subscripsi.  
 Ego Andreas Hispanus Portugalensis episcopus Megarensis.  
 Ego Karolus episcopus olim Mutinensis.  
 25 Ego N[icolaus] episcopus Tiburtinus subscripsi.  
 Ego Anthonius episcopus Grassensis subscripsi.  
 Ego Lau[rentius] episcopus Achayensis.  
 Ego Zenonus episcopus Bayocensis subscripsi.

8 *exspectaretur* Compsanus: *facile tamen posset legi* Conezanus. 13 *facile posset legi* Bartheus, *si signum abbreviationis suprapositum omittitur*. 18 *est notandum scribi* Ferariensis, *non* Ferrariensis. 22-28 *signum crucis deest*. 23-24 *vox* subscripsi *deest*. 24 *olin Ms*. 26 *sex subscriptiones a linea 26 sunt ad marginem columnae primae positae*. 27 *vox* subscripsi *deest*.

1-8 *archiepiscopatus: Spalato, Creta, Pisa, Rodi, Capua, Firenze, Trani, Conza* 9-28 *episcopatus: Adria, Padova, Concordia, Porto (in Portugallia), Valva, Hvar (Lesina in Dalmatia), Rimini, Aquila, Digne, Ferrara, Orte-Civita Castellana, Arbe (episcopatus insularum ad littus Dalmatiae), Fiesole, Siena, Megara (in Graecia), Modena, Tivoli, Grasse, Achaia (Peloponnesus), Bayeux*.

1-28 *subscriptiones archiepiscoporum Bartholomaei de Zabarellis, Fantini Valaresso, Iuliani Ricci, Andreae Chrysoberges O. P., Nicolai d'Acciapaccio, Ludovici Scarampi, Latini de Ursinis, Raimundi de Strongoli; episcoporum Iacobi Bertucci d'Obizzi, Petri Donati, Danielis Scoto, Antonio Martini de Chaves, Bartholomaei de Vincio, Thomae de Venetiis O. P., Christophori de S. Marcello de Vincentia episcopi quondam Cerviensis (Cervia), Amici de Roccha, Petri de Versailles, Iohannis de Tossignano, Valentini de Narnia, Iohannis canonici quondam Parentinensis, Benotii Federighi, Caroli Angelini, Andreae de Escobar O. S. B., Caroli Matthaei de Bojardis, Nicolai Cesari (de Caeciliano), Antonii de Romulis O. P., Laurentii Petri Jacopini de Castel Fiorentino O. P., Zenonis de Castillione*.

- Ego Ludovicus episcopus Trevesinus subscripsi.  
 Ego Io[hannes] de Mella electus confirmatus Legionensis subscripsi.  
 Ego Guillelmus electus confirmatus Andegavensis subscripsi.  
 Ego Damianus episcopus Assisiensis subscripsi.  
 Ego Angelus episcopus Parentinus scripsi (!). 5  
 Ego Petrus episcopus Ausarensis scripsi (!).  
 † Ego Matheus episcopus Zapatensis subscripsi.  
 † Ego Angelus de Grassis episcopus Arianensis subscripsi.  
 † Ego Petrus episcopus Massanus subscripsi.  
 † Ego Bartholomeus episcopus Cavalicensis subscripsi. 10  
 † Ego Robertus de Adimaris de Florentia episcopus Vulterrano subscripsi.  
 Ego Antonius episcopus Cesenensis subscripsi.  
 Ego Donatus episcopus Pistoriensis subscripsi.  
 † Ego Scipio episcopus Mutinensis subscripsi.  
 † Ego Christophorus episcopus Coronensis subscripsi. 15  
 † Ego Andreas episcopus Conversanus subscripsi.  
 † Ego Alexius episcopus Clusinus subscripsi.  
 † Ego Garsias episcopus Tudensis subscripsi.  
 † Ego G[undisalvus] episcopus Granatensis subscripsi.  
 † Ego Aymericus episcopus Montis Regalis subscripsi. 20  
 † Ego Baptista electus Theatinus subscripsi.  
 † Ego Nicolaus episcopus Tricharicensis subscripsi.  
 † Ego Iohannes electus Agennensis subscripsi.  
 † Ego Iohannes electus Osiliensis subscripsi.  
 Ego Guillelmus electus Leonensis subscripsi. 25  
 † Ego Andreas episcopus Rossinensis (?).  
 Ego Matheus episcopus Cortonensis subscripsi.

1-6 *signum crucis deest.* 6 Ausarensis = Absarensis (Ossero). 10 *videtur esse scriptum Bartholameus.*  
 12-13 *signum crucis deest.* 16-17, 22-23 *signum crucis paululum apparet.* 25, 27 *signum crucis deest.*  
 26 *lectio Possaniensis (= Posnaniensis) non potest retineri, cum Andreas episcopus Posnaniensis alibi tunc com-*  
*moratus fuerit, sicut bene I. NOWACKI demonstravit in periodico Oriens 7 (1939) 112-113. Sed difficile est deci-*  
*dere, quis fuerit subscriptus. Neque Roffinensis, sicut CHIARONI putat, neque Rossinensis, sicut MILANESI legit,*  
*videntur esse subscripti, cum episcopi urbium Rochester, Rossano, Ross, Rhosus tunc non habuerint nomen An-*  
*dreae. Forte agitur de Andrea episcopo titulari Russionensi (Rusköi; cf. EUBEL II, 226).*

1-27 *episcopatus: Treviso, León (Hispania), Angers, Assisi, Parenzo, Ossero, Sappa (in Albania), Ariano,*  
*Massa, Cavaillon, Vollerria, Cesena, Pistoia, Modena, Coron (in Peloponneso), Conversano, Chiusi, Tuy (in Hi-*  
*spania), Granada, Monreale (in Sicilia), Chieti, Tricarico, Agen (in Gallia), Oesel (episcopatus insulae Maris*  
*Baltici), Saint Pol de Léon (in Gallia), Rusköi (?), Cortona.*

1-27 *subscriptiones episcoporum: Ludovici Barbo, Iohannis de Mella, Guilelmi de Estoutevilla, Damiani de*  
*Bussellis O. F. M., Angeli Cavazza, Petri Leonis, Matthaei de Hermolao, Angeli de Grassis, Petri dall'Orto,*  
*Bartholomaei (cf. de eo BAUDRILLART, Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiastiques VII, 992), Roberti*  
*de Ademariis, Antonii Malatesta, Donati de Medicis, Scipionis de Maynentibus, Christophori Garaloni (Gara-*  
*lone), Andreae de Verulis, Alexii (Cesari) de Senis, Garsiae Martini de Waamonde, Gundisalvi (Gonsalvo) da*  
*Valboa O. F. M., Aymerici de Segauo, Baptistae de Romanis, Nicolai de Venetiis O. P., Iohannis de Bogia*  
*(Rogia), Iohannis Krewel (Krewel) O. Teut., Guilelmi le Ferron, Andreae, Matthaei Testi de Florentia O. Serv.*

- Ego Iulianus electus Citaridensis subscripsi.  
 Ego Iohannes episcopus Connerensis subscripsi.  
 Ego Tadeus episcopus Acquatensis subscripsi.  
 Ego Petrus Elia archidiaconus Trecensis ambassiator domini ducis Burgundie et  
 5 Brabancie.  
 Ego Ambrosius generalis ordinis Camaldulensis subscripsi.  
 Ego Gomecius abbas Florentinus subscripsi.  
 Ego Iohannes de Ursinis abbas Farfensis subscripsi.  
 ὁ τῆς Κρυπτοφέρρης μονῆς Πέτρος ὑπέγραψα.  
 10 Ego Antonius abbas Sancti Capresii.  
 Ego Franciscus abbas Sancti Leonardi.  
 † Ego Fredericus abbas de Berceto.  
 Ego Georgius abbas de Ferentino.  
 Ego Antonius abbas de Alfiolo.  
 15 Ego Bartholomeus abbas Campifullonis.  
 Ego Sepulcrus (!) abbas de Uzano.  
 Ego Angelus abbas de Sexto.  
 Ego Pascuasius ab[b]as Sancti Sepulcri.  
 Ego Benedictus abbas de Choneo.  
 20 Ego Iacobus abbas Sancti Salvii.  
 Ego Aloysius abbas Sancti Pauli ad ripam Arni Pisarum.  
 Ego Iohannes abbas de Tyro.  
 Ego Daniel abbas de Saviliano.  
 Ego Benedictus abbas Sancti Pancratii.  
 25 Ego Franciscus abbas Sancte Marie de Pacciano.  
 Ego Iohannes (?) Giovanni abbas de Ripolis.  
 Ego Angelus abbas Sancti Michaelis de Pistorio.  
 Ego Nicolaus abbas monasterii Sancti Modesti Beneventini subscripsi.  
 Ego Iacopus abbas Sancti Salvatoris de Faventia.  
 30 Ego A. abbas Montis Piani Pistoriensis diocesis subscripsi.  
 Ego Petrus abbas Sancti Felicis de Florentia.  
 Ego M. abbas Sancte Marie de Diciano.

1-32 signum crucis, una vice excepta deest, item, octo (vel novem) vicibus exceptis vox subscripsi (ὑπέγραψα). 18 videtur esse scriptum Pastuasius.

1-4 episcopatus: Citharida (cf. MEERSSEMAN, *Archivum Fratrum Praedicatorum* 9 [1932] 71), Down-Connor, Achonry, Troyes. 5-32 monasteria: Camaldoli (ordo), Firenze, Farfa, Grottaferrata, S. Caprasii (Caprais), S. Leonardi, Berceto (Parma), Ferentino (Roma), Alfianello (? Brescia), Campofilone (Ascoli Piceno), Uzano (Firenze), Sesto (Lucca?), Borgo S. Sepolcro (Arezzo), Cuneo, S. Salvio (Firenze), S. Paolo (Pisa), Tiro (in archiepiscopatu Iannensi), Saviliano, S. Pancrazio, Paciano, Ripoli, S. Michele (Pistoia), S. Modesto (Benevento?), S. Salvatore (Faenza), Montepiano (Pistoia), S. Felice (Firenze), S. Maria (Diciano).

1-3 subscriptiones episcoporum: Iuliani Antonii de Montz Lupo O. P., Iohannis Cely O. S. B., Taddaei. 4 archidiaconus Petrus Elia. 6-7 Ambrosius Traversari, generalis Camaldulensium; de Gomecio abbate cf. Guido BATELLI in *periodico Archivio storico italiano* 96 (1938) 218-220. 9 Petrus Vitali.

Ego Bartolomeus abbas de Bibona.

Ego Laurencius de L[ucina?] abbas de Culros.

Ego Fredericus abbas monasterii Sancti Pa[n]taleonis de Luca.

Ego Luchas (!) abbas Sancte Marie in Alpibus.

Ego domnus Lucas abbas Faerariensis (!). 5

Ego Iacobus abbas monasterii Sancti Petri de Massa.

Ego frater Io[hannes] abbas Sanctorum Martyrum Cordubensium.

Ego Guillelmus abbas Sancti Salvatoris Burdegalensis.

Ego Georgius abbas Sancti Petri de Eugubio.

Ego Antonius abbas Sanctorum Salvatoris et Vigilii de Senis. 10

Abbas Sancte Marie de Morrona.

[Ego?] abbas Sancte Gonde.

Ego Gabriel abbas Sancti Iacobi de Pontida.

Ego Dionisius abbas Sancte Marie diocesis (?) Sarzanensis.

Ego Timotheus abbas Sancti Andree de Mantua subscripsi. 15

Ego frater Guillelmus generalis Minorum.

Ego frater Conradus generalis Augustinensium.

Ego Placidus generalis ordinis Vallisumbrose subscripsi.

*Subscriptiones immediate textum graecum bullae unionis sequentes:*

Ἰω[άννης] ἐν Χ[ριστῷ] τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Παλαιολόγος. 20  
 † ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἡρακλείας πρόεδρος τῶν ὑπερτίμων καὶ ἔξυρχος πάσης Θράκης καὶ  
 Μακεδονίας καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τοῦ ἀγιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας  
 Φιλοθέου Ἀντώνιος ὄρισας ὑπέγραψα.

† ὁ τοποτηρητὴς τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τοῦ πατριάρχου Ἀλεξανδρείας καὶ δεσπότη μου κυροῦ  
 Φιλοθέου καὶ μέγας πρωτοσύγκελλος καὶ πνευματικὸς Γρηγόριος ἱερομόναχος ὑπέγραψα. 25

† Ἰσίδωρος μητροπολίτης Κυέβου καὶ πάσης Ῥωσίας καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ ἀποστολικοῦ  
 θρόνου τοῦ ἀγιωτάτου πατριάρχου Ἀντιοχείας κυροῦ Δωροθέου στέργων καὶ συναινῶν ὑπέγραψα.

1-18 *signum crucis deest; bis habetur: subscripsi.* 11 *deest: ego.* 12 *habetur littera E, quae posset vel nomen abbatis exprimere vel forsitan esse compendium pro: Ego.* 16-18 *hae tres subscriptiones sunt in tertia columna textus latini positae ita tamen, ut sint vicinissimae subscriptioni Ambrosii generalis Camaldulensium. Bulla plumbea Eugenii IV cum inscriptione consueta textui latino bullae adiuncta est. Versus finem subscriptionum Latinarum habetur nomen secretarii pontificii (Blondus) ita positum, ut pars eius subscriptionis sit sub nominibus synodaliis graecorum collocata.* 20 *scriptio imperatoris, coloris purpurei; expectaretur αὐτοκράτωρ.* 21 *subscriptiones sequentes quattuor sunt vicariorum patriarcharum Alexandrini, Antiocheni, Hierosolymitani.*

1-15 *Monasteria: Bibona, Culros (in Scotia), S. Pantaleone (Lucca), S. Maria (Verona?), Ferrara, S. Pietro (Massa), Cordoba (?), St.-Sauveur (Bordeaux), S. Pietro (Gubbio), SS. Salvatore e Vigilio (Siena), S. Maria (Morrona in Toscana), S. Giacomo (Pontida), S. Maria (in dioecesi Sarzana), S. Andrea (Mantova).* 16 *Guillelmus da Casale O. F. M.*

20 *versio: Iohannes Palaeologus in Christo deo fidelis rex et imperator Romaeorum.* 21-23 *versio: Antonius, humilis metropolita Heracleensis (Ἡράκλεια, Erekli), praesidens metropolitatum et exarcha totius Thraciae et Macedoniae, et locumtenens apostolici throni sanctissimi patriarchae Alexandrini Philothei definiens subscripsi. De metropoli Heracleae (Ponti) cf. V. LAURENT, in periodico Échos d'Orient 31 (1932) 316-326.* 24-25 *versio: Gregorius sacerdos-monachus, locumtenens apostolici throni patriarchae Alexandrini et domini mei domini Philothei et magnus protosyncellus et (pater) spiritualis, subscripsi. Agitur de Gregorio Mammas, patre spirituali imperatoris byzantini Iohannis VIII Palaeologi. Est factus anno 1443 successor secundus patriarchae Ioseph II Florentiae mortui.* 26-27 *versio: Isidorus metropolita Kioviensis (Kiev) et totius Russiae, et locumtenens apostolici throni sanctissimi patriarchae Antiocheni domini Dorothei, consentiens et approbans subscripsi.*

- † ὁ μητροπολίτης Μονεμβασίας καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τοῦ ἀγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων Ἰωακείμ, Δοσίθεος στοιχήσας ὑπέγραψα.
- † ὁ μητροπολίτης Τραπεζοῦντος Δωρόθεος στοιχήσας ὑπέγραψα.
- † ὁ Κυζίκου Μητροφάνης ὑπέγραψα.
- 5 † Βησσαρίων ἐλέφ θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος τῆς Νικαέων μητροπόλεως στοιχήσας ὑπέγραψα.
- † ὁ Νικομηδείας Μακάριος ὑπέγραψα.
- † ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Λακεδαιμονίας Μεθόδιος ὑπέγραψα.
- † ὁ μητροπολίτης Τορνόβου Ἰγνάτιος στοιχήσας ὑπέγραψα.
- † ὁ Μιτυλήνης καὶ τόπον ἐπέχων τοῦ Σίδης Δωρόθεος στοιχήσας ὑπέγραψα.
- 10 † ὁ Μολδοβλαχίας καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ Σεβαστείας Δαμιανὸς ὑπέγραψα.
- † ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἀμασειας Ἰωάσαφ ὑπέγραψα.
- † ὁ Ῥόδου Ναθαναὴλ καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων ὑπέγραψα.
- † ὁ Δρίστρας Κάλλιστος στοιχήσας ὑπέγραψα.
- † ὁ Μελενίκου Ματθαῖος στοιχήσας ὑπέγραψα.
- 15 † ὁ μητροπολίτης Γάνου Γεννάδιος στοιχήσας ὑπέγραψα.
- † ὁ Δράμας Δοσίθεος στοιχήσας ὑπέγραψα.
- † ὁ Ἀγχιάλου Σωφρόνιος ὑπέγραψα.
- † ὁ Νικαίας Βησσαρίων δι' ἀναθέσεως γεγραμμένης καὶ ὑπογεγραμμένης ὑπὸ τοῦ μεγάλου σακελλαρίου Μανουὴλ διακόνου τοῦ Χρυσσοκόκου τοῦ αὐτοῦ συγκατάθεσιν ἐνταῦθα ὑποσημειωσαμένου(?) ἀντ' αὐτοῦ ἐνταῦθα παραδηλῶ ὁμόφρονα καὶ αὐτὸν καὶ ὁμογνώμονα ἡμῖν εἶναι καὶ πᾶσι τοῖς ἐνταῦθα στοιχεῖν καὶ αὐτόν.
- † ὁ μέγας σκευοφύλαξ διάκονος Θεόδωρος ὁ Ξανθόπουλος ὑπέγραψα.
- † ὁ μέγας χαρτοφύλαξ καὶ ἀρχιδιάκονος Μιχαὴλ ὁ Βαλσαμῶν ὑπέγραψα.
- † ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης καὶ δικαιοφύλαξ διάκονος Σίλβεστρος ὁ Συρόπουλος ὑπέγραψα.

9 *ante* τόπον *deest* τὸν, *id quod non est mirum, cum phrasis* τόπον ἐπέχων *exprimat conceptum locumtenens.*

1-2 *versio*: Dositheus metropolita Monembasiensis (Μονεμβασία) et locumtenens apostolici throni sanctissimi patriarchae Hierosolymitani Ioachim, assentiens subscripsi. *De hoc cf.* V. LAURENT, *in periodico Echos d'Orient* 32 (1933) 153-158. 3 *versio*: Dorotheus metropolita Trapezuntinus (Τραπεζοῦς, *Tirabson*) assentiens subscripsi. *De hoc cf.* CHRYSANTHOS, Ἡ ἐκκλησία Τραπεζοῦντος = Ἀρχιεῖον Πόντου 4-5 (1936) 212-216. 4 *versio*: Metrophanes (*metropolita*) Cyzicenus (Κύζικος, *Artaki*) subscripsi. *Hic factus est patriarcha Constantinopolitanus (1440-1443).* 5 *versio*: Bessarion misericordia dei archiepiscopus Nicaenus (Νίκαια, *Isnik*) assentiens subscripsi. 6 *versio*: Macarius (*metropolita*) Nicomediensis (Νικομήδεια, *Ismid*) subscripsi. 7 *versio*: Methodius humilis metropolita Lacedaemoniensis (Λακεδαίμων) subscripsi. 8 *versio*: Ignatius metropolita Tornoviensis (*Tirnovu, in Bulgaria*) assentiens subscripsi. 9 *versio*: Dorotheus (*metropolita*) Mitylenensis (Μιτυλήνη) et locumtenens (*metropolitae*) Sidensis (Σίδη, *in Pamphylia*) assentiens subscripsi. 10 *versio*: Damianus (*metropolita*) Moldoblachiensis et locumtenens (*metropolitae*) Sebastiensis (Σεβάστεια, *Sivas*) subscripsi. 11 *versio*: Ioasaph humilis metropolita Amasiensis (*Amasia*) subscripsi. 12 *versio*: Nathanael (*metropolita*) Rhodiensis (*Rodi*) et Cycladum insularum subscripsi. 13 *versio*: Callistus (*metropolita*) Dristriensis (Δρίστρα, *Silistra*) assentiens subscripsi. 14 *versio*: Matthaeus (*metropolita*) Meleniciensis (*Melnik, in Bulgaria*) assentiens subscripsi. 15 *versio*: Gennadius metropolita Ganiensis (Γάνος, *in Thracia*) assentiens subscripsi. 16 *versio*: Dositheus (*metropolita*) Dramiensis (Δράμα, *in Macedonia*) assentiens subscripsi. 17 *versio*: Sophronius (*metropolita*) Anchialensis (Ἀγχιάλος, *Anchialo in Bulgaria*) subscripsi. 18-21 *versio*: Bessarion (*metropolita*) Nicaenus per mandatum scriptum et subscriptum a Manuele magno sacellario Chrysococo diacono, qui ipse approbationem (*suam*) subscribendo posuit, loco illius hic demonstro etiam ipsum eadem nobiscum sentire et eiusdem sententiae esse et etiam ipsum omnes, qui hic sunt, sequi (*scilicet assentiendo*). 22 *versio*: Theodorus Xanthopulus magnus sceuophylax et diaconus subscripsi. 23 *versio*: Michael Balsamon magnus chartophylax et archidiaconus subscripsi. 24 *versio*: Silvester Syropulus magnus ecclesiarcha et iurium custos et diaconus subscripsi.

† ὁ πρωτέδικος διάκονος Γεώργιος ὁ Καππάδοξ ὑπέγραψα.

† **Θμῖρηνῶῃ Ἐπ.π.κ. Περλάμῃ Ἐσχαδαλῆσκῶῃ ποδπίσῳ.**

† ὁ πρωτοπαπᾶς Κωνσταντῖνος καὶ τοποτηρητῆς Μολδοβλαχίας ὑπέγραψα.

† ὁ ἐκκλησιάρχης τῆς σεβασμίας καὶ ἱερᾶς βασιλικῆς καὶ ἀγιοριτικῆς Μεγάλῃς Λαύρας καὶ τὸν  
τόπον ταύτης πληρῶν Μωυσῆς ἱερομόναχος ὑπέγραψα. 5

† Δωρόθεος ἱερομόναχος καὶ τοποτηρητῆς τῆς σεβασμίας καὶ ἱερᾶς ἀγιοριτικῆς μεγάλῃς μονῆς  
τοῦ Βατοπεδίου.

† ὁ καθηγούμενος τῆς σεβασμίας καὶ ἱερᾶς βασιλικῆς μονῆς Χριστοῦ τοῦ Παντοκράτορος Γε-  
ρόντιος ἱερομόναχος ὑπέγραψα.

† ὁ προηγούμενος τῆς Περιβλέπτου Ἀθανάσιος ὑπέγραψα. 10

† ὁ καθηγούμενος τοῦ Ἀγίου Βασιλείου Γερμανὸς ὑπέγραψα.

† Παχώμιος ἱερομόναχος καὶ ἡγούμενος τοῦ Ἀγίου Παύλου ὑπέγραψα.

### 177.

*Eugenius IV indulgentiam plenariam pro ecclesia cathedrali Florentina concedit (?).*

[1439 inter iul. 6 et dec. 18 Florentiae].

*Copia coeua: Firenze, Archivio Capitulare Fiorentino, Filza: Scritture varie VIII carte c 12 e 15. (Documentum cum petitione).*

*Ed. Emilio SANESI, in fasciculo L'Oriente Cristiano e il Concilio di Firenze (Firenze 1938) 12-13.*

*Ab auctore rev.mo peramanter in hoc archivum introductus potui inspectis manuscriptis editionem aliquantulum meliorem praeparare.*

*De chronologia huius documenti notare iuvat documentum pontificium fuisse praeparatum (neque enim id fuisse cum effectu collatum constat) temporibus archiepiscopi Florentini Ludovici Scarampi (1437 aug. 6 - 1439 dec. 18), sicut ex hac petitione illustratur: Beatissime Pater. Exponitur sanctitati vestre pro parte creature vestre Ludovici archiepiscopi et capituli ac universi populi Florentini, quod cum altissimo deo placuerit, sanctitati vestre reservare unionem Orientalis ecclesie cum Occidentali pro exaltatione vestre sanctitatis die sexta iulii proxime preterita in ecclesia Florentina digne*

1 *versio*: Georgius Cappadox primus iudex (*protekdicus*) et diaconus subscripsi. *Hi quattuor diaconi servitio ecclesiae S. Sophiae (Constantinopoli) adscripti erant, habentes custodiam sacristiae, archivi, tribunalis ecclesiastici; his etiam supranominatus Manuel Chrysococus magnus sacellarius adnumerandus est. Silvester Syropulus ut auctor historiae concilii Florentini notus est.* 2 *transcriptio et versio*: Smirenyj ep(isko)p Avraam Suždalskyj, podpisaiu humilis episcopus Avraam Susdalensis subscribo. 3 *versio*: Constantinus protopapas et locumtenens Moldoblachiae subscripsi. 4-5 *versio*: Moyses sacerdos-monachus ecclesiarcha venerabilis et sacrae imperialis Magnae Laurae Montis Sancti et eius locumtenens subscripsi. 6-7 *versio*: Dorotheus sacerdos-monachus et locumtenens venerabilis et sacri magni monasterii Vatopediu Montis Sancti. 8-9 *versio*: Gerontius sacerdos-monachus et rector venerabilis et sacri imperialis monasterii Christi Pantocratoris (Omnipotentis) subscripsi. 10 *versio*: Athanasius rector (*monasterii*) Spectabilis (*Deiparae*) subscripsi. *An vox προηγούμενος hic significet: pro-rector sive etiam quondam rector, non est certum.* 11 *versio*: Germanus rector (*monasterii*) Sancti Basilii subscripsi. 12 *versio*: Pachomius sacerdos-monachus et rector (*monasterii*) Sancti Pauli subscripsi. 4-12 *monasteria nominata certo duo sunt Montis Sancti: Megiste Laura, Valopediu; monasterium tertium est probabiliter celebre Constantinopolitanum Παντοκράτωρ, de quo cf. Adolph. HERGÈS, in periodico Échos d'Orient 2 (1898) 70-88, et G. SCHREIBER in periodico Byzantinische Zeitschrift 42 (1942) 123 sqq.*

*profecto et solemnissime factam atque celebratam, ad quam quidem unionem una cum ardentissima voluntate sanctitatis vestre prefati populi humanitatis officia omnibus quibuscum[que] favoribus fieri potuit, devotissime atque libentissime prestita mirabiliter accesserunt. Et magnitudo actus ingentesque fructus secuti et qui secuturi sunt, splendorque ecclesie, in qua celebratus fuit actus ipse, necnon populi prefati precipue devotio ad personam sanctitatis vestre exigere videantur, ut sanctitas vestra prefatam diem sacram Florentinis sicut et Grecis atque immortalem facere debeat in honorem dei et persone vestre memoriam sempiternam. Dignetur igitur sanctitas vestra diem consecrationis dicte ecclesie et eius solemnitatem ad prefatam sextam iulii transferre et officium consecrationis huiusmodi in civitate et diocesi Florentina fieri debere perpetuo decernere et mandare, et nichilominus omnibus christifidelibus vere penitentibus et confessis, qui prefatam Florentinam ecclesiam dicta sexta die proxime futura a primis vesperis usque ad secundos devote visitaverint, annuatim plenariam absolutionem et remissionem omnium peccatorum suorum concedere et in domino relaxare dignemini de gratia singulari.*

## EUGENIUS ETC. AD MEMORIAM.

UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS PRESENTES LITTERAS INSPECTURIS SALUTEM ETC.

Dum preclsa meritorum insignia, quibus regina celorum virgo dei genitrix gloriosa sedibus prelata sidereis quasi stella matutina prerutilat, devote considerationis indagine  
 5 perscrutamur, dum eciam inter pectoris archana revolvimus, quod ipsa utpote mater misericordie, gratie et pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere pregravantur, sedula oratrix et pervigil ad regem, quem genuit, intercedit, dignum, quin pocius debitum arbitramur, ut ecclesias in honorem sui nominis dedicatas gratiosis remissionum prosequamur impendiis et indulgentiarum muneribus de-  
 10 coremus.

Cum itaque ecclesia metropolitana Florentina ad honorem beate Marie virginis mirabili ordine constructa mirabilique hominum ingenio fabricata, in qua nonnulla sanctorum corpora illorumque reliquie conservantur, celeberrima inter ceteras orbis ecclesias habeatur,

15 nos cupientes, ut ecclesia ipsa congruis honoribus frequentetur, et ut fideles ipsi eo libentius causa devotionis confluant ad eandem, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, sacro icumenico Florentino approbante concilio, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in octava apostolorum eorundem, in qua La-  
 20 tini et Greci divina gratia in eadem etiam convenerunt in unum, devote visitaverint, annuatim plenam remissionem omnium eorum peccaminum auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Volumus autem, quod, si alias visitantibus ecclesiam huiusmodi seu alias aliqua alia vel alie indulgentie in perpetuum vel ad certum tempus eciam nondum elapsum dura-  
 25 ture per nos vel predecessores nostros concessae fuerint, ille maneat nichilominus in suo robore firmitatis.

*A tergo (nota posterior):*

Minuta sive copia indulgentie plenarie ecclesie Florentine concessae per Eugenium 4 pontificem in octava apostolorum.



## 178-182.

*Eugenius IV Fredericum ducem Austriae, Albertum regem et complures principes Germaniae de unione Graecorum in concilio Florentino peracta certiores facit.*

1439 iul. 7 Florentiae.

a) *Frederico duci Austriae.*

*Diploma originale: Wien, Haus-Hof-Staatsarchiv; cum bulla plumbea.*

*Ed. G. FEJER, Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus et civilis, XI (Budapest 1834) 344;*

*DE HURMUZAKI I, 2:661-663, iuxta FEJER.*

b) *Alberto regi.*

*Copia coeva: Wien, Nationalbibliothek, codex Latinus 4971, 155<sup>r</sup>-156<sup>r</sup>.*

*Albertus II fuit rex Germaniae 1438-1439.*

c) *Frederico duci Saxoniae.*

*Copia coeva: Dresden, Hauptstaats-Archiv, loc. 10297, 16<sup>r</sup>-16<sup>v</sup>.*

*Fridericus II fuit dux Saxoniae 1428-1464.*

d) *Ludovico duci Bavariae.*

*Copia coeva: Bibliotheca Vaticana, Palatinus Latinus 600, 92<sup>v</sup>-93<sup>r</sup>.*

*Ludovicus IV fuit dux Bavariae, comes palatinus Rheni 1436-1449.*

e) *N. principi.*

*Copia coeva: Bibliotheca Vaticana, Palatinus Latinus 381, II, 196<sup>r</sup>-196<sup>v</sup>; cf. etiam Wien, Nationalbibliothek, codex Latinus 3462, 46<sup>v</sup>-48<sup>r</sup>.*

*Ed. GIUSTINIANI 333-334; LABBE-COSSART, HARDOUIN, MANSI repetunt GIUSTINIANI; RAYNALDUS, ad annum 1439, n. 12, documentum solum ex parte edidit, idque iuxta GIUSTINIANI.*

*In libro Deutsche Reichstagsakten 14, 305-307 documentum est editum iuxta copias: b, c, d, f. Cum tenor copiarum et diplomatis originalis sit idem, hic solum diploma edam.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO FREDERICO DUCI AUSTRIE, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

‘Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis’.

Iuvat, dilecte fili, in vocem exultationis erumpere et gestiente animo cum angelis miscere letitiam, quandoquidem ineffabile gaudium, ‘quod erit omni populo’, annuntiamus. 5  
Tanto quippe mens nostra divine consolationis rore perfunditur. ita exhilaratur cor nostrum, ut quod sentimus, explicare nequaquam valeamus, solaque in gratiarum actione et voce laudis requiescat affectus noster. Ecce enim, quod ardentissimo studio et indefessa pietate olim et longe, antequam ad pontificatus apicem assumeremur, optavimus: Orientalis et Occidentalis ecclesie diuturnum perniciosumque discidium post quadringentos 10  
quinquaginta annos divina tandem miseratione sublatum est. Qua in re, licet omnem pro viribus diligentiam adhibuerimus, quantum ille donare dignatus est, totum tamen infinite illius bonitati adscribimus, sine cuius ope totum est inane, quod geritur. Namque ab ipsis

3 *Luc. 2, 14.*    5 *Luc. 2, 11.*

nostri apostolatus initiis omni studio elaboravimus, ut utriusque ecclesie unio felicissima sequeretur.

Et post multos hinc inde missas legationes advenerunt ad nos anno preterito ad[d]ucti et hactenus sustentati sumptibus nostris carissimus in Christo filius noster Iohannes Pa-  
 5 leologus Romeorum imperator illustris et bone memorie venerabilis frater Ioseph patriar-  
 cha Constantinopolitanus et loca tenentes Alexandrini, Anthioceni et Ierosolimitani pa-  
 triarcharum legatique Trapezuntii imperatoris Hiberorum, Ruthenorum et Valachorum  
 cum metropolitibus et clericis ac nobilibus plurimis et multitudine copiosa; avidi quippe  
 huius sacratissime unionis laboribus plurimis marisque periculis sese exponere nequaquam  
 10 cunctati sunt, sacro ycumenico concilio, quod intra Italiam et ubi nos commode interesse  
 possemus fieri, magna cum instantia postularunt adesse cupientes; advenerunt autem ad  
 disputandum parati, sine contentionis tamen vicio aut pertinatie studio.

Nos itaque divini humanique iuris professores omni ex parte congregare curavimus,  
 qui cupientibus veritatem aperirent, deoque largiente, postquam eis tam ex scripturis  
 15 quam ex sanctis patribus Latinis pariter et Grecis veritas per omnia est patefacta, liben-  
 tissime consenserunt invente veritati,

spiritumque sanctum ex patre simul et filio procedere professi sunt, summamque Ro-  
 mane ecclesie et sancte sedis apostolice auctoritatem, quam improbe nimium quidam  
 opprimere nituntur, grate recognoverunt atque in reliquis consenserunt, prout ex decreto  
 20 inde confecto, quod hiis inclusum mittimus, tua excellentia apertius discet.

Audemus sane in domino gloriari atque confidentissime dicere id nostra etate pa-  
 tratum esse, quo nichil maius nichilque dignius al[iquo] apostolice predicationis tempore  
 vidit ecclesia. Neque hic erit finis divinorum mirabilium, sed divine miserationis latior  
 campus aperitur, ut sol ille iustitie, qui in Oriente iam ortus est, ad ipsos quoque infi-  
 25 delium tenebras radios sue lucis extendat, fiatque salus domini usque ad extremum terre  
 omnesque uno ore et uno spiritu glorificent deum et patrem domini nostri Iesu Christi.

Exspectantur ecce in dies cum nostris nuntiis ad id missis et iam fere pro foribus  
 adesse nuntiantur Armenii, gens magna et celebris, parati se per omnia Romane ecclesie  
 et sancte sedi apostolice subdere eiusque mandatis ac doctrinis incunctanter obedire.

30 Merito itaque, dilecte fili, cum in re iam tam multa, in spe etiam plura teneamus,  
 omnipotenti deo hostiam [ob]tulimus iubilationis et laudis, tibi que ista insinuanda putavi-  
 mus, ut nostrorum in domino gaudiorum particeps factus divine pietati nobiscum gratias  
 referas, hortamurque, ut christiane devotionis affectu per tuum dominium letanias et pro-  
 cessiones orationesque publicas fieri iubeas, partim referendo gratias pro acceptis a deo  
 35 muneribus, partim orando, ut complere dignetur omnipotens opus suum et barbaras na-  
 tiones in sua feritate gloriantes sub sacratissime christiano fidei iugum mittere. Et quo-  
 niam spes adeo leta sese undique aperit, pio monemus affectu, ut ad eripiendos ab infi-  
 delibus, a quibus indignissime opprimuntur, illarum partium christianos nobiscum animum  
 intendas.

40 Iam enim deo inspirante classem terrestresque copias proximo vere parare intendi-  
 mus sperantes, quod qui cepit in nobis opus bonum ipse perficiet ac per huiusmodi nostra  
 studia a iugo miserabilis servitutis catholicam gregem propicius ac benignus eripiet. Con-

17 *quidam, scilicet synodales Basilienses.*  
 25 *cf. Is. 49, 6.*

19 *decretum unionis Graecorum = doc. n. 176, pag. 68 sqq.*

26 *cf. Rom. 15, 6.*

fidimus autem negotium facil[li]me felicissimeque successurum per tuam reliquorumque christianorum principum opem atque operam.

Accingere itaque, fili, ardentique animo concurre ad hec studia pietatis, ex quibus et in hoc seculo gloriam consequeris et in futuro cum piis fidelibusque principibus, qui ab initio deo placuerunt, conscribi mereberis. Nos enim te per alias nostras litteras et nuncios requiremus, non ambigentes nichil te a tua maiorumque tuorum pietate ac nobilitate degeneraturum.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, nonis iulii, pontificatus nostri anno nono.

P. Guclin. 10

### 183-186.

*Eugenius complures universitates et civitates Germaniae de unione Graecorum in concilio Florentino peracta certiores facit.*

1439 iul. 7 Florentiae.

a) universitati Vindobonensi.

*Copia coeva: Wien, Nationalbibliothek, codex Latinus 4576, 198<sup>o</sup>-199<sup>o</sup>.*

b) universitati Erfordensi.

*Copia coeva:*

*Ed. WUERDTWEIN 8, 78-81.*

c) civitati Argentinensi.

*Copia coeva: Strassburg, Staatsarchiv, Serie AA 180, 39-40. Versio germanica.*

d) civitati Norimbergensi.

*Ed. Deutsche Reichstagsakten 14, 305-307.*

*Haec documenta eundem tenorem habent ac praecedens n. 178.*

### 187.

*Eugenius IV universitatem Leodiensem de unione Graecorum certiozem facit.*

1439 iul. 7 Florentiae.

*Copia coeva: Trier, Diözesanarchiv, Ms. 86, pag. 407-408.*

*Documentum eiusdem tenoris est ac doc. n. 178.*

### 188.

*Eugenius IV Amedeum ducem Sabaudiae de unione Graecorum in concilio Florentino peracta certiozem facit.*

1439 iul. 7 Florentiae.

*Diploma orig.: Torino, R. Archivio di Stato, Scismi, concili, vol. 2, n. 21; cum bulla plumbea. In fine textus: G. de Callio, a tergo: Dilecto filio viro Amedeo duci Sabaudie. Blondus.*

*Commemoratur apud PEROUSE 307.*

*Hoc documentum eiusdem tenoris est ac doc. n. 178.*

*Amedeus VIII fuit dux Sabaudiae, cf. de eo doc. n. 115, 122, 161, pag. 3-4, 10-12, 61-62.*

## 189.

*Eugenius IV Guardianum et conventum ordinis Minorem et ceteros christifideles apud montem Sion de unione Graecorum in concilio Florentino peracta certiores facit.*

*1439 iul. 7 Florentiae.*

*Diploma orig. in archivo custodiae Terrae Sanctae.*

*Edd. Diarium Terrae Sanctae. III (Hierosolymis 1909) 114-116; HUENTEMANN n. 432, 201A-202A.*

*Hoc documentum eiusdem fere tenoris est ac doc. n. 178.*

*Fr. Gangolphus de regno Siciliae O. F. M. fuit guardianus in conventu Montis Sion, "et aliis locis Terrae Sanctae, ac totius Syriae" 1438-1444, cf. de eo Gir. GOLUBOVICH O. F. M., Serie cronologica dei rev.mi Superiori di Terra Santa (Gerusalemme 1898) 23-24; et Leonh. LEMMENS O. F. M., Die Franziskaner im Hl. Lande, I (Münster i. W. 1925) 101-107.*

## 190.

*Eugenius IV Coptos de unione Graecorum in concilio Graecorum peracta certiores facit.*

*1439 iul. 7 Florentiae.*

*Diploma orig.: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Francesco di Fiesole.*

*Edd. WADDING XI, 82-84; HOFMANN III, 9-11. Copiam Angeli Mariae Bandini († 1803) edidit Aug. PELLEGRINI in periodico Bessarione 29 (1913) 91-93.*

*Commemoratur apud HUENTEMANN n. 432, BUCHETTI in periodico Studi Francescani 1 (1938); auctorem cito secundum extractum quod sub titulo: I Francescani al Concilio di Firenze (Firenze 1938) separatim editum est, 14-15.*

*Hoc documentum usque ad verba: omnipotens opus suum eundem tenorem habet ac doc. n. 189, pro reliquo textu sequenti habet solum: quod per nos inchoare dignatus est.*

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, nonis iulii, pontificatus nostri anno nono.

A. Policianus.  
Blondus.

*Breve per Albertum de Sarleano ordinis Minorum eumque legatum pontificium ad Coptos allatum est, simul cum bulla unionis Graecorum, sicut ex textu epistolae pontificiae apparet:*

*prout decreto inde confecto, quod vobis ostendet dilectus filius Albertus de Sarleano ordinis minorum lator huius, vestra devotio apertius discet.*

## 191.

*Eugenius IV Philotheum patriarcham graecum Alexandrinum de unione Graecorum certio-  
torem facit.*

[1439 iul. 7] Florentiae.

*Responsum Philothei patriarchae edidit RAYNALDUS, ad annum 1442, n. 8.*

*Philotheus fuit (iuxta Papadopoulos) patriarcha Alexandrinus 1433-1459. Immerito responsum eius in dubium vocatur ab Gerasimo G. MAZARAKE (Συμβολή εις την ιστοριαν της εν Αιγύπτω ορθοδόξου εκκλησίας. Alexandriae 1932, 78) et Chrys. PAPAΔOΠOYΛOΣ ('Ιστορία της εκκλησίας Ἀλεξανδρίας. Alexandriae 1935. 581).*

## 192.

*Eugenius IV Henricum regem Angliae simulque principes et pontifices de unione Graecorum in concilio Florentino peracta certiores facit.*

1439 iul. - aug. Florentiae.

*De expeditione epistolarum pontificiarum de unione Graecorum ex epistola Petri de Monte nuntii et collectoris pontificii ad Eugenium IV, Londinii ca. 1 sept. 1439, constat; Litteras sanctitatis vestre illico regie maiestati reddidi simulque principibus ac pontificibus, ad quos dirigebantur; cf. Joh. HALLER, Piero da Monte. Ein Gelehrter und päpstlicher Beamter des 15. Jahrhunderts. Bibliothek des Deutschen Historischen Instituts in Rom, Band XIX (Roma 1941) 114.*

*De Henrico VI rege Angliae (1421-1471) cf. A. ZELLFELDER, England und das Baseler Konzil = Historische Studien, Band 113 (1913).*

## 193.

*Eugenius IV Ladislaum regem Poloniae de unione Graecorum in concilio Florentino conclusa certio-  
torem facit.*

1439 [iul. - aug.] Florentiae.

*Huius documenti deperditi notitiam ex copia coaeva epistolae Ladislai regis Poloniae Eugenio IV missae, Cracoviae 1440, 10 martii, desumo, quae in codice Latino Vindobonensi (Wien, Nationalbibliothek) 4139, 302<sup>r</sup>-303<sup>r</sup>, conservatur: Recenti adhuc tenemus memoria superiora sanctitatis vestre scripta, quibus nobis sanctitas vestra graecorum reductionem ope et opera vestris aclam significare dignata est. Ladislaus III fuit rex Poloniae 1434-1444.*

## 194.

*Eugenius IV ducem Venetiarum hortatur, ut summam 6000 florenorum Cosmae et Laurentio de Medicis pro reditu Graecorum solvi facere procuret.*

*1439 iul. 11 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 139.*

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 364-365.*

*Franciscus Foscari fuit dux Venetiarum 1423-1457.*

DUCI VENETIARUM. DILECTI FILI, SALUTEM.

Cum pro expeditione galearum, quas nobis pro remittendo in patriam eorum dilecto filio nostro imperatore Constantinopolitano cum suis dare obtulisti, cambium cum Cosma et Laurentio de Medicis 6000 ducatorum istic solvendorum fecerimus, ipsique asserant a  
5 nobilitate tua hanc summam et maiorem eis deberi,

idcirco tuam devocionem hortamur in domino, quatinus dictam summam 6000 florenorum dictis filiis sociis dictorum Cosme et Laurentii istic existentibus quamprimum solvi facere procures, in qua re nobis valde satisfacies et complacebis.

Datum Florentie, XI iulii, anno IX.

## 195.

*Eugenius IV Ioannem patriarcham Coptorum de unione Graecorum in concilio Florentino peracta certiozem facit, eique Albertum de Sarteano O. F. M. nuntium apostolicum commendat.*

*1439 iul. 26 Florentiae.*

*Diploma originale nondum est inventum, nec in registro pontificio copia coeva conservatur. Cognoscitur autem textus, qui ex diplomate originali vel saltem ex copia authentica tradita Alberto de Sarteano nuntio a papa ad patriarcham Coptorum misso profluit.*

*Ed. Fr. Franciscus HAROLDUS O. F. M., B. Alberti a Sarthiano Ord. Min. Observ. vita et opera (Roma 1688) 322-323; BUCHETTI 32-33 iuxta editionem Haroldi.*

*Iohannes XI fuit (iuxta BAUDRILLART, Dictionnaire d'histoire et de géographie eccl. II, 366) patriarcha Coptorum 1418-1441.*

10 EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI IOHANNI PATRIARCHE IACOBINORUM, SALUTEM ETC.

Non ambigimus quidem, frater charissime, que hic ad laudem omnipotentis dei et totius universalis ecclesie gaudium gesta sunt, tue quoque fraternitati, fama vulgata esse

2 remictendo Ms.

iam cognita. Nos tamen, pro affectu et officio nostro hec ipsa tue fraternitati insinuanda censuimus, ut nostrorum in domino gaudiorum fieres particeps. Cum enim disponente domino in beati Petri apostolorum principis sede sancta, sancta Romana ecclesia, licet immeriti, consederimus ipsiusque apostoli successores simus, cui a domino collata est potestas ligandi atque solvendi, debemus profecto felicia dominici gregis, quem regendum 5 suscepimus, incrementa fratribus nostris ubique terrarum annunciare, ut tamquam fideles servi ex domini sui successibus secundis gaudeant et nobiscum una, omnipotenti deo gratias referant.

Tue itaque religioni, frater charissime, cuius nobis merita singularia multorum sunt relatione comperta, significamus Grecam Latinamque ecclesiam, periculoso ac diutino abs 10 se invicem dissidio separatam, deo tandem miserante, in unionem concordiamque rediisse. Advenit namque ad nos, sua sponte et a nobis admonitus, charissimus in Christo filius noster Ioannes Paleologus, Romeorum imperator illustris, una cum venerabili fratre nostro Ioseph patriarcha Constantinopolitano et locatenentibus trium patriarcharum et archiepiscopis, clericis ac monachis et nobilibus plurimis — nobis suppeditantibus sumptus ne- 15 cessarios — concilii oecumenici celebrandi gratia; et cum longissima diligentissimaque precessisset disputatio, tandem Romane ecclesie fides ab omnibus mira concordia et rite comprobata ac certissime suscepta est.

Verum hec omnia planius et melius fraternitati tue dilectus filius Frater Albertus ordinis Minorum, vir magne religionis et casto zelo fidei fervens reserabit, que huius 20 gratia ad fraternitatem tuam duximus dirigendum; decretique copiam ostendet, quam secum defert, ut uberius in domino gaudeas; quem etiam commendamus fraternitati tue, ut illum ob dei, beati Petri nostramque reverentiam suscipias in omnibus commendatum. Sane illi plurima commisimus secretius cum tua fraternitate tractanda pro honore dei 25 populorumque nobis subditorum perpetua salute; cui, hortamur in domino, ut in omnibus fidem adhibeas tamquam nobis ipsis, atque in his, que rationabiliter suggeret, favorabiliter annuas.

Nuntiamus id quoque pro abundantiori gaudio fraternitati tue, cum imperatore memorato legatos etiam advenisse Trapesuntii imperatoris, Valachorum, Hiberorum, Ruthenorum et omnium omnino Greco ritu et more viventium. Expectamus autem in brevi 30 adfuturos et Armenios, qui veniunt parati ad obtemperandum Romane ecclesie per omnia.

Cum itaque, venerabilis frater, tanta cernas divine pietatis indicia, non dubitamus mentem tuam, christiana pietate flagrantem, ad referendas nobiscum deo gratias ex omnibus medullis cordis esse conversam et id cupere omnibus votis, ut ecclesia catholica, 35 toto terrarum orbe diffusa, una sit, idem sapiat idemque sentiat, atque sub uno pastore grex unus fiat, ut sub varietate linguarum concors sit omnium fides, ut omnes uno spiritu et uno ore glorificemus deum et patrem domini nostri Iesu Christi.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice MCCCCXXXIX, VII kal. augusti, pontificatus nostri anno IX.

40

19 *Albertus de Sarleano copiam decreti unionis Graecorum patriarchae Coptorum attulit.* 21 *decretum, scilicet doc. n. 176, pag. 68 sqq.* 37 *cf. Rom. 15, 6.*

## 196.

*Eugenius IV Bessarioni metropolitae Nicaeno pensionem ecclesiasticam assignat.*

*1439 aug. 13 Florentiae.*

*Copia coaeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 200<sup>r</sup>.*

*Ed. ex parte Theod. FROMMANN, Kritische Beiträge zur Geschichte der Florentiner Kirchengemeinschaft (Halle a. S. 1872) 80, iuxta copiam Leonis Allatii.*

*Bessario fuit metropolita Nicaenus, ab anno 1437; die 18 dec. 1439 cardinalis creatus est. Commemoratur apud Lud. MOHLER, Kardinal Bessarion, I (Paderborn 1923) 205.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI VISIARIO ARCHIEPISCOPO NICENO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum nos de tue circumspectionis industria prudentiaque in rebus sanctam Occidentalis et Orientalis ecclesie unionem concernentibus comprobata spem conceperimus fiduciamque singulares, quod ea, que tibi circa hec committenda duxerimus, feliciter et studiose prosequeris, teque ob hoc ad huiusmodi negotii prosecutionem intente faciendam elegerimus,

nos attendentes ac dignum censentes, quod in vinea domini laborantes condigna debent esse pensione fulciti, tibi, ut expensarum onera, que premissa occasione subire habes, commodius supportare, quietius et ferventius in re tam salutari et orthodoxe fidei gloriam concernente commissioni tibi facte intendere possis,

tibi, quamdiu in Constantinopoli, trecentorum, cum vero ad curiam reversus fueris et in eadem moram traxeris, ut statum tuum iuxta pontificalis dignitatis exigentiam honorabilius ducere valeas, sexcentorum florenorum auri de camera summam de fructibus et proventibus camere apostolice ex nunc primo et deinde singulis annis persolvendam auctoritate apostolica tenore presentium reservamus, constituimus et assignamus, tibi per te vel alium ad hoc deputandum per te summam predictam ab officialibus et gentibus dicte camere petendi, exigendi, levandi, recipiendi et extrahendi, de receptis quoque quitandi et absolvendi harum serie concedimus facultatem,

mandantes nichilominus officialibus et gentibus predictis, quatinus absque alio mandato, cum iuxta predicta requisiti fuerint, absque contradictione et dilacione tibi respondere et satisfacere teneantur et debeant.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, tercio idus augusti, pontificatus nostri anno nono.

5 committenda *Ms.*    8 attendentes *Ms.*    10 orthodoxe *Ms.*    11 concernente *Ms.*    13 iuxta *Ms.*  
14 fructibus *Ms.*    21 iuxta. *Ms.*



## 197.

*Eugenius IV Dorotheo metropolitae Mitylinensi pensionem annuam assignat.*

*1439 aug. 13 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 74<sup>o</sup>-75<sup>r</sup>.*

*Ed. FROMMANN, 79-80, iuxta copiam Leonis Allatii.*

*Hoc documentum eiusdem fere tenoris est ac praecedens.*

*Metropolitae pensio annua 300 florenorum conceditur. An haec summa ei promissa fuerit, ut ad opus historicum concilii Florentini (= Praktika) conscribendum alliceretur, non constat. Immo non est adhuc cum certitudine probatum Dorotheum fuisse auctorem operis Praktika.*

## 198.

*Eugenius IV Beniamino abbati ordinis S. Basilii monasterium quondam eremitarum S. Augustini De La Misericordia in civitate Canea insulae Cretae situm concedit, ut ex hoc loco per monachos Basilianos opus unionis Graecorum promoveatur.*

*1439 aug. 13 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 200<sup>o</sup>-201<sup>o</sup>.*

*De monasterio S. Maria della Misericordia, cf. Gius. GEROLA, Monumenti veneti nell'isola di Creta, II (Venezia 1908) 134-135.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO BEMIAMINO PNEMATICOZ LOMITI ABBATI MONASTERII IN TONSTRI STONTUCAPI ORDINIS SANCTI BASILII CRETENSIS DIOCESIS, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Inter sollicitudines varias, quibus assidue premimur, illa potissime pulsat cor nostrum, ut ecclesiis et monasteriis gubernatores preficiantur, per quorum regimina ecclesie et monasteria ipsa utiliter gubernentur orthodoxaque fides huiusmodi gubernatorum presidio continuum in via veritatis suscipiat incrementum.

Cum itaque nos experientia ipsa comperimus sincerum tuum ad sanctam Occidentalis et Orientalis ecclesie unionem propositum fuerisque in prosecutione negocii unionis huiusmodi vigil et sollicitus quamplurimum, inducimur non inmerito, ut ad eum te conducamus locum, ex quo huius unionis fructus ad alios affluat, honorque sancte et individue trinitatis per te possit comodius predi[cari]. Hinc est, quod nos cupientes populum civitatis Caver, quam inter alias Graecie civitates singulari caritate complectimur, veritatis

12 predictum Ms.

1 Beniamino pnematico = probabiliter Beniamino pneumatikos (patri spirituali). 2 Tonstri Stontucapi = vocabula corrupta, quae probabiliter sunt idem ac vox sequens Colicristucapi, quae vox iterum est corrupta. 13 civitatis Caver (?) = Canea (Creta).

dogmata presertim hanc sanctam unionem concernentia in spiritu experiri considerantesque, si monasterium sancte Marie de la Misericordia, quod in insula Cretensi apud suburbana civitatis predictae situatum est et nunc per fratres heremitas ordinis sancti Augustini possidetur, tibi concederemus propter ipsius et dicte civitatis ad invicem viciniam commodius (!) populum predictum docere et ad veritatis ritum conducere posses, monasterium etiam ipsum non minus per tue circumspectionis industriam in spiritualibus et temporalibus susciperet incrementum,

nos hiis inducti de tuoque religionis zelo honestaque et morum gravitate sufficienter informati monasterium ipsum de la Misericordia tibi, qui etiam penitentiarius noster existis, dummodo in devotione et obedientia sancte Romane ecclesie perseveraveris, quoad vixeris, una cum monasterio in Colicristoutucapi, cui prees, tenendum et gubernandum auctoritate apostolica tenore presentium commendamus curam, regimen et administracionem ipsius bonorumque et iurium eiusdem necnon sancte unionis processum veritatemque orthodoxe fidei populis predictis et aliis predicandum plenarie committendo.

Volumus insuper et dicta tibi auctoritate committimus, quatinus ad monasterium ipsum de la Misericordia accedens fratres heremitas, qui in ipso degunt, ad alia loca sui ordinis in Creta remittas, in ipso vero monasterio de la Misericordia regulam et normam sancti Blasii cum monachorum competenti numero instituas, qui perpetuis futuris temporibus iuxta statuta et ordinationes dicti sancti et prout in aliis monasteriis ipsius sancti observatur, vitam ducant deo acceptam aliaque ad monasterium necnon populum civitatis predictorum et partium vicinarum conspexeris commodum et utilitatem concernere, facias, agas et geras, prout in domino videris salubriter expedire, idque etiam debitis ipsius monasterii supportatis oneribus et residuis fructibus, redditibus et proventibus ipsius monasterii disponere et ordinare libere et licite valeas sicuti illius veri superiores, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt, tibi concedimus per presentes, alienatione tamen bonorum immobilium et pretiosorum mobilium ipsius monasterii tibi penitus interdicta.

Preterea ut conme[n]da tibi facta huiusmodi commodius consequi possit effectum, venerabili fratri archiepiscopo Cretensi pro tempore existenti per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus circa premissa tibi cum effectu assistens te per eum vel alium seu alios in corporalem, realem et actualem possessionem monasterii iuriumque et pertinentiarum eiusdem inducat inductamque defendat, faciens tibi ab hiis, quorum interest, de fructibus et proventibus eiusdem monasterii integre responderi, contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia appellacione pos[t]posita compescendo. Non obstantibus, si aliquibus comuniter vel divisim ab apostolica sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nos enim penas et sententias, quas rite tuleris in rebelles, ratas habebimus ac faciemus auctore domino inviolabiliter observari.

11 viveris *Ms.* 14 committendo *Ms.* 15 committimus *Ms.* 17 remittas *Ms.* 18 Blasii *erronee loco* Basillii. 24 libre *Ms.* 29 committimus *Ms.* 36 excommunicati *Ms.* || litteras *Ms.*

Tu igitur sic in premissis te exerceas fideliter et prudenter, quod monasterium et populus huiusmodi fructum exinde sentiant tuque preter eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam uberius consequi merearis.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, tercio idus augusti, pontificatus nostri anno nono.

5

## 199.

*Eugenius IV Nicolaum Sagundinum in numero secretariorum apostolicorum collocat.*

*1439 aug. 13 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 382, 93<sup>r</sup>. In margine: IA. (Ioh. Aurispa?). Gratis de mandato domini nostri pape.*

*Nicolaus Sagundinus, civis Euboeensis, in concilio Florentino munere interpretis inter Latinos et Graecos functus est. De eo Andreas de SANTACROCE et PRAKTIKA saepe loquuntur.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO MAGISTRO SAGUDINEO DE SIRIPONTO FAMILIARI ET SECRETARIO NOSTRO, SALUTEM ETC.

Grata tui familiaritas, obsequia necnon litterarum scientia, qua pol[li]ere dinosceris, et sollicitudo et industria, qua nuper diligentissime [circa] hanc sacratissimam Grecorum reductionem summopere insudando exhibuisse comperimus, no[s] inducunt, ut te favo- 10 ribus prosequamur gratie specialis, et ut in effectu percipias, quod suggerit nostre mentis affectus,

te in nostrum secretarium et scribam tenore presencium gratiose recipimus aliorumque secretariorum nostrorum consortio cum honoribus, oneribus, gratiis, prerogativis ac emolumentis consuetis favorabiliter aggregamus per presentes. 15

Volumus autem, quod, antequam huiusmodi secretariatus officium incipias exercere, de illo fideliter exercendo, in manibus dilecti filii Francisci tituli Sancti Clementis presbyteri cardinalis camerarii nostri prestes in forma solita et consueta fidelitatis debite iuramentum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre receptionis, aggregacionis 20 et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc.

Datum Florencie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, tercio idus augusti, pontificatus nostri anno nono.

G. de Callio.

6 *expectaretur* Sagundino; Euriponto (Εὐριπος = Euboea). 8 *forsan ponendum est* familiaritatis ||  
 icterarum Ms. || polere Ms. 9 circa] cura Ms. 10 nos] non Ms.

## 200.

*Eugenius IV Nathanaeli metropolitae Colossensi (Rhodiensi) ritus graeci fructus ecclesiae Nisariensis assignat.*

*1439 aug. 13 Florentiae.*

*Copia coeva, Reg. Vat. 367, 74<sup>r</sup>-74<sup>o</sup>; in margine: Commendatur more.*

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 365.*

*Nathanael metropolita concilio Florentino interfuit subscripsitque bullae unionis.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI NATHA[NA]ELI ARCHIEPISCOPO RHODIENSI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Romani pontificis providencia circumspecta ecclesiis et monasteriis singulis, que vacationis incommoda deplorare noscuntur, ut gubernatorum utilium fulciantur presidio, 5 prospicit diligenter et personis ecclesiasticis presertim pontificali dignitate peditis et in negocio unionis ecclesie Orientalis cum Occidentali diuturnos labores passis, prout decens est et congruum, de subvencionis auxilio providet oportuno.

Dudum siquidem provisiones ecclesiarum cathedralium et metropolitanarum omnium tunc vacantium et in antea vacaturarum dispositioni et ordinacioni nostre reservantes de- 10 crevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Postmodum vero ecclesia Nisariensi tunc certo modo vacante nos vacacione illius fidedignis relationibus intellecta ad provisionem ipsius ecclesie felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest, reservacione et decreto obsistentibus su- 15 pradictis, ne longe vacationis exponatur incommodis, sollicitis studiis intendentes sperantesque, quod tu tuis prudentia et integritate, quibus apud nos approbatus existis, ipsi ecclesie esse poteris multipliciter fructuosus, ecclesiam ipsam te perseverante in devocione et obediencia Romane ecclesie et nostra, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis una cum ecclesia Rhodiensi, cui preesse dignosceris, ipsarum ecclesiarum fructuum et 20 proventuum veros annuos valores pro sufficienter expressis habentes, quoad vixeris, tene[n]dam, regendam et gubernandam auctoritate apostolica tenore presentium com[m]endamus curam, regimen et administracionem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie com[m]ittendo, ita ut ecclesia ipsius consuetis supportatis oneribus de residuis fructibus et proventibus illius disponere et ordinare libere et licite valeas, sicuti 25 veri ipsius pro tempore pastores hactenus potuerunt seu eciam debuerunt, alienacione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium tibi penitus interdicta.

Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus curam, regimen et administracionem huiusmodi siq[ue] geras sollicite, fideliter et prudenter, quod dicta ecclesia

3 pontifici *Ms.*      14 vite *Ms.* || intromictere *Ms.*      15 sperentesque *Ms.*      18 suis per *Ms.*  
23 comictendo *Ms.*      26 intradicta *Ms.*

12 ecclesia Nisariensis insulae Cycladum Nisyri.

utili administratore et fructuoso gubernatore gaudeat se commis[s]am tuque proinde preter eterne retributionis premium et humane laudis preconiumque mereberis nostram et dicte sedis benedictionem ac gratiam uberius consequi merearis.

Datum Florencie, anno incarnationis dominice millesimo [quadringentesimo] tricesimo nono, tercio idus augusti, pontificatus nostri anno nono. 5

### 201.

*Eugenius IV christifideles de unione Graecorum in concilio Florentino peracta certiores facit eosque hortatur, ut eleemosynis ad expensas pro Graecis solvendas subveniant.*

*1439 aug. 15 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 370, 210<sup>r</sup>-211<sup>r</sup>. Titulus: Indulgentie concessae ad subveniendum Greecorum reductioni.*

*Ed. ex parte RAYNALDUS, ad annum 1439, n. 9.*

*Tenor huius documenti est idem ac epistolae, die 7 oct. 1439 datae; cf. doc. n. 220, pag. 117-120.*

### 202.

*Eugenius IV Isidorum metropolitam Kioviensem constituit legatum apostolicum in Russia et regionibus finitimis.*

*1439 aug. 17 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 365, 190<sup>r</sup>-190<sup>v</sup>.*

*Edd. A. I. TURGENEV, Historica Russiae monimenta (!), I (Petropoli 1841), n. 121, pag. 120-121; Aug. THEINER, Monumenta Poloniae et Lithuaniae, II (Roma 1861) 41; ex parte RAYNALDUS, ad annum 1439, n. 11.*

*Commemoratur apud P. PIERLING, La Russie et le Saint-Siège, I (Paris 1896) 48-49.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI ISIDORO KYEW AC TOTIUS RUSSIE METROPOLITE, IN LITHUANIE, LYVONIE ET RUSSIE PROVINCIIS AC IN CIVITATIBUS, DIOCESIBUS, TERRIS ET LOCIS LECHIE, QUE TIBI IURE METROPOLIT[AN]O SUBESSE NOSCUNTUR, APOSTOLICE SEDIS LEGATO, SALUTEM ETC.

Salvator noster dominus Ihesus Christus filius dei vivi ex alto celorum throno descen- 10  
dens exemplum nobis reliquit, ut quemadmodum discipulos, quos elegerat, in universas mundi partes destinavit, ut omnibus creaturis evangelium predicarent et sacris christiane fidei institutis humanum genus edocerent, ita nos, qui licet immeriti eius vices in terris

1 administratori Ms. || gubernatori Ms.    6 Kyeuu Ms.    8 metropolitano Ms.

6 *Iam ab anno 1437 Isidorus fuit metropolita Kioviensis.*    12 *cf. Mc. 16, 15.*

gerentes christiano generi presidemus, quantum ab ipso nobis conceditur, per suas semitas incedentes, ad absentes fideles nostre considerationis intuitum dirigimus, mittendo ad ipsos personas idoneas, que executionem voluntatis et solitudinis nostre per suas bonas operationes, deo propicio, exequi valeant et etiam adimplere.

- 5 Cum ergo iuxta desiderium cordis nostri et diutinam operam per nos impensam per ineffabilem dei misericordiam et spiritus sancti gratiam, qui ubi vult spirat, Grecorum ecclesia nobiscum unita sit, ita ut deinceps unum ovile et unicum eis pastorem oves christifidelium recognoscere habeant,
- nos cupientes, ut longinque et extere nationes huius unitatis suavitatem sentiant et odorem, et ut in ea, deo auctore, edificentur, utque in vera fide Christi in melius reformatur, et illa in eis fiant, per que exaltatio fidei orthodoxe, animarum salus, pax et concordia populorum ac disciplina morum uberius subsequatur, et nomine Christi proveniat incrementum,
- 10 te, cuius virtus et diligentia in hac sancta unione admodum cognovimus profuisse, et quem dei benignitas preclaris virtutum dotibus illustravit, ac vite integritate ac morum, necnon magnitudine consilii, rerum agendarum experientia, prudentia quoque et sacrarum litterarum doctrina plurimum exornavit, in Lituania, Livonie ac totius Russie provinciis, necnon in civitatibus, diocesibus, terris et locis Lechie, que tibi iure metropolit[an]o subesse noscuntur, de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio pro statu universalis ecclesie atque nostro nostrum et apostolice sedis legatum
- 20 de latere cum plena potestate auctoritate apostolica facimus, constituimus et etiam ordinamus, tibi nichilominus in eisdem provinciis et locis edificandi, plantandi, reformandi, corrigendi, et statuendi omnia et singula que ad extirpationem heresum, exaltationem atque augmentum catholice fidei, pacem atque unitatem christifidelium, statum universalis ecclesie, conservationem auctoritatis nostre et apostolice sedis, ecclesiasticam libertatem,
- 25 morum reformationem profutura cognoveris, prout celestis gratie infusio tuaque tibi sapientia ministrabunt, facultatem et potestatem plenariam concedentes, firma spe fiduciaque conceptis, quod actus tuos dirigente eo, qui novit prava in directa et aspera convertere in vias planas, in dictis provinciis subsequetur fructus deo laudabilis, quem speramus, ita ut a nobis et sede apostolica meritam gratiam et a deo eterna premia consequaris, contradictores quoslibet et rebelles auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo.
- 30 Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, sexto decimo kalendas septembris, pontificatus nostri anno nono.

R[egistra]<sup>16</sup> de curia. Pog[gius].

### 203.

*Eugenius IV Isidorum metropolitam Kioviensem eumque legatum apostolicum commendat.  
1439 aug. 17 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 365, 190<sup>o</sup>-191<sup>r</sup>.*

*Ed. Aug. THEINER, *Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae, II (Romae 1861) 41-42; hic auctor numerum paginarum antiquum codicis archivi Vaticani, scilicet 227<sup>o</sup>-228<sup>r</sup> sequitur.**

12 forsitan legendum subsequantur. 17 Lethie Ms. || metropolitano Ms.

6 cf. Ioh. 3, 8. 27 cf. Is. 40, 4.

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 365, qui item enumerationem paginarum antiquam habet; PIERLING I, 49.*

*Documentum in forma salvoconductus est redactum.*

EUGENIUS ETC. UNIVERSIS ET SINGULIS, AD QUOS PRESENTES LITTERE NOSTRE PERVENERINT, SALUTEM ETC.

Cum venerabilis frater noster Isidorus metropolita Kyew ac totius Russie sedis apostolice legatus accedat de presenti ad ecclesiam suam, nos cupientes eundem metropolitam et legatum cum omni sua comitiva ac equis, salmis, valisiis, libris, auro, argento, iocalibus ac aliis omnibus et singulis rebus et bonis suis in eundo, stando et redeundo plena ubique securitate atque immunitate gaudere,

universitatem vestram et vestrum singulos requirimus et hortamur in domino, subditis vero et gentium armorum capitaneis nostris districte precipiendo mandamus, quatenus eundem metropolitam et legatum cum sociis et familiaribus, equestribus vel pedestribus quibuscumque, necnon salmis, valisiis, auro, argento, iocalibus, rebus et bonis suis aliis quibuscumque per civitates, terras, castra, op[p]ida, villas, territoria, districtus, passus, portus, pontes et loca alia quelibet tam nostra quam vestra, et tam per aquam quam per terram cum sociis, familiaribus, salmis, valisiis, rebus et bonis predictis ire, transire, morari et redire pro nostra et sedis apostolice reverentia sine aliqua dacia, tolonei, pedagii, fundi navis et gabelle, aut alterius oneris cuiuscumque exactione et solutione libere permittatis, nullamque sibi, sociis et familiaribus huiusmodi in personis, equis, rebus, aut bonis predictis inferatis iniuriam, molestiam vel offensam, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, sed eis potius de libero et securo transitu, receptu et salvoconductu, si opus fuerit, sic liberaliter providere curetis, quod vestra exinde devotio veniat apud nos et sedem predictam merito commendanda.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, sexto decimo kalendas septembris, pontificatus nostri anno nono.

R[egistra]<sup>ta</sup> de curia.

Pog[gius].

25

#### 204.

*Eugenius IV principem magnum Moscoviae Vasilij de unione in concilio Florentino peracta certiore facit et merita Isidori metropolitae Kioviensis in hac causa laudat, huncque ei commendat.*

[1439 aug. 17] Florentiae.

*Conservatur in versione russica.*

*Edd. Полное Собрание Русскихъ Лѣтописей, VI (Санктпетербургъ 1853) 160-161; VIII (1859) 108-109.*

3 Kyew] Kyew Ms.

*Commemoratur apud H. SCHAEFER, Moskau das dritte Rom (Hamburg 1929) 25; Ad. ZIEGLER, Die Union des Konzils von Florenz in der russischen Kirche (in collectione: Das östliche Christentum, Heft 4-5; Würzburg 1938) 98.*

*Dubitari non posse videtur, quin hoc documentum sit authenticum. Tempus documenti statui potest ex nota « anno nono » (pontificatus Eugenii IV) et ex factis ibidem enarratis, scilicet unionis iam peractae (6 iul. 1439) et commendationis pontificiae metropolitanae redeunti praestitae.*

## 205.

*Eugenius IV facultatem Iacobo de Utino canonico Aquileiensi percipiendi fructus ecclesiae Massanensis in favorem camerae apostolicae pro expensis unionis Graecorum solvendis dat.*

*1439 aug. 17 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani. Reg. Vat. 366, 348<sup>r</sup>. Titulus: Facultas percipiendi fructus ecclesie Massanensis etc.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO IACOB DE UTINO CANONICO AQUILEGIENSI FAMILIARI NOSTRO, SALUTEM ETC.

Cum pridem imminentibus nobis gravibus expensis Grecorum tam in Italiam perdurandorum quam postea sustentandorum usque ad celeberrime unionis, que domino cooperante proximis diebus facta est, conclusionem omnes fructus, redditus, et proventus ecclesiarum, quas vacare contingeret, quousque pastores, quos illis daremus, pacificam illarum possessionem adepti essent, nobis in dictarum expensarum relevamine reservaverimus,

et ecclesia Massanensis partim post mortem bone memorie Razardi ultimi illius pastoris certo tempore vacaverit, partim venerabilis frater Petrus, quem illi dedimus in episcopum et pastorem, pacificam eiusdem possessionem nondum sit adeptus,

nos qui gravissimo predictorum Grecorum in patriam reducendorum expensarum onere gravamur, cupientes dicte Massanensi ecclesie fructus, redditus et proventus, qui post mortem dicti illius ultimi pastoris defuncti ex ea fuerunt percepti, recuperare, devotioni tue, quam Senas et ad civitatem Massanensem duximus propterea transmittendam, petendi, exigendi et modis quibuscunque necessariis fructus, redditus et proventus predictos ab omnibus et singulis, ad quorum manus pervenissent, recuperandi cum invocatione brachii secularis et sub penarum excommunicationis et censurarum appositione contra omnes et singulos in ipsa executione fienda tibi rebelles et quomodolibet contradicentes, quitandi quoque nostro, camere apostolice et episcopi Massanensis nominibus omnes et

9 Razardi] legas Richardi. 16 necessariis Ms.

9 episcopi Massanenses (Massa Maritima): Richardus (1435-1439 oct. 7), Petrus dall'Orto (1439-1467).



singulos, a quibus fructus, redditus et proventus aut eorum partem percipies; aliaque omnia faciendi, que in predictis et circa predicta cognoveris oportuna, facultatem auctoritate apostolica et plenariam tenore presentium concedimus potestatem.

Datum Florentie XVI kal. sept. anno VIII<sup>o</sup>.

## 206.

*Eugenius IV Iohannem Torcello domicellum Cretensem propter eius merita in causa ecclesiastica, probabiliter unionis Graecorum, familiarem pontificium constituit.*

*1439 aug. 20 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 347<sup>r</sup>-347<sup>o</sup>. Titulus: Fit familiaris pape. Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 365.*

*Iohannes Torcelli consul Catalanorum et Sicilianorum Constantinopoli fuit, idemque postea apud Ioannem VIII imperatorem munera obiit. Cf. de eo Const. MARINESCU, Contribution à l'histoire des relations économiques entre l'Empire byzantin, la Sicile et le royaume de Naples de 1419 à 1453 (Atti del V Congresso Internazionale di Studi Bizantini, Roma 20-26 settembre 1936 = Studi bizantini e neoellenici, V, 1939) 211. Torcelli concilio Florentino interfuit, id quod ex epistola eius ad Philippum ducem Burgundiae, Florentiae die 16 martii 1439, de bello sacro contra Turcos missa apparet; cf. PIERLING I, 46.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO NOBILI IOHANNI TORCELLO DOMICELLO CRETENSI FAMILIARI NOSTRO, 5  
SALUTEM ETC.

Dum tue magne circumspectionis industriam maturitatemque consilii ac providentie perspicaciam in agendis, que in te, prout nos magna rerum experientia docuit, vigere sentimus, infra mentis archana volvimus [et] decens, quinymo debitum reputamus, ut personam tuam, quam multarum virtutum muneribus dotavit altissimus, favoribus apostolicis 10 et honoribus attollamus.

Ut igitur in effectu percipias, quo[d] suggerit nostre mentis affectus, te in familiarem nostrum gratiose recipimus et aliorum familiarium nostrorum con-ortio favorabiliter aggregamus, tibi que quod omnibus et singulis privilegiis, gratiis, honoribus et oneribus aliis familiaribus nostris a nobis vel sede apostolica quomodolibet concessis vel imposte- 15 rum concedendis et quibus ipsi utuntur et gaudent, uti pariter et gaudere valeas, concedimus per presentes intendentes, quod per hoc favoris apostolici presidia plenius sortiatis.

Insuper, cum tuam personam ad nostra et ecclesie servitia, quamprimum fieri poterit, continuo promptam et paratam habere cupiamus, ut apud nos constitutus te valeas 20 decenter sustentare, provisionem tibi annuam quadringentorum florenorum auri de

8 perspicaciam Ms. 12 quos Ms. 19 nostram Ms.

camera ex nostris et ecclesie introitibus depromendam devotioni tue presentium tenore deputamus,

quam inchoare volumus, quo die primum ex Grecia in Italiam reversus ad presentiam nostram te contuleris, intendentes tamen, quod familiarium et equorum expensam tenere  
5 debeas provisioni predictae correspondentem.

Sic igitur de bono in melius studiis virtutum intendas, quod merito ad faciendum tibi plenior gratiam invitetur.

Datum Florentie, XIII kal. septembris, anno VIII.

## 207.

*Eugenius IV Albertum de Sarthiano O. F. M. commissarium apostolicum in partibus orientalibus constituit.*

1439 aug. 22 Florentiae.

*Diploma orig.: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Francesco di Fiesole. Edd. Aug. PELLEGRINI, in periodico Bessarione 29 (1913) 93-94, iuxta collectionem manuscriptorum Ang. Mariae Bandini († 1803).*

WADDING 11, 84-85; HOFMANN III, 12-14, iuxta diploma originale.

Sarthiano = Sarteano (Toscana).

10 EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO ALBERTO DE SARTHIANO ORDINIS MINORUM IN PARTIBUS ORIENTALIBUS INDIE, ETHIOPIE, EGIPTI ET IERUSALEM COMMISSARIO NOSTRO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Dum onus universalis gregis dominici superna nobis dispositione iniunctum diligenter attendimus et nostrum prospicimus imperfectum, videntes, quod nequimus circa singula per nosmetipsos exsolvere debitum apostolice servitutis, nonnunquam viros vite sancti-  
15 monia et scientie fulgore preclaros, in quibus fervor orthodoxe fidei ac timor domini sanctus permanet, in partem laboris nostri vocamus, ut ipsorum salubri cooperatione ministerium nobis iniunctum favente divina gratia facilius et efficacius exequi valeamus.

Sane, licet cunctorum christifidelium salutem intente mentis acie prosequi et curare ex apostolice servitutis officio teneamur, divinis tamen edocti sermonibus ex centum ovi-  
20 bus unam amissam ceteris fere neglectis reducendam precipue curare debemus, cum et ad oves eas, que perierant, missam se Sapiencia ipsa declaret.

Attendentes itaque, quod ex omni genere humano multi sub dominici gregis titulo et nomine non requiescant, sed per devia quoque longe a lucis veritate aberrantes per tenebras evagentur et sic in magna messe paucissimos operarios esse videamus, ad per-  
25 sonam tuam, que quidem potens opere et sermone in magnis et arduis nobis familiari experientia comprobata est, dirigentes aciem mentis nostre ac sperantes, quod ea, que

6 fatiendum Ms.

19 cf. Luc. 15, 4. 21 cf. Matth. 15, 24.

tibi committenda duxerimus pro honore dei et propagatione christiani nominis, diligenter et fideliter prosequaris,

te in partibus Orientalibus Indie, Ethiope, Egipti et Ierusalem commissarium nostrum facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi nihilominus nostro et Romane ecclesie nominibus omnia et singula, que dilectus filius generalis ordinis tui facere posset, si personaliter in partibus predictis interesset, faciendi et agendi tenore presentium apostolica auctoritate dantes plenariam facultatem, volentes ac presentium tenore statuentes, quod tu et qui pro tempore fuerit in dictis partibus a te substitutus super conventus et personas conventuum, illam potestatem, facultatem et arbitrium habeatis, quam generalis ipse, si adesset, habere dinoscitur, sic tamen, quod tu et substituti prefati et vobis subiecti fratres per omnia dicto generali obedire et subesse teneamini preterquam in hiis, que huic mandato et commissioni nostre derogare et obviare censeantur; fraternitates insuper seu societates, si quas pietati idoneas esse prospexeritis, cum oportunis constitutionibus ordinare et ad tertium ordinem beati Francisci ad habitum et professionem recipere et in eodem ordine visitatores et alios officiales instituere valeatis. 15

Quarum omnium tam dicti tertii ordinis quam congregationum singulis personis in dictis congregationibus perseverantibus omnium peccatorum remissionem in mortis articulo ac vere penitentibus et confessis auctoritate apostolica impendere valeas et valeant necnon fratribus, de quibus tibi aut eis videbitur, ut ad partes predictas vadant, qui etiam tibi et illis obedire teneantur, precipiendi et mandandi ipsosque ad alias quascunque mundi partes cum facultatibus et auctoritatibus supradictis dirigendi ac notarios ad actus publicos in favorem fidei conscribendos creandi et instituendi quodque tu et qui pro tempore fuerit substitutus seu per aliquem vestrum deputatus, super omnia monasteria cure fratrum minorum in dictis partibus hactenus commissa vel committenda eandem potestatem habeatis, quam generalis ipsius ordinis minister habere dinoscitur, tenore simili concedentes. 25

Volumus autem, quod per quascunque litteras apostolicas generali ministro dicti ordinis seu aliis quoquam modo concessas vel concedendas imposterum gratie indulta et alia supradicta nullatenus intelligantur revocata.

Non obstantibus apostolicis ac in generalibus et specialibus conciliis editis constitutionibus et ordinationibus, statutis quoque et consuetudinibus ordinis predicti ceterisque contrariis quibuscunque, etiam si de ipsis in presentibus deberet fieri mentio, quibus, quantum presentibus adversantur, prorsus volumus hac vice duntaxat derogare, ipsis alias in suo robore permansuris. 30

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre actionis, constitutionis, deputationis, dationis, statuti, voluntatis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. 35

Si quis autem hoc attemptare (!) presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, undecimo kalendas septembris pontificatus nostri anno nono. 40

De curia.

L. Therunda.

## 208.

*Eugenius IV Iohanni imperatori Aethiopum Albertum de Sarthiano O. F. M. eiusque socios commendat.*

*1439 aug. 28 Florentiae.*

*Diploma orig.: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Francesco di Fiesole, cum bulla plumbea.*

*Edd. WADDING 11, 82; HOFMANN III, 14-15.*

*Commemoratur brevi regesto apud HÜNTEMANN n. 444, pag. 209; Benvenuto BUCHETTI O. F. M. in Studi Francescani 1 (1938) et repetito in opusculo eiusdem auctoris: I Francescani al Concilio di Firenze (Firenze 1938) 16-17.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, CARISSIMO IN CHRISTO FILIO PRESBYTERO IOHANNI IMPERATORI ETHIOPUM ILLUSTRIS, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Pertulit sepe ad nos constans fama tuam serenitatem et simul omnes, qui sub regnis tuis sunt constituti, veros esse christianos; tibi etiam non dubitamus esse notum ipsius  
5 fidei fundamenta a principio fuisse instituta apud urbem Romam, in qua quiescunt corpora beatorum Petri et Pauli apostolorum, residemusque nos Christi vicarius in ipsa sede apostolica ecclesiarum omnium domina et magistra.

Quare cupientes, si concesserit dominus, aliqua scire de iis, que apud tuam excellentiam fiunt, et ut etiam tu intelligas, quid apud christianos Occidentales fiat, mittimus ad  
10 tuam celsitudinem dilectos filios fratrem Albertum de Sarthiano ordinis beati Francisci commissarium nostrum in partibus orientalibus et eius socios, quos, si forte nequiverit ipse personaliter venire, duxerit destinandos. Suntque ipsi omnes viri utique cum sacra dei doctrina pleni tum etiam in timore domini et eius viis ambulantes. Quibus velit eadem serenitas tua in dicendis tam circa predicta quam etiam circa quedam secretiore parte  
15 nostra fidem credulitatis plenariam adhibere.

Data Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, quinto kalendas septembris, pontificatus nostri anno nono.

Io[annes] de Collis.

## 209.

*Eugenius IV Thomae imperatori Indorum Albertum de Sarthiano O. F. M. eiusque socios commendat.*

*1439 aug. 28 Florentiae.*

*Diploma orig.: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Francesco di Fiesole.*

*Ed. WADDING 11, 82, iuxta diploma originale; Aug. PELLEGRINI, in periodico Bessarione 29 (1913) 90-91, iuxta copiam A. M. BANDINI.*

7 cf. Concil. Lateranense IV, cap. 2 = DENZINGER 433.

*Hoc documentum eiusdem tenoris ac epistola praecedens, n. 208.*

*Inscriptio documenti: Eugenius episcopus servus servorum dei carissimo in Christo filio Thome, imperatori Indorum illustri, salutem et apostolicam benedictionem.*

*Commemoratur apud HÜNTEMANN n. 444, pag. 209. BUCHETTI 16.*

## 210.

*Decretum concilii Florentini contra synodum Basiliensem.*

*1439 sept. 4 Florentiae.*

*Diploma orig.: Archivio Vaticano, Instr. Misc. 4311.*

*Copiae coevae, Iohannis de Segovia XV, cap. 27, codicis Vaticani Latini 4128, 73<sup>r</sup>B-75<sup>r</sup>A, codicis Latini 86 archivi episcopalis Treverensis 410-413.*

*Ed. Ioh. COCHLAEUS, Historia Hussitarum. Liber 9 (Mainz 1549) 321-326; GIUSTINIANI 336-341, ad fidem codicis Vaticani Latini 4128. Alii editores RAYNALDUS, LABBE-COSSART, HARDOUIN, MANSI sequuntur generatim Giustiniani, dum BZOVIVS a Cochlaeo dependet.*

*In editione mea sequor diploma originale archivi Vaticani, exceptis paucissimis correctionibus a me explicite indicatis, quas ex codice Vatic. 4128 et Ioh. de Segovia (pag. 382-386) desumam.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Moyses, vir dei, populi sibi commissi salutem zelans, timensque, ne ob seditiosum sc[h]isma Chore, Dathan et Abiron ira dei in ipsum populum, si illos sequeretur, insurgeret, iussu domini dixit ad plebem universam: 'recedite a tabernaculis hominum impiorum et nolite tangere, que ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum'; senserat enim 5 ipso domino inspirante, seditiosos et sc[h]ismaticos illos ultionem gravissimam excepturos, sicut postmodum rei monstravit eventus, dum nec ipsa terra eos potuit sustinere, sed iusto dei iudicio illos absorbit, ut descenderent in infernum viventes.

Sic et nos, quibus, licet immeriti[s], dominus Ihesus Christus populum suum committere dignatus est, audientes illud execrabile scelus, quod quidam perditii homines 10 Basilee commorantes ad scindendam sancte ecclesie unitatem proximis diebus machinati sunt, metuentesque, ne quos incautos seducant fraudibus, et venenis inficiant, ad ipsum domini nostri Ihesu Christi populum nobis creditum clamare pari voce compellimur: 'recedite a tabernaculis hominum impiorum', maxime cum longe amplior sit plebs christiana quam illa tunc iudeorum, ecclesia sanctior quam synagoga, et Christi vicarius ipso Moyse 15 auctoritate et dignitate superior.

Quam Basiliensium impietatem dudum providere cepimus, quandoquidem illud tunc Basiliense concilium intuebamur iam in tyrannidem prolabi, dum multi etiam inferioris gradus ad illud tunc veniendum standumque pro libito factionis auctorum cogentur,

8 iuditio *orig.*      9 immeriti *orig.*

4 Num. 16, 26.  
13 Num. 16, 26.

11 Synodus Basiliensis die 25 iunii 1439 Eugenium IV papam deponere ausa est.

dum nonnullorum vota et iudicia diversis artibus extorquerentur, alii mendaciis et fraudibus seducerentur, dum conspirationibus, coniurationibus, monopoliis et conventiculis pene omnia cederent, et pro ambitione papatus diuturna protractio eius concilii querebatur, ubi denique innumere novitates, inordinationes, deformitates, et quasi infinita parabantur mala, ad que etiam clerici infra sacros ordines constituti, ignorantibus, inexperti, 5 vagi, discoli, profugi, apostate, de criminibus condemnati, et de carceribus fugientes, nobis et suis superioribus rebelles, et reliqua istiusmodi hominum monstra concurrerent, qui ab ipsis scelerum magistris omnem corruptionis labem trahebant.

Advertimus etiam ad illud sanctissimum opus unionis Orientalis ecclesie, quod per 10 quorundam factiosorum fraudem omnino periclitari videbamus, et idcirco tantis malis, quantum in nobis erat, providere cupientes, ex predictis et aliis rationabilibus et necessariis causis, de quibus in decreto translationis plene continetur, prefatum tunc Basiliense concilium de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium [consilio], plurimis venerabilibus fratribus et dilectis filiis archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus, 15 et aliis ecclesiarum prelatibus ac magistris et doctoribus id laudantibus, ad civitatem Ferrariensem transtulimus, ubi etiam cum Occidentali et Orientali ecclesia concilium ycumenicum, domino disponente, fundavimus.

Deinde morb[o] pestis superveniente et continuante, ad hanc civitatem Florentinam eius gratia annuente, eodem sacro concilio approbante, transtulimus, in quo ipse piissimus 20 et clementissimus deus ostendit mirabilia sua, ut scilicet sc[h]isma illud perniciosissimum, quod in dei ecclesia per quingentos fere annos cum maxima tocius christianitatis detrimento duraverat, et ad illud extirpandum plurimi sancti Romani pontifices predecessores nostri multique reges et principes et alii christiani magnis olim laboribus et impensis durissime insudarunt, post multas tandem in utroque loco disputationes publicas et privatas, diversos 25 tractatus et labores multiplices sublato fuerit et sanctissima Latinorum et Grecorum unio feliciter consummata, prout in decreto superinde confecto et solemniter promulgato plenius continetur.

Ex qua re ipsi eterno deo inexhaustas gratias referentes omnique fideli populo congratulantes, obtulimus illi [h]ostiam iubilationis et laudis. Vidimus enim non gentem unam 30 veluti hebreorum populum ad terram promissionis evocari, sed multarum gentium populos, nationes et linguas ad unum divine veritatis eloquium meritumque concurrere, per quod etiam iam magna spes redditur, ut ipse sol iusticie in Oriente oriens ad aliarum multarum gentium etiam infidelium tenebras radios sue lucis extendat, fiatque salus domini usque ad extremum terre.

Cuius quidem rei iam optimas arras deo disponente tenemus, dum ipse omnipotens deus 35 per operam nostram Armenorum oratores ex longissimis septentrionis partibus ad nos et apostolicam sedem et sacrum hoc concilium hiis diebus cum pleno mandato pervenire concessit, qui nos non aliter quam beatum Petrum apostolorum principem intuentes ac vene-

1 aliis mendatiis *orig.* 13 consilio] *om. orig.* 18 morbi peste *orig.*

12 *decretum translationis, 30 dec. 1437, cf. Ep. pontif. I, n. 108.* 19 *decretum translationis, 10 ian. 1439, cf. Ep. pontif. II, n. 160.* 26 *decretum unionis Graecorum, 6 iul. 1439, cf. Ep. pontif. II, n. 176.* 32 *cf. Mal. 4, 2.* 37 *Legati Armenorum die 13 aug. 1439 Florentiam advenerunt.*

rantes ipsamque sanctam sedem veluti matrem omnium fidelium et magistram recognoscentes, ad eam et prefatum concilium pro spirituali cibo et sane doctrine veritate se venisse professi sunt. Ob quam rem deo nostro iterum gratias multas retulimus.

Sed quas in prefato divino opere molestias, quas impugnationes, quas denique persecutiones, non quidem a Teuchris aut Sarracenis, sed a vocatis christianis hucusque passi 5 fuerimus, horret animus commemorare.

Refert beatus [H]ieronymus, quod ab [H]adriani temporibus usque ad imperium Constantini in loco resurrectionis dominice simulacrum Iovis et in crucis rupe statua Veneris ex marmore a gentibus posita colebatur, existimantibus persecutionis auctoribus tollere nobis fidem resurrectionis et crucis, si sancta loca per ydola pol[ui]issent. 10

Non dissimile a Basiliensibus illis hominibus perditissimis nobis et ecclesie dei hiis diebus fieri contigit, nisi quod illud a paganis et verum deum ignorantibus factum est, hoc ab hiis, qui cognoverunt et oderunt, et idcirco superbia eorum iuxta prophetam ascendit semper, in eo periculosius, quod sub reformationis specie, quam in se semper horruerunt, venena diffundunt. 15

Primum quidem, postquam hii, qui omnis scandali patratores Basilee fuerunt, Grecis in promissione defecerant, cum per ipsorum Grecorum et ecclesie Orientalis oratores plane intelligerent, carissimum in Christo filium nostrum Iohannem Paleologum Romeorum imperatorem illustrem et bone memorie Ioseph Constantinopolitanum patriarcham, reliquosque tam prelatos quam alios Orientalis ecclesie ad locum pro ycumenico celebrando concilio per nostros legatos et presidentes, aliosque ex prestantioribus ibidem existentibus, ad quos ius eligendi locum iuxta conventionem communi omnium eiusdem concilii consensu firmatam post graves suppositorum eius dissensiones devolutum erat, legitime electum accedere velle, cumque etiam nos hanc ipsam loci electionem ad supplicationem et instantiam maximam dictorum oratorum in generali consistorio Bononie 20 confirmasse, ac galeas et alia necessaria pro huius sanctissime unionis opere multis laboribus et impensis versus Constantinopolim destinare percepissent,

quoddam detestabile monitorium seu citatorium, quo sanctum hoc opus interciperent, contra nos et prefatos cardinales decernere ausi sunt, [illudque ad prefatos imperatorem et patriarcham Constantinopolim mittere, ut ipsos et omnes alios] omnino a veniendo 30 diverterent. Sciebant enim illos ad alium locum quam electum, ut premittitur, nullo pacto venturos.

Deinde, cum predictos imperatorem et patriarcham ac reliquos pro ipso sanctissime unionis opere ad nos iam venire percepissent, alium impietatis laqueum huic tam divine rei iniicere sunt conati, dum quandam sacrilegam suspensionis ab administratione papatus 35 assertam sententiam contra nos protulerunt.

8 simulachrum orig. 14 spetie orig. 29-30 illudque - alios om. orig.

1-3 citatio ex sermone legatorum Armenorum ad Papam, inter diem 13 aug. et 4 sept. 1439 habito. 7 cf. HIERONYMUS, Epistola ad Paulinum = MIGNE PL 22, 581. 25 Eugenius IV die 30 maii 1437 Bononiae decretum minoris partis concilii Basiliensis de sede concilii oecumenici die 7 maii 1437 promulgatum approbavit, idque etiam iuxta desideria Graecorum fecit; cf. Ep. pontif. I, n. 66. 28 monitorium, in sessione 28 synodi Basiliensis die 1 oct. 1437 decisum; cf. eius textum apud MANSI 29, 147 D-151 C. 35 textus decreti Basiliensis die 25 ian. 1438 promulgati apud MANSI 29, 165 B-169 D.

Postremo memorati scandalorum duces numero quidem paucissimi, quorum plerique conditionis infime et nominis, vere pacis odiosissimi iniquitatem super iniquitatem apponentes, ut non intrarent in iusticiam domini, dum spiritus sancti gratiam pro ipsorum Grecorum unione iam in nobis operari conspicerent, a recta linea per anfractus erroris  
 5 exorbitantes, pretensam quandam decimaseptimo kal. iunii proxime preteriti sessionem fecerunt in quibusdam decretis, licet per unam tantum ex tribus obedientiis post recessum Iohannis XXIII sic in eadem obedientia nuncupati Constancie sc[h]ismate tunc vigente editis, inherere se dicentes,

tres propositiones, quas fidei veritates vocant, quasi nos et omnes principes ac  
 10 prelatos et alios fideles et devotos apostolice sedis hereticos facerent, protulerunt, quarum tenor sequitur in haec verba :

*Veritas de potestate concilii generalis universalem ecclesiam representantis supra papam et quemlibet alterum declarata per Constanciense et hoc Basiliense generalia concilia, est veritas fidei catholice.*

15 *Veritas hec, quod papa concilium generale universalem ecclesiam representans actu legitime congregatum super declaratis in prefata veritate, aut aliquo eorum sine eius consensu nullatenus auctoritate potest dissolvere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, est veritas fidei catholice.*

*Veritatibus predictis pertinaciter repugnans est censendus hereticus.*

20 In hoc perniciosissimi, dum suam malignitatem sub veritatis fidei fuco colorant, Constanciense concilium in malum ac reprobum sensum et a sua doctrina penitus alienum pertrahunt, ceterorum sc[h]ismaticorum et hereticorum doctrinam sequentes, qui confictos errores et impia dogmata ex divinis scripturis et sanctis patribus perverse intellectis, semper sibi astruere moliantur.

25 Denique avertentes penitus sensum suum et declinantes oculos suos, ne viderent celum neque recordarentur iudiciorum iustorum, more Dioscori et damnate Ephesine synodi, ad quandam venenatam execrabilemque asserte declarationis seu privationis sententiam a dignitate et officio summi apostolatus inexpiabili quodam scelere processerunt, cuius tenorem, omni pie menti horribilem, haberi hic volumus pro sufficienter expresso, nichil  
 30 omittentes, quantum in eis fuit, quin hoc incomparabile unionis bonum in totum everterent.

O miseros et degeneres filios! O pravam et adulteram generationem! Quid hac impietate et iniquitate crudelius? Quid detestabilius, horribilius, atque insanius excogitari poterat? Dixerant olim nichil melius, nichil gloriosius atque fructuosius hac sanctissima  
 35 unione ab exordio nascenti ecclesie in populo christiano visum vel auditum fuisse, neque expedire in re illa de loco contendendum fore, sed pro ea consequenda, nedum huius mundi substantiam, sed et corpus atque animam exponi debere, pro hoc toto orbe clamantes, et ad id commoventes populum christianum, velut in suis decretis et epistolis plene continetur; nunc vero tam furiose, tam impie, quantum in eis est, itidem perse-  
 40 quuntur, ut ad illud Basiliense latrocinium tocuis orbis demonia confluisse videantur.

21 sua] forte praeferendum sana. 26 iudiciorum orig.

9 decretum Basiliense de tribus propositionibus, 16 maii 1439, apud MANSI 29, 178 B-179 B. 27 decretum synodi Basiliensis de depositione Eugenii IV papae, die 25 iunii 1439 promulgatum, apud MANSI 29, 179 C-181 B.



Et licet illorum iniquitatem sibi semper mentitam omnipotens deus hucusque prevalere non permiserit, cum tamen ad eam complendam usque ad abominationem desolationis in dei ecclesia viribus omnibus studeant, nos, qui sine gravissima dei offensa, et imminente periculo confusionis et abominationis in dei ecclesia talia dissimulare nullo modo valemus, iuxta pastoralis officii nostri debitum, multis etiam zelo dei succensis nos ad hoc ipsum impellentibus, tantis malis obviare volentes, ac, quantum in nobis est, oportune et salubriter providere, execrabilemque impietatem ac pestem perniciosissimam a dei ecclesia eliminare,

predecessorum nostrorum sequentes vestigia, qui, ut scribit sancte memorie Nicolaus Papa, soliti sunt concilia etiam universorum pontificum nequiter celebrata cassare, sicut in universali contigit synodo Ephesina secunda, quam beatissimus Leo papa summovit et Chalcedonensem instituit,

solenne et salubre declarationis decretum contra sacrilegos illos auctoritate apostolica, in sacro Ferrariensi generali concilio quinto decimo kal. marcii per nos editum, hoc sacro Florentino concilio approbante innovamus,

per quod quidem inter alia omnes et singulos Basilee sub pretensi concilii nomine, quod verius conventiculum esse diximus, contra translationem et declarationem nostras contravenientes, et illa scandalosa et nefaria presumentes, etiamsi cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali, aut aliqua quavis dignitate ecclesiastica vel seculari prefulgerent, excommunicationis, privationis dignitatum, beneficiorum et officiorum ac inhabilitationis ad futura, penas in dictis nostris litteris translationis contentas, ipso sacro Ferrariensi approbante concilio incidisse declaravimus,

decernentes etiam nunc ac declarantes, quecumque per dictos impios homines Basilee existentes facta et attemptata, de quibus in prefato nostro Ferrariensi decreto fit mentio, similiter omnia et singula per predictos ex post facta, gesta et attemptata, specialiter in duabus pretensis sessionibus, seu verius conspirationibus ultimo nominatis, ac quidquid ex eis vel ab ea forsitan secutum sit, et in futurum sequi posset, tanquam ab impiis hominibus, et nullam potestatem habentibus, sed a deo eiectis et reprobatis fuisse et esse nulla, cassa et irrita, ut de facto presumpta ac nullis penitus effectus, roboris vel momenti,

ipsasque propositiones superius descriptas iuxta pravum ipsorum Basiliensium intellectum, quem facto demonstrant, veluti sano sacre scripture et sanctorum patrum et ipsius Constanciensis concilii sensui contrarium, necnon prefatam assertam declarationis seu privationis sententiam cum omnibus inde secutis et que in futurum sequi possent, tanquam impias et scandalosas, necnon in manifestam dei ecclesie scissuram, ac omnis ecclesiastici ordinis et christiani principatus confusionem tendentes,

ipso sacro approbante concilio damnamus et reprobamus, ac damnatas et reprobatas nunciamus.

Decernimus etiam et declaramus omnes et singulos predictos fuisse et esse sc[h]ismaticos et hereticos,

9 cf. epistolam Nicolai I papae de synodo Mettensi (iun. 863) apud PERELS in MGH, Ep. VI, (Berlin 1925) 285. 13 cf. doc. n. 121, pag. 7-10.

et ultra penas in prefato Ferrariensi concilio declaratas, tanquam tales cum omnibus eorum fautoribus et defensoribus, cuiuscunque status, conditionis, et gradus ecclesiastici vel secularis extiterint, etiam si cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali, aut alia quavis dignitate prefulgeant, ut cum predictis Chore, Datan et Abiron  
5 meritam accipiant portionem, penis condignis omnino puniendos.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innovationis, declarationis, damnationis, reprobationis, nuntiationis, constitutionis et dispositionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.  
10

Datum Florentie, in sessione publica synodali solenniter in ecclesia Sancte Marie Novelle celebrata anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, pridie nonas septembris, pontificatus nostri anno nono.

Blondus.

211.

*Eugenius IV Andreae archiepiscopo Colossensi (Rhodiensi) facultatem dat beneficia ecclesiastica dioecesis suae conferendi.*

*1439 sept. 12 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 92<sup>r</sup>-93<sup>r</sup>. In margine: De curia. Collationatum. Cincius. Gratis de mandato domini nostri Pape. Titulus: Facultas conferendi beneficia in diocesi Collocensi existentia.*

*Eam partem edam, quae concilium Florentinum respicit.*

15 EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI ANDREE ARCHIEPISCOPO COLLOCENSI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum unio Occidentalis et Orientalis ecclesie, quam singulari studio et labore a pluribus [annis] impensis nostris procuramus, per omnipotentis dei clementiam ac benignitatem secuta fuerit, tuque ardore catholice fidei inflammatus ac ob nostram et sedis  
20 apostolice reverentiam in disputationibus pro huiusmodi unione concludenda [editis] tui ingenii ac doctrine lumen ostenderis,

nos his et aliis tuis meritis exigentibus personam tuam nobis et ecclesie devotam paterna benevolentia prosequentes illa tibi libenter concedimus, per que te possis aliis reddere gratiosum, fraternitati itaque tue omnia beneficia ecclesiastica cum cura et sine  
25 cura, etiamsi beneficia ipsa sedi apostolice seu donationi nostre specialiter vel generaliter reservata, et quorum collatio eidem sedi est, vel pro tempore fuerint devoluta, etiam si dignitates maiores post pontificales aut principales in collegiatis ecclesiis elective personatus administrationes seu officia existant vacantia seu vacatura infra terminos civitatis et dio-

20 editis] eutis\_Ms.; ex epistola ibidem f. 95<sup>r</sup> pro eodem data vox editis redditur certa.

cesis, ubi obedientiam habere agnosceris necnon oratoria et in diocesi et provincia Collocensi existentia, que a laicis personis occupata detinentur et quorum collatio ad memoratam sedem devoluta est, personis idoneis, quas duxeris eligendas, unum vel duo similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica obtinendi, auctoritate nostra conferendi...

Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, 5  
pridie idus septembris, pontificatus nostri anno nono.

Ioannes de Steccatis.

212.

*Eugenius IV Andreae archiepiscopo Colossensi (Rhodiensi) ritus latini in casu translationis a sede apostolica provisae vel renuntiationis vel mortis Nathanaelis metropolitae Rhodiensis ritus graeci totam ecclesiam Rhodiensem committit.*

1439 sept. 12 Florentiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 96<sup>r</sup>-96<sup>v</sup>. In margine: Cincius. De curia. Titulus: Littera absolvendi.*

EIDEM UT SUPRA.

Cum unio Occidentalis et Orientalis ecclesie, quam precipuo studio et labore ac magnis nostris sumptibus et impensis procuravimus, per ineffabilem dei omnipotentis clementiam nostris temporibus secuta fuerit, ac Orientales populi, qui sub Christi nomine gloriantur, sub uno ovili conquiescant et nos in terris, licet immeritum Christi vicarium et beati Petri apostolorum principis unicum successorem recognoscant, convenit, ut particulares ecclesie unico etiam pastore gaudeant atque fruantur. 10

Cum itaque Colossensis ecclesia, cui preses dinosceris, ob superiorum temporum malitiam duos pastores habuerit et habeat etiam de presenti, te videlicet et venerabilem fratrem nostrum Nathanaelem Grece nationis Colossensem archiepiscopum, nos dictum Nathanaelem archiepiscopum a vinculo, quo tenetur ipsi ecclesie Colossensi, absolvere et ad aliam ecclesiam transferre intendentes de tua circumspectione et industria ac salutari regimine in dicta Colossensi ecclesia diuturna experientia comprobato plurimum in domino confidentes, quamprimum dictum Nathanaelem archiepiscopum Colossensem ad aliam ecclesiam per sedem apostolicam transferri sive per cessum vel alium quemvis modum, preter quam per ipsius Nathanaelis archiepiscopi obitum dicte Colossensis ecclesie preesse desierit, 15

tibi curam, regimen, et gubernationem, quibus dictus Nathanael Colossensis archiepiscopus nunc preesse dinoscitur, exnunc prout ex tunc auctoritate apostolica tenore presentium in spiritualibus et temporalibus plenarie committimus, decernentes harum serie, ut quamprimum dictus Nathanael Colossensis archiepiscopus per huiusmodi translationem vel alium, ut premittitur, modum a regimine et gubernatione ipsius Colossensis ecclesie cessaverit, liceat tibi per te vel alium sive alios a te deputandos possessionem omnium et singularium ecclesiarum ac terrarum et locorum necnon 25 30

1 provintia Ms.

diocesis et provincie, que sub ipsius Nathanaelis archiepiscopi iurisdictione existunt, propria auctoritate apprehendere et super hiis omnibus pastorem in spiritualibus et temporalibus curam gerere et omnia et singula facere et exequi, que veri Colossenses archiepiscopi in civitate, diocesi et provincia facere et exequi potuerunt,

5 contradictores insuper per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia appellatione postposita compescere, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis,

mandamus in virtute sancte obedientie universis et singulis ecclesiasticis et secularibus personis, que nunc sub iurisdictione dicti Nathanaelis archiepiscopi Colossensis existant, quatenus eum, quamprimum eum transferri [contigerit] aut per cessum sive alium quemvis  
10 modum preterquam per obitum, dicte ecclesie Colossensi non prefuerit, personam tuam debito prosequantur honore et te ut archiepiscopum et animarum suarum pastorem precipua reverencia colant, tibi que in omnibus iurisdictionem prefate ecclesie Colossensis spirituali et temporali concernentibus plene pareant et intendant. Nos enim sententias sive penas, quas rite tuleris et statueris in rebelles, ratas habebimus easque faciemus  
15 auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Florentie ut supra.

F. de Laude.

### 213.

*Eugenius IV Petro Cathelano O. F. M. guardiano Berytensi mandat, ut Albertum de Sarthiano O. F. M. commissarium apostolicum in Orientem missum bene excipiat eumque sequatur officio interpretis pro lingua arabica functurus.*

*1439 sept. 13 Florentiae.*

*Copia coeva bibliothecae Vaticanae, codicis (miscellanei) Vaticani Latini 5641, 160°, epistola Eugenii IV Alberto de Sarthiano 'Dum onus' (cf. doc. n. 207, pag. 98-99) praecedit, 159°-159°, item 'Pastor bonus' (cf. WADDING 11, pag. 85-87) 159°-160°.*

*De historia Fratrum Minorum in Terra Sancta saeculo XV, cf. Leonh. LEMMENS, Die Franziskaner im HL. Lande, I, Die Franziskaner auf dem Sion (1335-1552), Franziskanische Studien, Beiheft 4, 2. Auflage (Münster i. W. 1925).*

FRATRI PETRO CATHELLANO ORDINIS MINORUM GUARDIANO LOCI BARUTH. DILECTE FILI ETC.

Intelligat tua devocio, ad quas partes mittimus dilectum filium fratrem Albertum de  
20 Sarthiano ordinis tui. Quare, licet non dubitemus te ipsum pro tua virtute libenter excepturum, ut tamen favores quoscumque possibiles in occur[r]entibus sibi prestes, hortamur in domino devocionem tuam.

1 iurisdictione Ms.

17 Berytensi (Beirut in Syria).

Preterea, cum fide dignorum relatum sciamus te idioma arabicum intelligere, et ipse per interpretem commissiones nostras sibi factas habeat exequi, mandamus tibi, ut eum, quocumque iverit, sequaris et interpretis officio, ubi fuerit opus, fungaris.

In eo autem tempore, quo a loco Baruth eris absens, Alterius (!) filius guardianus loci Montis S[ion] ordinis tui curam suscipiet dicti loci Baruth, cuius nunc existis guar-  
dianus. 5

Datum Florencie, XIII septembris, anno VIII<sup>o</sup>.

## 214.

*Eugenius IV Fantinum Valaresso archiepiscopum Cretensem constituit legatum apostolicum pro insula Cretae.*

*1439 sept. 18 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 75<sup>o</sup>-76<sup>o</sup>. In margine: Commissio legati in insula Cretensi.*

*Ed. ex parte RAYNALDUS, ad annum 1439, n. 11.*

*Simul cum hac epistola curia pontificia legato apostolico alias litteras dedit, quibus consuetae facultates legati apostolici exhibentur.*

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 366.*

*Fantinus Vallaresso archiepiscopus Cretensis (1425-1444) iam ab initio concilio Florentino interfuit, postquam a synodo Basiliensi discessit; die 9 aprilis 1438 ad regnum Franciae a papa missus est, sicut ex registro pontificio elucet (Reg. Vat. 374, 250<sup>o</sup>); cf. etiam facultates ecclesiasticas legato pontificio a Sancta Sede datas (Reg. Vat. 374, 250<sup>o</sup>-254<sup>o</sup>).*

*Ex actis graeci concilii Florentini PRAKTIKA edocemur eum in praeparatione decreti unionis Graecorum partem non exiguam habuisse. Mox post unionem Graecorum « libellum de ordine generalium seu ycumenicorum conciliorum et comprobatione sanctae unionis ecclesiarum Christi » composuit, qui a Bernh. SCHULTZE S. I. editus est.*

*Antequam Fantinus legatus constitueretur pro insula Cretae, facultatem acceperat (Reg. Vat. 370, 209<sup>o</sup>), ut sacerdotes sacramentum confirmationis graecis baptizatis utriusque sexus conferre possent, intervallo tamen saltem complurium dierum a die baptismatis habito: ut per simplices presbyteros, qui ad hoc fuerint pro tempore instituti, Graecis utriusque sexus baptizatis, qui nondum receperint confirmationis sacramentum, huiusmodi sacramentum conferri quodque eciam iidem presbyteri alia pontificalia ordinis ministeria, que dispensative possunt presbyteris huiusmodi exercenda committi, si aliter sine scandalo fieri non possit et episcoporum presencia de facili haberi nequeat, exercere libere et licite valeant, dum tamen per notabile intervallum a die baptismatis saltem complurium dierum id faciant, plenam et liberam dispensandi concedimus tenore presencium facultatem. Nolentes per concessionem huiusmodi constitutionibus, que per episcopos duntaxat fieri precipiunt, in aliis aliquatenus derogari.*

Montis Sum s.

4 guardianus Montis Sion fuit tunc Gandolphus de Sicilia; forte scriptor mutavit nomen eius in (V)alterius omisitque primam litteram.

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI FANTINO ARCHIEPISCOPO CRE-  
TENSIS AD IPSAM CRETENSEM INSULAM ET PROVINCIAM AC OMNES EIUS CIVITATES ET DIO-  
CESES LEGATO MISSO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

De celorum altissimis ad hec inferiora descendens unigenitus dei filius, ut humanum  
5 genus de laqueo servitutis eriperet, in quem antiqui hostis suggestio impulerat, postquam  
vestem nostre mortalitatis induere dignatus est, proprii aspersione sanguinis eterne mortis  
claustra confregit, ut suos vite perennis ac sempiternae efficeret possessores. Is autem dei  
filius commisit sibi a deo patre legationis officium exercens in universum mundum di-  
scipulos suos eleganter destinavit, ut omni creature evangelium predicarent, vicarium etiam  
10 suum instituens, qui eius exemplo nonnunquam alios in partem sollicitudinis (!) commissi  
sibi officii evocaret, ubi prohiberet corporalis absentia ipsius officii sui partes actualiter  
explicare.

Quamvis enim nobis sit potestatis plenitudo commissa, fines tamen humane condi-  
tionis excedere non valemus, ut dum ipsi officio nostro una in parte insistimus, illud alibi  
15 personaliter exercere non possimus. Ea propter cum suscepti cura regiminis nos universis  
christifidelibus constituat debitores, ne absentia relinquamus, ad ipsos interdum personas  
ydoneas dirigimus ac per eas reliquum sollicitudinis, quam ad presentes per nos ipsos  
gerimus, exequamur.

Sane, cum omnipotens deus, id quod etiam, antequam ad pontificatus apicem essemus  
20 assumpti, ardentissimo studio optavimus, videlicet, ut Orientalis cum nostra Occidentali  
ecclesia, sublato de medio pernicioso schismate felix unio sequeretur, diebus nostris sua  
pietate donare dignatus sit, prout hoc iam universis fere mortalibus innotescit, neque  
huic operi manum imposuisse satis factum esse videatur, nisi ad proseguendum conclus[e]  
huiusmodi unionis negocium personas ydoneas pro ea re exequenda et firmanda ad di-  
25 versas partes, ubi opus est, destinemus, cum nec etiam leges condere et iura sufficiat,  
nisi sint per quos illa debite servari mandentur.

Ut igitur ipse Crete insule ac provincie partes et in ipsis consistentes populi eo  
magis perfectam huiusmodi unionem complectantur atque in dei et Romane ecclesie re-  
verentia, obedientia ac devotione persistent, quo specialius per sedem apostolicam velut  
30 matrem visitationis officio conspexerint se fovendi, ecce ad te potentem quidem opere et  
sermone, quem deus omnipotens in magnis expertum et arduis singulari circumspectionis  
industria et probitate aliisque grandium virtutum titulis insignivit, in cuius affectibus ge-  
ritur, prout indubie tenemus, honorem dei et apostolice sedis atque ipsum unionis bonum  
quam latissime effundere atque promulgare, iusticie terminos colere, rebelles compescere  
35 atque errantes in viam reducere veritatis, nostrum convertimus deliberationis intuitum,  
teque ipsarum tuarum consideratione virtutum tibi ab ipso deo abunde concessarum, de  
fratrum nostrorum consilio in predicta insula et provincia Cretensi eiusque civitatibus et  
diocesibus huiusmodi nostrum legatum missum cum potestate legati de latere facimus,  
constituimus et etiam deputamus ac te ad partes illas tamquam angelum pacis et nuntium  
40 veritatis, ut in illis effectuali executione dicte unionis iuxta in hoc sacro ycumenico con-

7 efficeretur *Ms.* 16 relinquimus *Ms.* 23 prosequenter *Ms.* || concluso *Ms.* 29 specialius *Ms.* 30 visita-  
tionis *Ms.* 31 circumspectionis *Ms.* 32 gaudium *Ms.* 36 habunde *Ms.* 37 provintia *Ms.* 40 affectuali *Ms.*

9 *cf. Mc. 16, 15.*

cilio Florentino determinata pro dei gloria et animarum salute disponas, deformata reformes, indirecta dirigas, corrigenda corrigas, ac facias, prout celestis gratie infusio tuaque tibi prudentia ministrabit, providimus destinandum, tibi in dictis partibus quascumque personas tam ecclesiasticas quam seculares Grecas et Latinas omnia, que ad honorem dei et Romane ecclesie et apostolice sedis necnon ad executionem prefate unionis, observationem canonum, conservationem et reductionem ecclesiastice libertatis, reformationem morum, honestatem cultus, relevationem ecclesiarum et pauperum animarum salutem, tranquillitatem et bonum statum partium earundem pertinebunt, faciendi, reformandi, corrigendi, precipiendi, statuendi, ordinandi ac omnia alia et singula gerendi et faciendi, que in premissis et circa ea necessaria esse videbuntur aut etiam quomodolibet oportuna, contradictores etiam quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendi, quibuscumque privilegiis, indulgentiis, exemptionibus et literis apostolicis generalibus vel specialibus sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, per que nullum cuiuscumque cuiuscumque status, condicionis vel ordinis etiam S. Benedicti, Predicatorum, Minorum et aliorum Mendicantium ac S. Catharine montis Sinay canonicorum regularium, Hospitalium S. Iohannis Ierosolimitani aut S. Antonii Viennensis seu quorumvis aliorum ordinum existant, in hac parte volumus afferri suffragium, nequaquam obstantibus.

Quosque etiam, si legitime pre[pe]ditus ad omnia loca supradicta in propria [persona] te transferre nequires, alii vel aliis, quem seu quos duxeris assumendos, pro executione in huiusmodi hiis presentibus litteris contentorum in ea parte committere valeas vices tuas, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem.

Quocirca circumspeditioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus iniunctum tibi ministerium laboris huiusmodi pro dei, nostra et dicte sedis reverentia devote suscipiens sic illud utiliter, sollicite et laudabiliter iuxta datam tibi a domino prudentiam exequaris, quod de tuis laboribus, celesti favente clementia, desiderati fructus eveniant, quos speramus, tuque illam, que pias causas gerentibus celesti retributione rependitur, feliciter consequi palmam glorie merearis. Nos enim sententias sive penas, quas rite tuleris in rebelles, ratas habebimus, et faciemus auctore domino usque ad satisfac[t]ionem condignam inviolabiliter conservari.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, quartodecimo kalendas octobris, pontificatus nostri anno nono.

Ia[cobus] de Calvis.

## 215.

*Eugenius IV indulgentias pro ecclesia monasterii Vatopediu in Monte Athos concedit.*

*1439 sept. Florentiae.*

*Diploma orig., ex parte laesum, in monasterio Vatopediu.*

*Ed. Porph. USPENSKI, АѠОНЪ (С. - Петербуртъ 1902) 661-662; haec editio aliquos errores evidentes continet, quos corrigam.*

2 indirecta Ms. 3 forsā ponendum providemus. 5 observationem duabus vicibus Ms. 7 revelationem Ms. 29 satisfacionem Ms.

*Quamvis nec in registro pontificio bullarum nec in serie appellata « Suppliche » de hoc diplomate notitiam ullam invenerim, nihilominus editori saltem factum exsistentiae talis diplomatis et fidelitatem substantialem transcriptionis huius documenti ab illo docto viro servatam esse credo. Rationes me movent hae: 1. anno 1628 Ignatius monachus monasterii Vatopediu Romam perveniens ad Bandinum cardinalem epistolam supplicem direxit, in qua habetur: Padre Ignatio già rettore del monastero di Vatapedi... havendo trovato alcune indulgentie concesse loro dal Eugenio 4 et altri Pontefici Romani; cf. G. HOFMANN, Athos e Roma (= Orientalia Christiana V, 2 [1925] pag. 165); 2. in concilio Florentino Dorotheus locumtenens monasterii Vatopediu adfuit et bullae unionis Graecorum subscripsit; 3. stilus diplomatis morem aliorum documentorum indulgentiae in favorem ecclesiarum perfecte exprimit.*

[EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM] DEI UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS PRESENTES LITTERAS INSPECTURIS, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quum precelsa merita insignia, quibus regina celorum virgo dei genitrix sedibus prelata sidereis quasi stella matutina prerutilat, devote considerationis indagine perscrutamur, dum etiam infra pectoris archana revolvimus, quod ipsa utpote mater misericordie, gratie et pietatis amica, humani generis consolatrix pro salute fidelium, qui delictorum onere pergravantur, sedula oratrix et pervigil ad regem, quem genuit, intercedit, dignum quin potius debitum arbitramur, ut ecclesias in sui nominis honore dedicatas gratiosis prosequamur impendiis et indulgentiarum muneribus honoremus.

Cupientes itaque, ut ecclesia monasterii Vatopedi ordinis sancti Basilii, sita in pertinentiis Montis Sancti, que in honore et sub vocabulo beate Marie fundata existit, a Christi fidelibus congruis honoribus frequentetur et etiam conservetur, ut fideles Christi eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad eius fabricam ac conservationem et manutentionem manus porrigant promptius adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos,

de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festo eiusdem beate Marie prefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim et ad eius fabricam et conservationem ac manutentionem manus porrexerint adiutrices, quatuor annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam ecclesiam vel ad eius fabricam seu conservationem vel manutentionem manus porrigentibus adiutrices aut alias ibi pias elemosynas erogantibus aut aliqua alia indulgentia imperpetim vel ad certum tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, presens concessio nullius existat roboris vel momenti.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, . . . septembris, [pontificatus nostri] anno nono.

I. Cincius.

1 Grigorius (?) papa . . . Dei ed. 7 dignum quum pectus debitum ed. 9 prosequemur ed. 12 conservetur ed. 15 conspexerunt ed. 17 qui] cuis ed. 19 perrexerint ed. 24 nondum ed. 25 praesens ed. || existat] extat ed. 26 dominicae ed. 27 septembri ed. || . . . in anno . . . nono ed. 28 i Citius ed.

20 presentibus, scilicet litteris.



## 216.

*Eugenius IV Andreae archiepiscopo Colocensi (Rhodiensi) saluumconductum pro itinere imprimis propter causam unionis Graecorum ex mandato pontificio suscipiendo dat.*

*1439 sept. 28 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 92<sup>r</sup>. In margine: Coll[ationatum].  
Cincius. De curia. Littera passus.*

EUGENIUS ETC. UNIVERSIS ET SINGULIS, AD QUOS PRESENTES LITTERE NOSTRE PERVENERINT,  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum venerabilem fratrem nostrum Andream archiepiscopum Collocensem pro nonnullis nostris et Romane ecclesie arduis negociis presertim unionis Grecorum substantiationem ac pro amplificatione christiane religionis ad diversas mundi partes presentialiter 5 destinemus, nos cupientes eundem Andream archiepiscopum cum sociis, familiaribus, personis equestribus et pedestribus, rebus et bonis suis omnibus plena ubique securitate et immunitate gaudere,

universitatem vestram et vestrum singulos requirimus et hortamur in domino, subditis vero nostris et gencium armigerarum capitaneis ubicumque ad nostra et dicte ecclesie 10 stipendia militantibus districte precipiendo mandamus, quatenus eundem archiepiscopum cum sociis, familiaribus, et personis predictis usque ad numerum duodecim personarum cum salmis, valisiis, arnesiis, rebus et bonis suis omnibus in eundo, stando et redeundo per nostra et vestra territoria, passus, portus, pontes, flumina et loca quelibet tam per 15 aquam quam per terram absque solutione alicuius angarii, perangarii, fundinavis, datii, passagii vel gabelle aut alterius cuiuscumque indicti vel indicendi oneris exactione ire, stare et redire pro nostra et sedis apostolice reverentia libere permittatis nec ei, sociis et familiaribus predictis in personis et rebus suis inferatis iniuriam, molestiam vel offensam, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, quin potius eundem archiepiscopum sic benigne recipiatis et etiam pertractetis ac de securo transitu, scorta, salvo 20 liberoque conductu ac receptu ei providere curetis, quod vestra exinde devotio apud nos et sedem ipsam merito veniat commendanda.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice MCCCCXXXVIII, quarto kal. octobris, pontificatus nostri anno nono.

N. Policianus. 25

## 217.

*Eugenius IV Iohanni VIII imperatori byzantino auxilium promittit.*

*1439 sept. 23 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 358<sup>r</sup>-359<sup>r</sup>.  
Ed. RAYNALDUS, ad annum 1439, n. 10.*

<sup>3</sup> *Andreas Chrysoberges O. P. fuit archiepiscopus Colocensis (Kolossi in Rhodo) 1431-1447, deinde Nicosiensis (Nicosia in Cypro) 1447-1457.*

EUGENIUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO IOHANNI PALEOLOGO ROMEORUM IMPERATORI ILLU-  
STRI, SALUTEM ETC.

Cum pro ineffabili misericordia salvatoris nostri Ihesu Christi his diebus factum sit,  
ut nonnullae differentiae, quae quingentis ferme annis inter Occidentalem Orientalemque  
5 ecclesias viguerunt, sublatae sint, et unio inter ipsas ecclesias feliciter fuerit consum[m]ata,  
prout in decreto superinde confecto et in publica sessione pridem sollemniter publicato  
plene continetur, ipsamque sanctam unionem et omnia in dicto decreto contenta tu pro  
zelo domus dei et catholice fidei pridie ferventi devotione in nostra et venerabilium fra-  
trum nostrorum sancte Romane ecclesiae cardinalium multorumque prelatorum presentia  
10 exequi et ad effectum pro viribus deducere in partibus Orientalibus pollicitus fueris,

nos, qui non solum ipsam effectui demandari tota mente peroptamus, sed etiam eo  
perpetua stabilitate firmari ac etiam dilatari, quo crucis dominicae inimicis a christifi-  
delium finibus eliminatis in pacis quiete ac securae libertate ipsi christifideles debi-  
tum possint domino reddere famulatum, cognoscentesque eundem tuae serenitati inesse  
15 affectum,

tenore presentium de consilio et assensu ipsorum cardinalium tuae serenitati pollice-  
mur, quod per totum mensem martii proxime secuturum versus Constantinopolim mit-  
temus decem galeas armatas, quae pro hac re spatium unius anni vel, si utilius videretur,  
viginti inter galeas et naves, quae spatium sex mensium in locis illarum partium, ubi magis  
20 oportunitate videbitur, permanebunt.

Et ut non solum mari, sed etiam terra Turchi opprimi possint, te in aliquo adiuva-  
bimus pecuniario subsidio, ut tua potentia et nostra subventionem eo facilius contra ipsos  
Turchos terrestrem possis illo tempore exercitum ducere.

Sollicitabimus quoque omni cum instantia carissimum in Christo filium nostrum Al-  
25 bertum Romanorum ac Hungariae et Boemiae regem, ut eo tempore ex partibus Hungariae  
contra eosdem Turchos potentem conducat exercitum.

Ididemque, ut fiat, per Albanenses et alios illarum partium christianos diligenter  
curabimus.

Dabimus etiam operam nobis possibilem, ut pro feliciore huius rei executione ipse  
30 rex Romanorum huic expeditioni personaliter intersit.

Quod si forte ex aliqua causa in predicto mense martii ipsa maritima atque terrestris  
expeditio contra infideles fieri non posset, nihilominus tempore opportuno et rebus exigen-  
tibus ea omnia, quemadmodum predictum est, nos exequemur.

Et si forte ex aliqua causa terrestris exercitus fieri non posset, nihilominus imminente  
35 necessitate et te hoc requirente, predictas galeas armari et ad partes Constantinopoli-  
tanas mitti faciemus.

Solvemus etiam CCC balistariis pro tuitione civitatis Constantinopolitanae a die, quo  
applicueris Constantinopolim, usquequo fiat predicta navalis expeditio, mensuatimque  
ordinabimus pro uno anno pecunias apud Constantinopolim, ut pro stipendio ipsis bali-  
40 stariis debito valeat satisfieri.

Item, si dicta galearum expeditio dicto mense martii non fieret, ex tunc usquequo fiat, ordinabimus, ut due galee armate apud dictam urbem Constantinopolitanam pro ipsius tuitione necessaria a mense aprilis usque ad mensem septembris permaneant.

Quod si facta executione predicta generalis expeditionis contingat, quod absit, res prospere non succedere et necessitas pro tuitione ipsius Constantinopolitane urbis im-  
mineat, solvi faciemus predictis CCC balistariis et duabus galeis, ut proxime dictum est. 5

Hanc autem nostram promissionem, etiamsi interim nos ad se deus vocaverit, in omnibus predictis capitulis robur et firmamentum habere et ipsam sanctam Romanam ecclesiam ad eorum executionem, que commune totius christianitatis bonum concernunt, obligatam esse volumus. 10

Datum Florentie, VIII kal. octobris, anno VIII.

### 218.

*Eugenius IV universitatem Parisiensem hortatur, ut causam sedis apostolicæ contra synodales Basilienses defendat.*

[1439] oct. 1 Florentiæ.

*Copia sæculi XV, London, British Museum, Additional 26784, P. 21511.*

EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS AC UNIVERSITATI STUDII PARISIENSIS.

Quia sedes apostolica semper se benignam ac propiciam prebuit erga universitatem Parisiensem matrem vestram, et nos per vestigia predecessorum nostrorum Romanorum pontificum incedentes, nostros favores vobis libenter exhibuimus, hac consideratione in-  
ducti ac integritati ac sapientie vestre confidentes, qui sedem apostolicam debita reve-  
rentia prosecuti fuistis, in hac temporum turbatione devotionem vestram hortandam atque  
requirendam esse duximus, ut sensus vestros excitetis pro nostra et sedis apostolice  
iusticia defendenda. 15

Cum autem nonnulli ceca cupiditate et ambitione inflammati, qui Basilienses nuncu-  
pantur, exaltationem et amplitudinem eorum ex rerum turbatione querentes, temeritatis  
ac perversitatis arma assumpserunt contra nos et sedem predictam, et cum nec iusticia  
nec veritate inniti possint, ad calumnias tamquam ad profugium et areem suorum sce-  
lerum recurrunt, hortamur devotionem vestram, ut in hac necessitate ecclesie spiritus  
vestros excitare atque inflammare velitis, ad utiles et sanctas cogitationes in his, que  
dei honorem et nostrum et memorate sedis respiciunt. Hec siquidem cura digna sunt  
omnibus, qui christianam rem publicam salvam esse volunt, presertim vobis, qui idcirco  
sacris literis operam dare debetis, ut non permittatis, quod sacrosancta ecclesia inquinetur  
scismat[ic]orum contagione, qui venena sua per omnium mentes serpere machinantur,  
incedentes per demonum vestigia, qui cum iusto dei iudicio perpetuis cruciatibus dam-  
nati sint, ceteros alios eodem damnationis laqueo irretire conantur. 20  
30

Itaque talibus nefariis hominibus aures patefaciende non sunt, nisi fortassis a vobis  
eximia doctrina sacrarum literarum et precipua integritate prestantibus, ut eorum vene-

3 necessaria Ms. 5 necessitas Ms.

natas loquacitates, specie quadam honestatis conectas detegatis, et eorum sceleratos ac nefarios ausus sapientia vestra conteratis.

Denique, ut a supervacuis hortationibus absterneamus, expectamus, ut ab universitate vestra, que omnium bonarum artium et divinarum disciplinarum officina est, fructus suorum laborum hoc necessario tempore, ipsi deo, fidei, nobis et ecclesie exhibeat, quos profecto salutares fore existimamus.

Nos vero neque ecclesie neque nobis ipsis deficiemus, et paternam caritatem erga precipuam filiam nostram universitatem Parisiensem re ipsa et effectibus ostendere procurabimus.

Data Florentie, kal. octobr.

10 Dictata per dominum Cincium de Roma secretarium pape.

### 219.

*Eugenius IV (Christophorum Garatoni) episcopum Coronensem eumque nuntium apostolicum in Graeciam missum facultatibus ecclesiasticis munit.*

1439 oct. 3 Florentiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 343<sup>r</sup>. Titulus: Facultas dandi altare portatile.*

*Praeter hanc facultatem, dandi licentiam ad altare portatile habendum 50 personis Graeciae, accepit alia privilegia, scilicet: « Altare portatile pro episcopo Coronensi » (342<sup>r</sup>); « Facultas dispensandi et absolvendi in casibus maioris et minorum penitentiariorum » (343<sup>r</sup>); « Dispensandi in tercio et quarto gradu » (343<sup>v</sup>).*

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 366.*

*Christophorus Garatoni (Garatone) di Pietro Trevisanus, doctor in artibus, quondam notarius et cancellarius legati (bailo) veneti Constantinopoli, postea sub Eugenio IV in servitiis curiae romanae, episcopus Coronensis (in Peloponneso) 1437-1449; cf. Ioh. card. MERCATI. I codici Garatone, in libro Scritti d'Isidoro il cardinale ruteno (Studi e testi, 46, Roma 1926) 106 sqq.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI EPISCOPO CORONENSI, SALUTEM ETC.

Cum te ad Grece et nonnullas alias partes pro augmento et stabilimento catholice fidei ac quiete et pace personarum illarum partium nuntium et oratorem nostrum tanquam pacis angelum destinemus,

15 nos volentes ea tibi, que animarum valeant cedere ad salutem, et per que aliorum petitionibus, quas ex devotionis fervore prodire conspexerit, valeat provideri, tibi concedendi L<sup>ra</sup> utriusque sexus personis illarum partium, et inibi pro tempore degentibus nobilibus vel prelatiis, de quibus tibi videbitur,

ut earum cuilibet liceat habere altare portatile cum debita reverentia et honore, 20 super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis possit per se vel proprium aut alium sacerdotem idoneum in sua ac familiarium suorum presentia missam et alia divina officia sine iuris alieni preiudicio celebrare et facere celebrari, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Datum Florentie, V nonas octobris, anno VIII.

21 officia Ms. 22 preiuditio Ms.

## 220.

*Eugenius IV cunctos christifideles de unione Graecorum in concilio Florentino peracta certiores facit eosque hortatur, ut eleemosynis ad expensas pro Graecis solvendas conferant.*

*1439 oct. 7 Florentiae.*

*Diploma orig.: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Maria Novella.*

*Bulla plumbea nunc deest, sed adhuc filum bullae conservatur.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 102°-104°. In margine: Coll[ationatum].*

*De curia.*

*Ed. ex parte RAYNALDUS, ad annum 1439, n. 9, ad fidem codicis archivi Vaticani, Reg. Vat. 370, 210°-211°, ubi idem documentum sub die 15 aug. 1439 datum est.*

*Textum ad fidem diplomatis edam.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, UNIVERSIS AD QUOS PRESENTES NOSTRE LITTERE PERVENERINT, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Exultare in domino plurimum convenit, dilecti filii, illique hostiam offerre iubilationis et laudis, qui antique sue miserationis memor profectus ecclesie sue sancte fecundioribus semper incrementis acumulat. 5

Respicientes dudum ad Orientales populos, si forte ipso deo miserante illucesceret dies, in quo cum ipsis sublato de medio quocumque obice unici accessimus in ea re ad cor altum et ipsum sanctum negotium promovere cepimus in Constantia primum in minoribus constituti. Deinde ad apicem summi apostolatus assumpti diligenter prosequentes nullos labores recusavimus, nullis expensis pepercimus etiam usque ad extremam exinationem, denique inter afflictiones et angustias multas invictam tenuimus patientiam, ne tantum bonum deseri pateremur. Sciebamus enim rem istam per alium explicari non posse, cum ipsi populi Orientalis ecclesie per suos oratores palam mundo loquerentur non alibi quam apud apostolicam sedem intra Italiam et ubi nos personaliter interesse possemus velle convenire. 10  
15

In hoc itaque sanctissimo opere indefesse laborantibus dignatus est misericors deus assistere. Nam qui per tanta marium terrarumque spacia a nobis dividebantur, post labores, incommoda et pericula multa hos ad ipsam apostolicam sedem et Romanam ecclesiam pervenire concessit. In primis carissimum in Christo filium nostrum Iohannem Paleologum Romeorum imperatorem illustrem et bone memorie Ioseph patriarcham Constantinopolitanum cum metropolitaram, episcoporum ac prelatorum et clericorum necnon nobilium et aliorum multitudine copiosa, aliarum quoque trium patriarchalium sedium Alexandrine scilicet et Anthiocene ac Ierosolimitane ecclesiarum procuratores, Trape-

4 sancte Romane ecclesie et apostolice sedis *Reg. Vat.* 6 Respicientes *orig.* || forte Christo miserante *Reg. Vat.* 7 dies, quo ipsos ad ipsam apostolicam sedem et Romanam ecclesiam redire videremus, ex longinquo accessimus *Reg. Vat.* 11 denique] deinde *Reg. Vat.* 14 sedem et intra Italiam velle convenire *Reg. Vat.* 22-23 sedium, Antiochene scilicet et Alexandrine *Reg. Vat.* 23 Trapezundarum imperatoris *om. Reg. Vat.*

sundarum imperatoris, Hiberorum, Rutenorum, Vallachorum etiam et diversarum gentium oratores ad nos pari modo perduxit,

cum quibus postmodum tum per disputationes publicas et privatas, tum per varios tractatus quindecim fere mensibus congregari tribuit. Et suppositorum huius sacri ycumenici concilii presertim venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium nonnullorumque prelatorum magistrorum ac doctorum probata pietas in hoc maxime comprobata est, dum nobis semper astiterint ac indefesse laboraverint cum omni caritate, iungendo sepe numero dies noctibus et noctes diebus, nullum unquam pietatis officium pretermiserint. Propterea exaudivit dominus et attendit voci orationis nostre; apparuit enim gloria eius super populum suum, factumque ipso disponente, ut qui ferme quingentorum annis ab Occidentali ecclesia divisi fuerant, nunc in unam nobiscum fidei professionem pure conveniant veluti in decreto super hoc confecto et solempni sessione promulgato plenius continetur.

Quid hac dei largitate prestantius, quid hoc divino opere mirabilius, ubi tot gentium populi, nationes et lingue ad unionis pacem et unam divine veritatis assertionem meritumque concurrunt? Quodque peramplius est, exinde latum aperiri campum videmus per quem intra infidelium populos hic sonus introeat, fiantque magna et mirabilia dei opera in salutem eorum ac nostrorum fidelium perpetuam pacem, prout diebus nostris domino concedente videre speramus.

Letentur igitur celi et exultet terra, consurgat, consurgat ad hoc christianus populus, presertim principes terre induantur fortitudine sua, quo tantorum bonorum participes esse mereantur. Induantur etiam vestimentis glorie et laudationis quicumque christiano nomine censentur, quoniam si deum pro suis in nos beneficiis laudare iubemur, in his maxime et glorificare convenit et extollere, laudibus honorare, canticis vocis predicare ac mysticis adorare muneribus et omnium sanctorum operum studio prevenire.

Nos autem, qui tam incomparabile opus ipso deo disponente suscepimus et in eius miseratione ac fidelium suffragiis plene confisi magnas atque intollerabiles hucusque expensas subivimus maioresque ad huius sanctissimi operis felicem effectum pro reducendis videlicet Grecis et aliis in patriam suam, pro conducendis balistariis et aliis huiusmodi stipendiariis ad custodiam civitatis Constantinopolitane deputandis arcendisque infidelibus a molestiis populi christiani ac aliis exequendis, que hic conclusimus, necnon subire oporteat, libenti ac libero animo christifideles ad hoc celeste meritum invitamus, quos etiam, ut ferventiores reddantur, magnis spiritualium donorum ac dei benedictionum muneribus prevenire decrevimus.

1 Rutenorum, Vallachorum *om. Reg. Vat. (375)*. 4 ferme *Reg. Vat.* || tribuit, in quo suppositorum *Reg. Vat.* 8 officium *orig.* || iungendoque sepenumero dies et noctes *Reg. Vat.* 10 factumque est *Reg. Vat.* 11 annis ab ipsa apostolica sede et Romana ecclesia divisi *Reg. Vat.* 12-13 convenient, spiritum sanctum a patre et filio procedere contestantes recognoscentesque supremam auctoritatem apostolici troni Romani pontificis, cui ut domino nostro Iesu Christo capita submiserunt, et plura alia, veluti in decreto *Reg. Vat.* 14 diei *orig.*; dei *Reg. Vat.* 14-16 mirabilius? Non enim veluti Hebreorum populum ad terram repromissionis gentem unam vidimus evocari, sed multarum gentium populos, nationes et linguas ad unam divine veritatis assertionem nuntiumque concurrere; quodque amplius *Reg. Vat.* 20 *cf. Ps. 95, 11.* 22-23 Induatur vestimentis glorie plebs fidelis, quoniam *Reg. Vat.* 23 beneficiis *orig.* 23-24 maxime excolere convenit, honorare *Reg. Vat.* 29-30 conducendis-deputandis *om. Reg. Vat.* 31-32 pro exequendis ibi, que hic conclusimus arcendisque infidelibus a molestiis populi christiani et aliis faciendis, que supra premisimus, necessario subire oporteat *Reg. Vat.*

Attendentes igitur, quod beato Petro apostolorum principi et eterni regni clavigero ac pastori ecclesie ac successoribus suis infinitum illum thesaurum, qui in Christi sanguine fidelibus datur, plena sit dispensandi attributa potestas, de omnipotentis dei misericordia, cuius vices licet immeriti in terris gerimus, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi omnibus et singulis christifidelibus, qui pro supportandis oneribus 5 ad tam sanctum opus nobis incumbentibus tantum pecuniarium, quantum sufficiat ad balistarium unum pro tempore unius mensis, duorum, trium aut plurium, secundum facultatum suarum quantitatem vel confessoris sui conscientiam et discretionem pro tuitione et custodia ipsius civitatis Constantinopolitane aliisque ibidem oportunis de bonis sibi a deo collatis erogaverint seu errogabunt in futurum, eligendi confessorem sacerdotem ydo- 10 neum secularem vel regularem, qui in omnibus casibus etiam de quibus apostolica sedes esset merito consulenda, semel in vita tantum eis sospitibus ac etiam in mortis articulo, quamprimum oportunitas adierit, absolvere valeat, iniuncta eis penitentia salutari.

Deinde etiam similem eligendi confessorem, qui in mortis articulo omnium peccatorum, de quibus vere corde contriti et ore confessi fuerint in sinceritate fidei unitate 15 sancte Romane ecclesie ac obedientia et devotione nostra et successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistentibus plenariam remissionem et indulgentiam concedere possit, tenore presentium plenam et liberam concedimus facultatem.

Quibus etiam confessoribus sic, ut premittitur, eligendis ab excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis ab homine vel a iure generaliter vel specialiter et no- 20 minatim latis in foro penitentiali tantum debita satisfactione iuxta formam iuris iniuncta absolutionis beneficium omnibus et singulis, de quibus supra, inpendendi in forma ecclesie consueta, necnon super votis peregrinationis vel abstinence vel similibus etiam si de ultramarinis partibus aut Sancti Iacobi in Compostella vel apostolorum Petri et Pauli liminibus visitandis emissa fuerint et non adimpleta, dispensandi et in alia pietatis opera 25 commutandi,

insuper etiam quoscumque usurarios aut alios turpes questores super usuris et bonis duntaxat, de quibus incertum est, quibus personis fieri debeat restitutio,

ac etiam illos, qui arma vel alia prohibita infidelibus vel hereticis detulerint, absol- 30 vendi facultatem similiter impartimur.

Ita tamen, quod votis obligati expensas itineris et oblationes, quas facturi erant, usurarii vero et ex turpi vel alias indebito lucro ad restitutionem obligati, ubi persone, quibus erat restitutio facienda, nesciuntur, et delatores prohibitorum, ut supra premittitur, lucra, que ex talibus quesierint, ad subsidium huius sancti operis exponent et alii pre- 35 dicti omnes satisfaciant, ut tenentur.

Et ne quod absit, persone huiusmodi reddantur procliviores ad illicita imposterum committenda, volumus, quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte committerent, quoad illa dicta remissio nullatenus suffragetur.

Quam quidem facultatem circa voventes, usurarios, indebiti lucri questores et prohibitorum delatores, ut premittitur, ad eas etiam personas, que pro subsidio huiusmodi 40 hactenus iuxta modos premissos satisfecerint, dum tamen sic soluta in dictum subsidium realiter assignentur, extendi volumus per presentes; pecunias autem et alia, que fidelium largitione aut aliis quibuscumque erogantibus in subsidium huius sancti operis obvenierint, per manus Ordinarii loci vel illorum, quos cum litteris concessionum huiusmodi per

nos vel habentes ad hoc a nobis speciale mandatum destinari contigerit, duorum bonorum virorum loci custodie poni et conse[r]vari volumus, ordinationibus alias forsitan quavis auctoritate in contrarium factis non obstantibus quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, relaxationis et  
5 voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pre-  
sumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius  
se noverit incursurum.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo  
nono, nonis octobris, pontificatus nostri anno nono.

10

de Curia.

N[icolaus] de Carbonibus.

*Supra plicam:**A tergo: R[egistra]ta.**Sub plica: Blondus.*

## 221.

*Eugenius IV Cosimo et Laurentio de Medicis eorumque societati declarationem cautionis de  
summa pecunie in favorem Graecorum praestanda dat.*

1439 oct. 9 Florentiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 338<sup>o</sup>.**Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 367.*

15 EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS COS[I]MO ET LAURENTIO DE MEDICIS ET EORUM SOCIETATI IN  
BANCO CURIE ROMANE, SALUTEM ETC.

Cum ad presens necessarium habemus transmittere ad civitatem Constantinopolitanam  
duodecim millia ducatorum auri de Venetiis pro solutione ibidem fienda certis balistariis  
ad custodiam dicte civitatis pro certo tempore deputandis, nosque dictam summam XII<sup>M</sup>  
20 ducatorum pro nobis et ad nostram requisitionem solvere ac numerare promiseritis ve-  
nerabili fratri Cristoforo episcopo Coronensi nuntio et oratori nostro ac dilecto filio nobili  
viro Georgino Geregio baiulo in Constantinopoli pro dominio Venetorum infra certum  
tempus in ipsa civitate Constantinopolitana, animo tamen et intentione recuperandi a  
nobis et a camera apostolica dictam quantitatem XII<sup>M</sup> ducatorum;

25 idcirco nos cautioni et indemnitati vestre in hac parte consulere intendentes, nos et  
cameram apostolicam vobis pro ipsa quantitate tenore presentium obligamus. Volentes  
et vobis expresse ac particulariter concedentes, quod medietatem omnium et singulorum  
camere apostolice fructuum, introituum et proventuum undecunque a quibuscunque per-  
sonis provenientium ordinarie et annatis et minutis servitiis pro nobis dicta de causa et

4 relaxationis *Ms.*15 *Cosimo e Lorenzo di Medici.*



ad satisfactionem vestram dictorum XII<sup>m</sup> ducatorum percipere et exigere valeatis. Mandantesque dilecto filio Francisco tituli S. Clementis presbytero cardinali camerario nostro et aliis dicte camere gentibus, quatenus prefatam medietatem fructuum, reddituum et proventuum singulis mensibus et etiam de die in diem, prout ipsi fructus, redditus et proventus ad eandem cameram in dies provenerint, vobis et aliis pro vobis legitime recipientibus usque ad integram satisfactionem XII<sup>m</sup> flor. realiter et cum effectu absque percunctatione et absque alterius nostri expectatione mandati persolvant, recepturi a vobis de solutis quitantias oportunas.

Datum Florentie, VII id. oct., anno VIII.

## 222.

*Eugenius IV Iacobum Radulphi decanum Tullensem et Nicolaum cantorem Viridunensem constituit collectores pro causa unionis Graecorum.*

*1439 oct. 10 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 101<sup>o</sup>-102<sup>o</sup>. In margine: A. de Florentia. [collationatum]. De curia.*

*Copia Leonis Allatii, Barber. Lat. 878, 22<sup>o</sup>-22<sup>o</sup>.*

EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS IACOBO RADULPHI DECANO TULLENSI ET NICOLAO CANTORI VIR- 10  
DUNENSI NUNCIIS NOSTRIS, SALUTEM ETC.

Cum pro unione Orientalis cum Occidentali ecclesia multa summo studio multisque laboribus cum superioribus temporibus tum precipue ante annum fuerimus operati; per oratores carissimi in Christo filii Iohannis Paleologi Constantinopolitani imperatoris et bone memorie Ioseph patriarche Constantinopolitani ac alios multos fidei catholice zelo ac- 15  
censos ac magne auctoritatis viros ad prosecutionem prefate unionis, que eo tempore admodum deserta videbatur, instancius requisiti, ad id etiam urgente nos conscientia, ne tam sanctum opus in magnam confusionem fidei catholice ac perpetuam infamiam Occidentalis ecclesie deserere pateremur, totum eius sancti operis onus suscepimus in dei miseratione et fidelium suffragiis confidentes. 20

Qua in re tantam tamque sollicitam operam adhibuimus, ut prefati imperator et patriarcha una cum metropolitibus, episcopis, abbatibus, prelatibus, nobilibus et aliis clericis et laicis in multitudine copiosa ad nos venerint, cum quibus concedente deo ycumenicum concilium Ferrariense fundavimus, illud cum eis per disputationes et oportunos tractatus eo usque prosecuti sumus, quousque Orientalis et Occidentalis ecclesie diuturnum pernici- 25  
ciosumque dissidium, quod per quadringentos ferme quinquaginta annos invaluerat, divina tandem miseratione sublatum est.

15 actensos *Ms.*    23 venerunt *Ms.*    25 diuturnum *Ms.*    26 discidium *Ms.*

10 *Tullensi (Toul) || Viridunensi (Verdun).*

Sed cum ob predictorum apparatus ad iter arripiendum necnon navigationem et custodiam civitatis Constantinopolitane et in sustentatione eorundem iam multis mensibus ex convencione cum ipsis habita graves expensas subierimus ac multo maiores quam suppetent facultates, ac de cetero usque ad reditum eorum in patriam necnon pro ipsius  
 5 felicitis prosequende unionis negotio defensioneque eorundem Grecorum ab immani et christiani nominis inimica Turcorum gente, aliquibus proh dolor, nisi oportune ac celeriter succurratur, gravissima imminent manifesta que pericula, nos iuxta eius promissa subire oporteat,

necessitate ex[i]gente compulsi sumus devotorum Christi fidelium suffragia et caritativa implorare subsidia, et ut ipsi fideles ad oportuna tam sancti operis auxilia facilius  
 10 et ferventius adiuventur, omnibus et singulis huiusmodi nobis, ut premittitur, incumbentibus ad certam summam, ut accepimus, de bonis eis a deo collatis hactenus contribuerunt aut iuxta eorum facultates contribuent in futurum, plenam absolutionem in vita et semel in mortis articulo eis per confessorem ydoneum, quem elegerint, indulgentiam aliaque  
 15 nonnulla super votorum commutatione, cum usurariis, indebiti lucri questoribus ac prohibitorum delatoribus dispensatione indulta et spirituales gratias concessimus, prout in litteris nostris superinde confectis latius continetur.

De vestra igitur et cuiuslibet vestrum discretione et fidelitate plenam in domino fiduciam obtinentes vobis et cuiuslibet vestrum coniunctim et divisim omnes et singulas pecuniarum quantitates et summas ratione predicta collectas, depositas seu sequestratas ac  
 20 in futurum colligendas, deponendas et sequestrandas, ubicumque et apud quemcumque seu quoscumque fuerint, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel dignitatis existant, petendi, exigendi, levandi, recipiendi, necnon de receptis quittandi, liberandi et absolvendi necnon taxandi ac etiam ordinandi et disponendi omnia et singula, que in premissis et  
 25 circa ea premissa fuerint necessaria aut quomodolibet oportuna,

subcollectores etiam unum vel plures pro huiusmodi causa substituendi et deputandi, contradictores quoslibet et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia, etiam per subiectionem civitatum, terrarum et locorum ecclesiasticorum interdicto, prout discretioni vestre vel alterius ex vobis visum fuerit expedire, appellatione postposita competendi plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, sexto idus octobris, pontificatus nostri anno nono.

R. Bourdonis.

### 223.

*Eugenius IV Ludovico archiepiscopo Rothomagensi facultatem dat, ut pecunias pro unione Graecorum collectas sibi tradi etiam sub poenis ecclesiasticis iubere possit.*

*1439 oct. 17 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 339<sup>r</sup>-339<sup>v</sup>.*

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 367.*

6 proth *Ms.* 7 iusta *Ms.* 9 necessitate *Ms.* || exgente *Ms.* 25 necessaria *Ms.*

17 *cf. doc. n. 220, pag. 119.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI LUDOVICO ARCHIEPISCOPO ROTHOMAGENSI, SALUTEM ETC.

Cum nos alias fraternitati tue quascumque pecuniarum quantitates occasione nonnullarum indulgentiarum pro congregatis tunc apud Basileam concessarum in civitate et diocesi ac provincia Rothomagensi collectas et congregatas arstandi et recipiendi et de perceptis quitantiam et finem faciendi facultatem et potestatem et potestatem plenariam 5 concesserimus, prout in litteris apostolicis superinde confectis plenius continetur,

nobisque nuperrime innotuerit nonnullas tam ecclesiasticas et regulares quam seculares personas dicte provincie, quominus ipsas pecunias solvant et tibi tradant ac assignent, obstinatius recusare, et nos dudum pro perducendis in Italiam Grecis ipsisque alendis, quousque gloriosissima unio Orientalis cum ecclesia Occidentali, que proximis diebus facta 10 est, concluderetur et postmodum in patriam remittendi maximas hucusque subierimus expensas, prout eadem de causa similes et maiores nos subire imposterum oportebit,

eapropter attento, quod omnes pecunie supradicte ad hunc finem et sub huius laudabilissimi operis unionis Grecorum pretextu petite, collecte et a christifidelibus solute et numerate fuerunt, eisdem in aliquod levamen dictarum expensarum, que, ut prefertur, 15 nobis incubuerunt incumbuntque, uti intendentes,

eidem fraternitati tue omnes et singulos tam ecclesiasticos etiam regulares quam seculares cuiuscumque dignitatis, etiam si episcopali, abbatiali, aut alia prefulgeant dignitate, necnon conventus, capitula, collegia, personas ecclesiasticas tam regulares quam seculares ac etiam duces, comites, barones, nobiles, communia civitatum et officiales quos- 20 cumque tam saeculares quam ecclesiasticos ad exhibitionem et traditionem pecuniarum huiusmodi etiam per censuras et alias penas ecclesiasticas compellendi et de perceptis huiusmodi per te aut nuntios, quos ad id duxeris deputandos, finem, remissionem et quitantiam finalem dandi et concedendi potestatem auctoritate apostolica et plenariam tenore presentium concedimus facultatem. 25

Datum Florentie, MCCCCXXXVIII, sextodecimo kal. novembris, pontificatus nostri anno nono.

## 224.

### *Bulla unionis Armenorum.*

1439 nov. 22 Florentiae.

*Diploma orig.: Firenze, Biblioteca Laurenziana, Cassetta Cesarini; cf. descriptionem in introductione, pag. x.*

*Ed. ALEXANDER BALGY, Historia doctrinae catholicae inter Armenos unionisque eorum cum ecclesia Romana in concilio Florentino (Wien 1878) 102-155; ceteri editores, sicut GIUSTINIANI, MANSI 31-B, HARDOUIN 9, WADDING 11, unice textum latinum eumque sine subscriptionibus habent.*

4, 8 provintia Ms. 5 expectaretur fidem faciendi. 19 conventus Ms.

1 Rothomagensi (Rouen); Ludovicus de Luxemburg (1436-1443); prius episcopus Morinensis (1415-1436) || cf. doc. n. 147, 31 iul. 1438, pag. 43-44.

*Quamvis verso armena, sicut ex editione patebit, gravibus defectibus non careat, iudicavimus eam non esse omittendam, cum in documento originali unionis Armenorum habeatur; haec in appendice post partem III edetur. — Rev. mus A. MERCATI me in aliquibus subscriptionibus decreti latini legendis consueta cum benignitate adiuvit.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

‘Exultate deo adiutori nostro, iubilare deo Iacob’ omnes ubique, qui nomine censemini christiano. Ecce enim iterum dominus ‘recordatus misericordie sue’ alium dissidii lapidem noningentis et amplius inveteratum annis de ecclesia sua auferre dignatus est. 5 ‘Et qui facit concordiam in sublimibus’, ‘et in terra pax est hominibus bone voluntatis’, optatissimam Armenorum unionem sua ineffabili miseratione concessit. ‘Benedictus deus et pater domini nostri Ihesu Christi, pater misericordiarum et deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra’. Intuens nanque piissimus dominus ecclesiam suam modo ab ‘his, qui foris sunt’, modo ab his, qui intra, non parvis agitari 10 turbinibus, ut inter ipsas respirare angustias et ad resistendum fortiores essurgere (!) valeat, multis eam quotidie modis consolari et roborare dignatur.

Nam et pridem magnam illam Grecorum unionem multas longe lateque continentium nationes et linguas, hodie vero hanc ipsam Armenici populi, qui per Septentrionem et Orientem in magna copia diffusus est, in eodem fidei et caritatis vinculo cum sede apostolica stabilivit. Hec profecto tam magna et mira sunt divine pietatis beneficia, ut non 15 solum pro utroque, sed ne quidem pro altero, satis dignas sue maiestati referre gratias possit intellectus humanus. Quis non vehementer admiretur uno eodemque tam brevi tempore duo sic preclara et tot seculis desiderata opera in hoc sacro concilio fuisse tam feliciter consum[m]ata? Vere a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Que 20 enim hominum prudentia vel industria, nisi gratia dei et cepisset et perfecisset, has tales ac tantas res explere potuisset? Laudemus iugiter et toto corde benedicamus dominum, ‘qui facit mirabilia magna solus’, ipsique psallamus spiritu, psallamus et mente oreque, et opere, quantum sinit humana fragilitas, pro tantis muneribus gratias agamus, orantes et obsecrantes, ut quemadmodum ipsi Greci atque Armeni unum cum ecclesia Romana effecti sunt, ita fiant 25 et ceterae nationes, presertim Christi caractere insignite et totus denique populus christianus, omnibus odiis bellisque extinctis, mutua invicem pace ac fraterna caritate quiescat et gaudeat.

Ipsos autem Armenos magnis laudum preconiiis dignos esse merito censemus. Ut primum enim a nobis ad synodum accersiti sunt, tanquam ecclesiastice avidi unitatis, 30 spectabiles, devotos et doctos oratores suos cum sufficienti mandato de suscipiendo viderelicet ‘quicquid spiritus sanctus hanc sanctam synodum illustraverit’, ex remotissimis regionibus per multos labores marisque pericula ad nos et hoc sacrum concilium destinarunt.

Nos vero tota mente, ut nostrum pastorale decebat officium, cupientes tam sanctum perficere opus, sepe cum ipsis oratoribus de hac sancta unione contulimus. Et ne vel

2 Ps. 80, 2.      3 Luc. 1, 54.      5 Iob 25, 2 || Luc. 2, 14.      6-8 1 Cor. 1, 3.      9 1 Tim. 3, 7.  
19 Ps. 117, 23.      21-22 Ps. 135, 4.      22 cf. 1 Cor. 14, 15.      28 ex epistola patriarchae Armenorum; cf. HORMANN, III, 14.      29 Christophorus Garatoni ab Eugenio IV iam anno 1433 ad Graecos Armenosque missus est.  
33 legati Armenorum inprimis Serkis (Sarchis) vicarius Caffensis et Thomas fuerunt; hi decreto Armenorum subscripserunt.

parva huic sancte rei dilatio fieret, deputavimus de omni statu huius sacri concilii viros iuris divini et humani doctissimos, qui cum omni cura studioque et diligentia rem istam cum ipsis pertractarunt oratoribus, ab eis accurate inquirentes eorum fidem tam circa divine unitatem essentie et divinarum personarum trinitatem, quam domini nostri Ihesu Christi humanitatem et septem ecclesie sacramenta et alia ad fidem orthodoxam et ritus 5 universalis ecclesie pertinentia.

Multis itaque adhibitis disputationibus, collationibus, et tractatibus, postque non mediocrem testimoniorum inspectionem, que ex sanctis ecclesie patribus et doctoribus deducta sunt, et earum, de quibus agebatur, rerum discussionem, tandem expedire iudicavimus, ne ulla in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenos hesitatio esse valeat, 10 atque idem per omnia sapiant cum sede apostolica, unioque ipsa stabilis ac perpetua sine ullo scrupulo perseveret, ut sub quodam brevi compendio orthodoxe fidei veritatem, quam super premissis Romana profitetur ecclesia, per hoc decretum, sacro hoc approbante Florentino concilio, ipsis oratoribus ad hoc etiam consentientibus traderemus.

Imprimis ergo damus eis sanctum symbolum a centum quinquaginta episcopis in ycu- 15 menico Constantinopolitano concilio editum, cum illa additione filioque, ipsi symbolo declarande veritatis gratia et urgente necessitate licite ac rationabiliter apposita, cuius tenor talis est :

Credo in unum deum patrem omnipotentem, factorem celi et terre, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum dominum Ihesum Christum, filium dei unigenitum et ex patre natum ante 20 omnia secula. Deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas et ascendit in celum, sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria 25 iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum, dominum et vivificantem, qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi 30 seculi. Amen.

Hoc autem sanctum symbolum, sicut apud Latinos mos est, ita decernimus per omnes Armenorum ecclesias intra missarum solennia singulis saltem diebus dominicis et maioribus festivitibus decantari vel legi.

Secundo tradimus eis diffinitionem quarti concilii Calcedonensis, in quinto postea et sexto universalibus conciliis renovatam de duabus naturis in una Christi persona, cuius 35 tenor talis est :

Sufficeret quidem sapiens hoc et salutare divine gratie symbolum ad plenam cognitionem et confirmationem pietatis; de patre enim et filio et spiritu sancto perfectionem docet, et domini humanitatem fideliter accipientibus representat. Sed quoniam hi, qui conantur reprobare predicationem veritatis, per proprias hereses novas voces genuerunt, et hi quidem presumentes corrumpere miste- 40

1 *Cardinales Antonius Correr, Nicolaus Albergati, Iulianus Cesarini; theologi Ioannes de Montenigro O. P., Thomas Parentucelli etc., ad deputationem pontificiam pertinebant.* 16 cf. bullam unionis Graecorum. 18-30 MANSI 3, 566 A-C. 38 MANSI 7, 111 C-115 C.

rium dispensationis domini, que propter nos facta est. Alii vero introducetes confusionem permixtionemque, et stulte confingentes unam esse naturam carnis et deitatis, et portentuose dicentes passibilem unigeniti divinam naturam. Ob hoc volens claudere illis omnem machinationem contra veritatem, presens nunc nostra sancta et magna atque universalis synodus predicationem hanc docens  
5 ab initio immobilem decrevit ante omnia fidem trecentorum decem et octo sanctorum patrum manere irrecusabilem. Et posteriore tempore propter illos quidem, qui pugnant adversus sanctum spiritum, corroborat doctrinam de substantia spiritus traditam a patribus centum quinquaginta apud Constantinopolim congregatis, quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi inferentes, quod aliquid minus esset in precedentibus, sed eorum intellectum de sancto spiritu scripturarum testimoniis declarantes  
10 adversus eos, qui dominationem eius respuere temptaverunt. Propter illos autem, qui moliuntur corrumpere dispensationis misterium et impudenter delirant, dicentes purum hominem esse illum, qui ex sancta virgine Maria natus est, suscepit epistolas synodicas beati Cirilli quondam presulis ecclesie Alexandrine ad Nestorium et ad Orientales, congruas existentes ad convincendas Nestorii vesaniæ et ad interpretationem eorum, qui salutaris symboli mentem pio zelo nosse desiderant, quibus  
15 etiam consequentissime epistolam coaptavit magne et senioris urbis Rome presulis beatissimi ac sanctissimi Leonis pape, que scripta est ad sancte memorie archiepiscopum Flavianum, ad perimendam Euticis malam intelligentiam, utpote congruentem illius magni Petri confessioni, et existentem nobis communem quandam columnam adversus prava dogmata, et confirmationem rectorum dogmatum. His nanque, qui in duos filios dispensationis divine misterium discerpere nituntur, obsistit. Et illos,  
20 qui passibilem deitatem unigeniti ausi sunt dicere, a sacro cetu expellit. Et his, qui duabus naturis Christi temperamentum aut confusionem exquirunt, resistit. Et eos qui dicunt servi formam, quam ex nobis assumpsit, celestem esse aut alterius alicuius substantie, ut dementes abigit. Et qui duas quidem ante unionem naturas domini fabulantur, unam vero post unionem confingunt, anathematizat. Sequentes igitur sanctos patres, unum eundemque confiteri filium dominum nostrum Ihesum  
25 Christum consonanter omnes docemus, eundem perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate, deum vere et hominem vere, eundem ex anima rationali et corpore, consubstantialem patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante secula quidem de patre genitum secundum deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos et propter salutem nostram ex Maria virgine dei genitrice secundum humanitatem, unum eundemque Christum verum filium dominum unigenitum in duabus naturis, inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque nature et in unam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum sive divisum, sed unum et eundem  
30 filium unigenitum deum verum dominum Ihesum Christum, sicut ante prophete de eo et ipse nos  
35 Ihesus Christus erudivit et sanctorum patrum nobis tradidit symbolum.

Tertio diffinitionem de duabus voluntatibus duabusque Christi operationibus in predicto sexto concilio promulgatam, cuius tenor est:

Sufficeret quidem, et reliqua, que in ipsa diffinitione concilii Calcedonensis superius enarrata sequuntur usque ad finem, post quem sequitur in hunc modum :

40 Et duas naturales voluntates in eo et duas naturales operationes, indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse, secundum sanctorum patrum doctrinam adeque predicamus et duas naturales

18 columnam *Ms.*

17 *cf. Matth. 16, 17.* 41 *MANSI 11, 638 A-639 A.*

voluntates non contrarias, absit, iuxta quod impii asseruerunt heretici, sed sequentem humanam eius voluntatem, et non resistentem vel reluctantem, sed potius et subiectam divine eius atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moveri, subiici vero voluntati divine iuxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim eius caro dei verbi dicitur et est, ita et naturalis carnis eius voluntas propria dei verbi dicitur et est, sicut ipse ait: ' quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed eius, qui misit me, patris ', suam propriam dicens voluntatem, que erat carnis eius; nam et caro propria eius facta est. Quemadmodum enim sanctissima atque immaculata animata eius caro deificata est, non est perempta, sed in proprio sui statu et ratione permansit, ita et humana eius voluntas deificata est, non est perempta. Salvata est autem magis secundum deiloquium Gregorium dicentem: nam velle illius, qui in salvatore intelligitur, non est contrarium deo, deificatum est totum. 10  
 Duas vero naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inconfuse, inseparabiliter in eodem domino Ihesu Christo vero deo nostro glorificamus, hoc est divinam operationem et humanam operationem secundum divinorum predicatorem Leonem apertissime asserentem: agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium est, verbo scilicet operante, quod verbi est, et carne exequente quod carnis. Nec enim in quoquam unam dabimus naturalem operationem dei et creature, ut neque 15  
 quod creatum est, in divinam educamus essentiam, neque quod eximium est divine nature, ad competentem creaturis locum deiiciamus. Unius enim eiusdem tam miracula quamque passiones cognoscimus secundum aliud et aliud eorum, ex quibus est naturis et in quibus habet esse. Sicut admirabilis inquit Cirillus: undique igitur inconfusum atque indivisum conservantes unum sancte trinitatis brevi voce cuncta proferimus, et post incarnationem dominum nostrum Ihesum Christum 20  
 verum deum nostrum esse credentes asserimus duas eius esse naturas in una eius radiante subsistentia, in qua tam miracula quamque passiones per omnem sui dispensationem conversatus non per fantasiam, sed veraciter hec demonstravit ob naturalem differentiam in eadem una subsistentia cognoscendam, dum utraque natura cum alterius communione indivise et inconfuse propria vellet atque operaretur, iuxta quam rationem et duas naturales voluntates et operationes confitemur ad salutem 25  
 humani generis convenienter in eo concurrentes.

Quarto, quoniam hactenus ipsi Armeni preter has tres Nicenam, Constantinopolitanam et Ephesinam primam synodos, nullas alias universales postea celebratas, nec ipsum beatissimum huius sancte sedis antistitem Leonem, cuius auctoritate ipsa Calcedonensis synodus extitit congregata, susceperunt, asserentes eisdem fuisse suggestum, tam synodum 30  
 ipsam Calcedonensem quam memoratum Leonem, secundum damnatam Nestorii heresim diffinitionem fecisse, instruximus eos et declaravimus huiusmodi falsam fuisse suggestionem ipsamque synodum Calcedonensem et beatissimum Leonem sancte et recte veritatem de duabus in una persona Christi naturis superius descriptam diffinivisse contra impia Nestorii et Euticis dogmata, iniunximusque, ut ipsum beatissimum Leonem, qui vere fidei 35  
 columna fuit et omni sanctitate et doctrina refertus, tanquam sanctum et in cathalogo (!) sanctorum merito descriptum de cetero reputent et venerentur, atque non solum dictas tres synodos, sed omnes alias universales auctoritate Romani pontificis legitime celebratas, sicut et ceteri fideles reverenter suscipiant.

36 columna Ms.

4 ATHANASIUS, *Liber I contra Apollinarem* = MIGNE PG 26, 1101 C. 5-6 Ioh. 6, 38. 9 GREGORIUS NAZIANCENUS, *Epistola 101* = MIGNE PG 37, 184 A. 13 LEO MAGNUS, *Epistola 28, cap. 4* = MIGNE PL 54, 767 A-B. 19 CYRILLUS ALEX., *Thesaurus, assertio 24* = MIGNE PG 75, 393 D.

Quinto ecclesiasticorum sacramentorum veritatem pro ipsorum Armenorum tam presentium quam futurorum faciliori doctrina sub hac brevissima redigimus formula :

Nove legis septem sunt sacramenta, videlicet baptismus, confirmatio, eucaristia, penitentia, extrema unctio, ordo et matrimonium, que multum a sacramentis differunt antique legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant. Hec vero nostra et continent gratiam et ipsam digne suscipientibus conferunt. Horum quinque prima ad spiritualem uniuscuiusque hominis in se ipso perfectionem, duo ultima ad totius ecclesie regimen multiplicationemque ordinata sunt.

Per baptismum enim spiritualiter renascimur; per confirmationem augetur in gratia et roboramur in fide. Renati autem et roborati nutrimur divine eucaristie alimonia. Quod si per peccatum egritudinem incurrimus anime, per penitentiam spiritualiter sanamur. Spiritualiter etiam et corporaliter, prout anime expedit, per extremam unctionem. Per ordinem vero ecclesia gubernatur et multiplicatur spiritualiter, per matrimonium corporaliter augetur.

Hec omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi, quod facit ecclesia. Quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum.

Inter hec sacramenta tria sunt, baptismus, confirmatio et ordo, que characterem, id est spirituale quoddam signum a ceteris distinctivum imprimunt in anima indelebile. Unde in eadem persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt et reiterationem admittunt.

Primum omnium sacramentorum locum tenet sanctum baptisma, quod vite spiritualis ianua est; per ipsum membra Christi ac de corpore efficimur ecclesie. Et cum per primum hominem mors introierit in universos, nisi ex aqua et spiritu renascamur, non possumus, ut inquit veritas, in regnum celorum introire. Materia huius sacramenti est aqua vera et naturalis, nec refert, frigida sit an calida. Forma autem est: ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. Non tamen negamus, quin et per illa verba: baptizetur talis servus Christi in nomine patris et filii et spiritus sancti vel: baptizatur manibus meis talis in nomine patris et filii et spiritus sancti, verum perficiatur baptisma. Quoniam cum principalis causa, ex qua baptisma virtutem habet, sit sancta trinitas, instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius sacramentum, si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministerium, cum sancte trinitatis invocatione, perficitur sacramentum. Minister huius sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare; in casu autem necessitatis non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus vel mulier, immo paganus et hereticus baptizare potest, dummodo formam servet ecclesie et facere intendat, quod facit ecclesia. Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpe originalis et actualis, omnis quoque pene, que pro ipsa culpa debetur; propterea baptizatis nulla pro peccatis preteritis iniungenda est satisfactio, sed morientes, antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum celorum et dei visionem perveniunt.

Secundum sacramentum est confirmatio, cuius materia est crisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientie, et balsamo, qui odorem significat bone fame, per episcopum benedicto. Forma autem est: signo te signo crucis et confirmo te crismate

2 cf. THOMAS AQUINAS, *De articulis fidei et ecclesie sacramentis* = *Opusc. theol. et phil., IV (editio Parmensis, XVI, 1864)*, pag. 120-122. 22 cf. *Rom. 5, 12.* 22-23 cf. *Ioh. 3, 3.*



salutis in nomine patris et filii et spiritus sancti. Ordinarius minister est episcopus. Et cum ceteras unctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi episcopus debet conferre, quia de solis apostolis legitur, quorum vicem tenent episcopi, quod per manus impositionem spiritum sanctum dabant, quemadmodum actuum apostolorum lectio manifestat. Cum enim audissent, inquit, apostoli, qui erant Iherosolimis, quia recepisset Samaria verbum dei, miserunt ad eos Petrum et Iohannem, qui cum venissent, oraverunt pro eis, ut acciperent spiritum sanctum; nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Ihesu; tunc imponebant manum super illos, et accipiebant spiritum sanctum. Loco autem illius manus impositionis in ecclesia datur confirmatio. Legitur tamen aliquando per apostolice sedis dispensationem ex rationabili et urgenti admodum causa simplicem sacerdotem crismate per episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum. Effectus autem huius sacramenti est, quia in eo datur spiritus sanctus ad robur, sicut datus est apostolis die penthecostes, ut videlicet christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi verecundie sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat et precipue crucem eius, que iudeis est scandalum, gentibus autem stultitia secundum apostolum, propter quod signo crucis signatur.

Tertium est eucaristie sacramentum, cuius materia est panis triticeus et vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam iuxta testimonia sanctorum patrum ac doctorum ecclesie pridem in disputatione exhibita creditur ipsum dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum, deinde, quia hoc convenit dominice passionis representationi. Inquit enim beatus Alexander papa, V<sup>us</sup> a beato petro: In sacramentorum oblationibus, que intra missarum solennia domino offeruntur, panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Non enim debet in calice domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque, id est sanguis et aqua ex latere Christi profluxisse legitur, tum etiam quod convenit ad significandum huius sacramenti effectum, qui est unio populi christiani ad Christum. Aqua enim populum significat secundum illud apocalipsis: aque multe, populi multi. Et Iulius papa, II<sup>us</sup> post beatum Silvestrum, ait: calix dominicus iuxta canonum preceptum vino et aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi; ergo cum in calice vinum et aqua miscetur, Christo populus adunatur, et fidelium plebs, in quem credit, copulatur et iungitur. Cum ergo tam sancta Romana ecclesia a beatissimis apostolis Petro et Paulo edocta quam relique omnes Latinorum Grecorumque ecclesie, in quibus omnis sanctitatis et doctrine lumina claruerunt, ab initio nascentis ecclesie sic servaverint et modo servant, inconveniens admodum videtur, ut alia quevis regio ab hac universali et rationabili discrepet observantia. Decernimus igitur, ut etiam ipsi Armeni se cum universo orbe christiano conforment eorumque sacerdotes in calicis oblatione paululum aque, prout dictum est, vino admisceant. Forma huius sacramenti sunt verba salvatoris, quibus hoc confecit sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum. Nam

5 *Act. 8, 14.* 13 *cf. Act. 2.* 16-17 *cf. 1 Cor. 1, 23.* 23 *Decretum Gratiani, III. De consecratione, dist. 2, c. 1 = FRIEDBERG 1314.* 28 *cf. Apoc. 17, 15.* 29 *Decretum Gratiani, III. De consecratione, dist. 2, c. 7 = FRIEDBERG 1316.*

ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi et substantia vini in sanguinem convertuntur. Ita tamen, quod totus Christus continetur sub specie panis et totus sub specie vini, sub qualibet quoque parte hostie consecrate et vini consecrati separatione facta totus est Christus. Huius sacramenti effectus, quem in anima operatur digne  
 5 sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur et membris eius unitur, consequens est, quod per hoc sacramentum in sumentibus digne gratia augeatur, omnemque effectum, quem materialis cibus et potus quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando et delectando, sacramentum hoc quoad vitam operatur spiritualement, in quo, ut inquit Urbanus papa, gratam salvatoris  
 10 nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementum.

Quartum sacramentum est penitentia, cuius quasi materia sunt actus penitentis, qui in tres distinguuntur partes; quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Secunda est oris  
 15 confessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis, que quidem precipue fit per orationem, ieiunium et ele[m]osinam. Forma huius sacramenti sunt verba absolutionis, que sacerdos profert, cum dicit: ego te absolvo. Minister huius sacramenti est sacerdos habens auctoritatem absolvendi vel ordinariam  
 20 vel ex commissione superioris. Effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis.

Quintum sacramentum est extrema unctio, cuius materia est oleum olive per episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet; qui in his locis ungendus est, in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel locutionem, in manibus propter  
 25 tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma huius sacramenti est hec: Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus, quicquid deliquisti per visum, et similiter in aliis membris. Minister huius sacramenti est sacerdos. Effectus vero est mentis sanatio et, in quantum anime expedit, ipsius etiam corporis. De hoc sacramento inquit beatus Iacobus apostolus: Infirmatur  
 30 quis in vobis, inducat presbyteros ecclesie, ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini; et oratio fidei salvabit infirmum et alleviabit eum dominus, et, si in peccatis sit, dimittentur ei.

Sextum est sacramentum ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo. Sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino et patene cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri evangeliorum dationem. Subdiaconatus vero per  
 35 calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem. Et similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotii est talis: Accipe potestatem offerendi sacrificium in ecclesia pro vivis et mortuis, in nomine patris et filii et spiritus sancti. Et sic de aliorum ordinum formis, prout in pontificali Romano late continetur. Ordinarius minister huius sacramenti est episcopus. Effectus est augmentum gratie,  
 40 ut quis sit ydoneus Christi minister.

2 spetie *Ms.*    3 spetie *Ms.*    13 distinguuntur *Ms.*    17 elemosinam *Ms.*    37 suo *Ms.*

9 URBANUS IV, *Epistola ad omnes praelatos* = MANSI 23, 1077 C.    29 *Iac.* 5, 13-15.

Septimum est sacramentum matrimonii, quod est signum coniunctionis Christi et ecclesie secundum apostolum dicentem: 'Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico, in Christo et in ecclesia'. Causa efficiens matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de presenti expressus. Assignatur autem triplex bonum matrimonii. Primum est proles suscipienda et educanda ad cultum dei. Secundum est fides, quam unus coniugum 5 alteri servare debet. Tertium indivisibilitas matrimonii, propter hoc quod significat indivisibilem coniunctionem Christi et ecclesie. Quamvis autem ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum sit.

Sexto compendiosam illam fidei regulam per beatissimum Athanasium editam ipsis 10 prebemus oratoribus, cuius tenor talis est:

Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem, quam, nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in eternum peribit. Fides autem catholica hec est, ut unum deum in trinitate et trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas neque substantiam separantes. Alia est enim persona patris, alia filii, alia spiritus sancti, sed patris et filii 15 et spiritus sancti una est divinitas, equalis gloria, coeterna maiestas. Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Increatus pater, increatus filius, increatus spiritus sanctus. Immensus pater, immensus filius, immensus spiritus sanctus. Eternus pater, eternus filius, eternus spiritus sanctus. Et tamen non tres eterni, sed unus eternus. Sicut non tres increati nec tres immensi, sed unus increatus et unus immensus. Similiter omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus. Et tamen 20 non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Ita deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus. Et tamen non tres dii, sed unus est deus. Ita dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus. Et tamen non tres domini, sed unus est dominus. Quia sicut singillatim unamquamque personam deum ac dominum confiteri christiana veritate compellimur, ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus nec creatus nec genitus. Filius a patre solo est, non 25 factus nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a patre et filio non factus nec creatus nec genitus, sed procedens. Unus ergo pater, non tres patres. Unus filius, non tres filii. Unus spiritus sanctus, non tres spiritus sancti. Et in hac trinitate nichil prius aut posterius, nichil maius aut minus, sed tote tres persone coeternae sibi sunt et coequales. Ita ut per omnia, sicut iam supradictum est, et unitas in trinitate et trinitas in unitate veneranda sit. Qui vult ergo salvus esse, ita de trinitate sentiat. 30

Sed necessarium est ad eternam salutem, ut incarnationem quoque domini nostri Ihesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur, quia dominus noster Ihesus Christus dei filius deus et homo est. Deus est ex substantia patris ante secula genitus, et homo ex substantia matris in seculo natus. Perfectus deus, perfectus homo, ex anima rationali et humana carne subsistens. Equalis patri secundum divinitatem, minor patre secundum humanitatem. Qui licet deus sit 35 et homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem non conversione divinitatis in carne[m], sed assumptione humanitatis in deum. Unus omnino non confusione substantie, sed unitate persone. Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita deus et homo unus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Ad cuius adven- 40 tum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, et reddaturi sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam eternam. Qui vero mala, in ignem eternum.

Hec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Septimo decretum unionis cum Grecis consummate, pridem in hoc sacro ycumenico Florentino concilio promulgatum, cuius tenor talis est:

Eugenius episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam.

Consentiente ad infrascripta carissimo filio nostro Iohanne Paleologo Romeorum imperatore  
5 illustri et locatenentibus venerabilium fratrum nostrorum patriarcharum et ceteris Orientalem eccle-  
siam representantibus.

Letentur celi et exultet terra; sublatus est enim de medio paries, qui Occidentalem Orientalemque dividebat ecclesiam, et pax atque concordia rediit illo angulari lapide Christo, qui fecit utraque unum vinculo fortissimo caritatis et pacis utrunque iungente parietem et perpetue unitatis  
10 federe copulante ac continente, postque longam meroris nebulam et dissidii diuturni atram ingrathamque caliginem serenum omnibus unionis optate iubar illuxit. Gaudeat et mater ecclesia, que filios suos hactenus invicem dissidentes iam videt in unitatem pacemque rediisse, et que antea in eorum separatione amarissime flebat, ex ipsorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem et qui christiano censentur nomine,  
15 matri catholice ecclesie colletentur. Ecce enim Occidentales Orientalesque patres post longissimum dissensionis atque discordie tempus se maris ac terre periculis exponentes omnibusque superatis laboribus ad hoc sacrum ycumenicum concilium desiderio sacratissime unionis et antique caritatis reintegrande gratia leti alacresque convenerunt et intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam enim laboriosamque indaginem tandem spiritus sancti clementia ipsam optatissimam sanctis-  
20 simamque unionem consecuti sunt. Quis igitur dignas omnipotentis dei beneficiis gratias referre sufficiat? Quis ante divine miserationis divitias non obstupescat? Cuius vel ferreum pectus tante superne pietatis magnitudo non molliat? Sunt ista prorsus divina opera, non humane fragilitatis inventa, atque ideo eximia cum veneratione suscipienda et divinis laudibus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Christe, fons misericordiarum, qui tantum boni sponse tue catholice  
25 ecclesie contulisti atque in generatione nostra tue pietatis vincula demonstrasti, ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum siquidem divinumque munus nobis deus largitus est, oculisque vidimus, quod ante nos multi, cum valde cupierint, aspicere nequiverunt.

Convenientes enim Latini atque Greci in hac sacrosancta ycumenica synodo magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina spiritus sancti processione summa cum  
30 diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis scripturis plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Occidentalium et Orientalium, aliquibus quidem ex patre et filio, quibusdam vero ex patre per filium procedere dicentibus spiritum sanctum, et ad eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis; Greci quidem asseruerunt, quod id quod dicunt spiritum sanctum ex patre procedere, non hac mente proferunt, ut excludant filium, sed quia  
35 eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere spiritum sanctum ex patre et filio procedere tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo, quod spiritus sanctus ex patre procedat et filio; Latini vero affirmarunt non se hac mente dicere spiritum sanctum ex patre filioque procedere, ut excludant patrem, quin sit fons ac principium totius deitatis filii scilicet ac  
40 quod duo ponant esse principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium unicamque spirationem spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus unus et

3 seqq. cf. doc. n. 175, scilicet bullam unionis Graecorum. Subscriptiones et textus graecus desunt.

idem eliceatur veritatis sensus, tandem in infrascriptam sanctam et deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem unanimiter concordarunt et consenserunt.

In nomine igitur sancte trinitatis patris et filii et spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio, diffinimus, ut hec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quod spiritus sanctus ex patre et filio eternaliter est et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex patre simul et filio et ex utroque eternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedat. Declarantes, quod id quod sancti doctores et patres dicunt ex patre per filium procedere spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur filium quoque esse secundum Grecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentie spiritus sancti sicut et patrem. Et quoniam omnia, que patris sunt, pater ipse unigenito filio suo gignendo dedit preter esse patrem, hoc ipsum quod spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius a patre eternaliter habet, a quo eternaliter etiam genitus est.

Diffinimus insuper explicationem verborum illorum filioque veritatis declarande gratia et imminente tunc necessitate licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam.

Item, in azimo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum domini corpus conficere debere, unumquenque scilicet iuxta sue ecclesie sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.

Item, si vere penitentes in dei caritate decesserint, antequam dignis penitentie fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas penis purgatoriis post mortem purgari, et ut a penis huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes et elemosinas ac alia pietatis officia, que a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesie instituta. Illorumque animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, que post contractam peccati maculam vel in suis corporibus vel eisdem exute corporibus, prout superius dictum est, sunt purgate, in celum mox recipi et intueri clare ipsum deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, penis tamen disparibus puniendas.

Item diffinimus sanctam apostolicam sedem et Romanum pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum et verum Christi vicarium totiusque ecclesie caput et omnium christianorum patrem ac doctorem existere, et ipsi in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem ecclesiam a domino nostro Ihesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis ycumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur. Renovantes insuper ordinem traditum in canonibus ceterorum venerabilium patriarcharum, ut patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Anthiocenus et quintus Ierosolymitanus, salvis videlicet privilegiis omnibus et iuribus eorum.

Datum Florentie, in sessione publica synodali solenniter in ecclesia maiori celebrata, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, pridie nonas iulii, pontificatus nostri anno nono.

Octavo, cum inter alia sit etiam cum ipsis Armenis disputatum, quibus diebus festivitates annuntiationis beate Marie virginis, nativitatis beati Iohannis Baptiste et consequenter nativitatis et circumcisionis domini nostri Ihesu Christi ac presentationis eiusdem in templo seu purificationis beate virginis Marie celebrari debeant, satisque dilucide veritas patefacta fuerit tam sanctorum patrum testimoniis quam consuetudine ecclesie

Romane et omnium aliarum universaliter apud Latinos et Grecos, ne igitur in tantis  
 celebritatibus dispar sit christianorum ritus, unde perturbande caritatis occasio posset  
 oriri, decernimus tanquam veritati et rationi consentaneum, ut iuxta totius reliqui orbis  
 observantiam ipsi etiam Armeni festum annuntiationis beate Marie die vicesima quinta  
 5 martii, nativitatis beati Iohannis Baptiste vicesima quarta iunii, nativitatis vero secundum  
 carnem salvatoris nostri vicesima quinta decembris, circumcisionis eiusdem prima ianuarii,  
 epiphanie sexta eiusdem ianuarii, presentationis domini in templo seu purificationis dei  
 genitricis secunda februarii debeant solenniter celebrare.

His omnibus explicatis predicti Armenorum oratores nomine suo et sui patriarche  
 10 et omnium Armenorum hoc saluberrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis,  
 declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, preceptis et statutis, omnemque doctrinam in  
 ipso descriptam, necnon quicquid tenet et docet sancta sedes apostolica et Romana ec-  
 clesia, cum omni devotione et obedientia acceptant, suscipiunt et amplectuntur. Illos  
 quoque doctores et sanctos patres, quos ecclesia Romana approbat, ipsi reverenter su-  
 15 scipiunt. Quascunque vero personas et quicquid ipsa ecclesia Romana reprobatur et damnatur,  
 ipsi pro reprobatis et damnatis habent. Profitentes tanquam veri obedientie filii nomine,  
 quo supra, ipsius sedis apostolice ordinationibus et iussionibus fideliter obtemperare.

Lecto autem solenniter in nostra et huius sancte synodi presentia memorato decreto,  
 mox dilectus filius Narses Armenus nomine ipsorum oratorum in ydiomate Armeno pu-  
 20 blice hec, que sequuntur, legit, que incontinenti dilectus filius Basilius ordinis Minorum,  
 noster et ipsorum Armenorum communis interpres, publice sermone Latino in hunc mo-  
 dum ex scripto legit:

Beatissime pater et sanctissima synode. Totum hoc sanctum decretum, quod nunc  
 Latine coram vestra publice lectum est presentia, fuit nobis pridie de verbo ad verbum  
 25 in nostro ydiomate clare expositum et interpretatum, quod quidem optime nobis placuit  
 ac placet. Ad maiorem autem nostre mentis expressionem, eius effectum summatim  
 repetimus.

In ipso continetur primo, qualiter populo nostro Armenorum traditis sanctum sym-  
 bolum Constantinopolitanum, cum illa additione filioque, ut in ecclesiis nostris, diebus  
 30 saltem dominicis maioribusque festivitatis intra missarum solennia decantari seu legi  
 debeat.

Secundo diffinitionem quarti universalis concilii Calcedonensis de duabus naturis in  
 una Christi persona.

Tertio diffinitionem de duabus Christi voluntatibus et operationibus in sexto univer-  
 35 sali concilio promulgatam.

Quarto declaratis, quod ipsa Calcedonensis synodus et beatissimus Leo papa recte  
 de duabus in una persona Christi naturis veritatem diffinierunt contra impia Nestorii et  
 Euticis dogmata. Iubetisque, ut ipsum beatissimum Leonem tanquam sanctum et fidei  
 columnam veneremur, atque non solum has tres synodos Nicenam, Constantinopolitanam

39 columnam *Ms.*

19 *Narses fuit monachus Caffensis; hic ab Eugenio IV ad Gregorium archiepiscopum armenum Leopoliensem missus est; cf. doc. n. 236, pag. 148.* 20 *Basilius, episcopus Tanensis (Asov) 1439, dec. 11 — 1464.*

et Ephesinam primam, sed et omnes alias universales auctoritate Romani pontificis legitime celebratas reverenter suscipiamus.

Quinto brevem formulam septem sacramentorum ecclesie, videlicet baptismi, confirmationis, eucaristie, penitentie, extreme unctionis, ordinis et matrimonii, declarando, que sit cuiuslibet sacramenti materia, forma et minister, quodque in sacrificio altaris, dum calix offertur, vino paululum aque admisceri debet. 5

Sexto quandam compendiosam beatissimi Athanasii fidei regulam, que incipit: Quicumque vult salvus esse etc.

Septimo decretum unionis concludere cum Grecis in hoc sacro concilio pridem promulgatum continens, qualiter spiritus sanctus ex patre et filio eternaliter procedit, et quod illa additio filio que licite et rationabiliter ipsi symbolo Constantinopolitano fuit apposita. 10 Quodque in pane triticeo azimo vel fermentato corpus domini conficitur. Quid etiam credendum sit de penis purgatorii et inferni ac vita beata et de suffragiis, que pro defunctis fiunt. Item de plenitudine potestatis sedis apostolice tradita a Christo beato Petro et suis successoribus atque de ordine patriarchalium sedium.

Octavo decernitis, ut de cetero Armeni has festivitates infrascriptis diebus more 15 universalis ecclesie celebrare debeant, videlicet annuntiationem beate Marie virginis vicesima quinta martii, nativitatem beati Iohannis Baptiste vicesima quarta iunii, nativitatem salvatoris nostri secundum carnem vicesima quinta decembris, circumcisionis (!) eiusdem prima ianuarii, epiphanie (!) sexta eiusdem ianuarii, presentationis (!) domini in templo seu purificationis beate Marie secunda februarii. 20

Nos igitur oratores nomine nostro nostrique reverendi patriarche et omnium Armenorum, sicut et vestra sanctitas in ipso decreto attestatur, hoc saluberrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, preceptis et statutis, omnemque doctrinam in ipso descriptam, necnon quicquid tenet et docet sancta sedes apostolica et Romana ecclesia, cum omni devotione et obedientia acceptamus, suscipimus et amplectimur. Illos quoque doctores et sanctos patres, quos ecclesia Romana approbat, reverenter suscipimus. Quasunque vero personas et quicquid ipsa ecclesia Romana reprobat ac damnat, nos pro reprobatis ac damnatis habemus, profitentes tanquam veri obedientie filii, nomine, quo supra, ipsius sedis apostolice ordinationibus et iussionibus fideliter obtemperare. 30

Datum Florentie, in publica sessione synodali solenniter in ecclesia maiori celebrata anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono decimo kalendas decembres, pontificatus nostri anno nono.

*Signum (Rota) papae Eugenii IV cum inscriptione:*

Ne derelinquas me, deus meus. † Adiutor et protector meus es tu, domine. Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Eugenius papa IIII. 35

*Subscriptiones.*

Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ita decernens subscripsi.

36 Subscriptiones continent multas abbreviationes; ita vox episcopus, archiepiscopus, nomina ecclesiarum etc. in siglis exhibentur. Subscriptiones cardinalium, sicut in diplomatibus moris est, in tribus columnis scribuntur, ita ut nomina cardinalium episcoporum in columna media immediate post signum rotae papae cum eius subscriptione sequente ponantur, nomina vero cardinalium presbyterorum a parte sinistra (inspicientis bullam), nomina demum cardinalium diaconorum a parte dextra collocentur.

34 cf. Ps. 37, 22; 27, 7; cf. pag. 73.

- † Ego Antonius episcopus Ostiensis cardinalis Bononiensis me subscripsi.  
 † Ego Branda episcopus Portuensis cardinalis Placentinus subscripsi.  
 † Ego N[icolaus] tituli Sancte † (= Crucis) presbyter cardinalis subscripsi.  
 † Ego F[ranciscus] tituli Sancti Clementis presbyter cardinalis subscripsi.  
 5 † Ego A[ngelottus] tituli Sancti Marci presbyter cardinalis subscripsi.  
 † Ego I[ulianus] tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis subscripsi.  
 † Ego Prosper Sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis subscripsi.  
 † Dominicus Sancte Marie in Via Lata diaconus cardinalis subscripsi.  
 † Ego Blasius patriarcha Ierosolimitanus subscripsi.  
 10 † Ego Marcus patriarcha Gradensis subscripsi.  
 † Ego Gaspar archiepiscopus Neapolitanus subscripsi.  
 † Ego Nicolaus archiepiscopus Capuanus subscripsi.  
 † Ego Raymundus archiepiscopus Consanus subscripsi.  
 † Ego L[udovicus] archiepiscopus Florentinus subscripsi.  
 15 † Ego Latinus de Ursinis archiepiscopus Tranensis subscripsi.  
 † Ego Iacobus episcopus Adriensis subscripsi.  
 † Ego Petrus episcopus Massanus subscripsi.  
 † Ego Bartholomeus episcopus Caputaquensis subscripsi.  
 † Ego Christophorus episcopus Ariminensis subscripsi.  
 20 † Ego Robertus episcopus Aretinus subscripsi.  
 † Ego R[obertus] episcopus Vulterranus subscripsi.  
 † Ego Antonius episcopus Cesenatensis subscripsi.  
 † Ego Petrus episcopus Aussarensis subscripsi.  
 † Ego Iohannes episcopus Nivernensis subscripsi.  
 25 † Ego Scipio episcopus Mutinensis subscripsi.  
 Ego Iacobus episcopus Lucerie Christianorum subscripsi.  
 Ego Mateius (!) episcopus Cistaricensis subscripsi.  
 Ego Aymericus episcopus Montis Regalis subscripsi.  
 † Ego G[undisalvus] Granatensis episcopus subscripsi.  
 30 † Ego Baptista electus Theatinus subscripsi.

9-10 subscriptiones duorum patriarcharum Latinorum in columna media immediate post cardinalium episcoporum subscriptiones positae sunt; postea sequuntur, exceptis quattuor episcopis, in unica columna paginae subscriptiones archiepiscoporum episcoporumque. Versus marginem inferiorem paginae 9<sup>r</sup> est positum nomen secretarii pontificii: Blondus.

26-28 *signum crucis ante subscriptiones deest.*

1-8 *subscriptiones cardinalium Antonii Correr, Branda de Castiglione, Nicolai Albergati O. Carth., Francisci Condulmer, Angelotti Fusci, Iuliani Cesarini, Prosperi Colonna, Dominici Capranica.* 9-10 *subscriptiones patriarcharum latinorum Blasii Molino, Marci Condulmer.* 11-15 *subscriptiones archiepiscoporum Gaspari de Diana, Nicolai d'Acciapaccio, Raymundi de Strongoli, Ludovici Scarampi, Latini de Ursinis.* 16-30 *subscriptiones episcoporum Iacobi Bertuzzi d'Obizzi, Petri dall'Orto, Bartholomaei prius episcopi Cavallencis, Christophori de S. Marcello, Roberti de Asinis, Roberti de Ademariis, Antonii Malatesta, Petri Leonis, Iohannis Viviani, Scipionis de Maguentibus, Iacobi Benedicti de Adria, Matthaei (iuxta alios Mitrii sive Demetrii) Gastinel, Aymerici de Segando, Gundisalvi da Valboa O. F. M., Baptistae de Romanis.*

11-30 *archiepiscopatus et episcopatus sunt: Capua, Conza, Firenze, Trani, Adria, Massa, Capaccio, Rimini, Arezzo, Volterra, Cesena. Ossero, Nevers, Modena, Nocera dei Pagani, Sistarico, Monreale, Granada, Chieti.*



- † Ego Alexius episcopus Clusinus subscripsi.  
 † Ego Iohannes electus Osiliensis subscripsi.  
 † Ego Guillelmus electus Leonensis subscripsi.  
 † Ego Petrus episcopus Cavallicensis subscripsi.  
 † Ego Antonius episcopus Portugalensis subscripsi. 5  
 † Ego Bassustachus episcopus Lucerinus subscripsi.  
 † Ego Benotius episcopus Fesularum subscripsi.  
 † Ego Bartholomeus episcopus Valvensis subscripsi.  
 † Ego Laurentius episcopus Achayensis subscripsi.  
 † Ego Nicolaus episcopus Tiburtinus subscripsi. 10  
 † Ego Amicus episcopus Aquilensis subscripsi.  
 Ego Iohannes episcopus Arbensis subscripsi.  
 Ego Matheus episcopus Sabatensis subscripsi.  
 † Angelus episcopus Arianensis subscripsi.  
 † Ego Guillelmus de Estoutevilla electus confirmatus Andegavensis subscripsi. 15  
 † Ego Angelus episcopus Parentinus subscripsi.  
 † Ego P[etrus] episcopus Paduanus subscripsi.  
 Ego G[erardus] episcopus Comanensis subscripsi.  
 Ego Io[hannes] episcopus Morinensis subscripsi.  
 Ego Daniel episcopus Concordiensis subscripsi. 20  
 Ego Guillelmus electus Leonensis subscripsi.  
 Ego Mateus abbas S. Firmi Veronensis.  
 Ego Timotheus abbas S. Andree Mantue.  
 Ego Iacobus abbas S. Salvii prope Florentiam.  
 Ego Benedictus abbas S. Pancratii de Florentia. 25  
 Ego Benedictus abbas S. Zenonis de Pisis.  
 Ego do[m]pnus Petrus abbas S. Michaelis de Pisis.  
 Ego Iohannes abbas S. Angeli de Vergareto ordinis Camaldulensis.  
 Ego dompnus Iacopus abbas S. Salvatoris de Fae[n]za.

8 quia supra litteram h est signum abbreviationis visibile, iudico esse legendum Bartholomeus; de cetero etiam in bulla unionis Graecorum ita legi debet. 12-13 signum crucis deest. 12 ego deest. 18-21 haec quattuor subscriptiones in columna dextra (ex parte inspicientis) positae sunt. 18-29 signum crucis deest.

21 duabus vicibus subscriptus; cf. supra.

1-21 subscriptiones episcoporum: Alexii Cesari de Senis, Iohannis Krewel (Krewel) O. Teut., Guillelmus le Ferron, Petri Perquerii (Porquerii) O. F. M., Antonii Martini de Chaves, Bassustachii (Bassistachi) Formica, Benotii Federighi, Bartholomaei de Vincio, Laurentii, Petri Jacopini de Castel Fiorentino O. P., Nicolai Cesari (de Caeciliano), Amici de Roccha, Iohannis quondam canonici Parentinensis (Parenzo), Angeli de Grassis, Guilelmi de Estoutevilla, postea episcopi Rothomagensis, immo cardinalis, Angeli Cavazza, postea episcopi Traguriensis (Traù), Petri Donati, Gerardi Landriano, Iohannis le Jeune (Iuvenis), Danielis Scoto, Guilelmi le Ferron (iam supradicti).

1-21 episcopatus sunt: Chiusi, Oesel, Saint Pol de Léon, Cavaillon, Porto (in Portogallia), Lucera, Fiesole, Valve, Achaia (in Peloponneso), Tivoli, Aquila, Arbe (episcopatus insularum ad littus Dalmatiae), Sappa (Albania), Ariano, Angers, Parenzo, Padova, Como, Thérouranne, Concordia, Saint Pol de Léon. 22 San Fermo (iuxta Lonigo). 23-29 monasteria in urbibus vel vicis Mantova, Firenze, Pisa, Verghereto (Firenze), Faenza.

- Ego dompnus Franciscus abbas S. Marie de Pactiano.  
 Ego dompnus Ottavianus abbas S. Pauli de Raggolo.  
 Ego dompnus Franciscus abbas S. Marie de Gringnano.  
 Ego frater Iohannes abbas sanctorum martirum Acisthi et Vic[t]orie Cordubensium.  
 5 Ego Fredericus de Bante (?) abbas monasterii S. Marie de Bante (?)  
 Ego Iohannes abbas de Tyro Ianuensis diocesis.  
 Ego Laurencius abbas de Culros Imiblanensis diocesis.  
 Ego Mattheus abbas S. Donati Senensis ordinis Vall[isumbros]e.  
 Ego Guillermus abbas S. Iohannis de Sordua.  
 10 Ego Bartolomeus Leonardi abbas fui presens.  
 Ego Antonius abbas S. Marie de Monte Plano ordinis Valli[sumbrose] subscripsi (!)  
 Ego Philippus ab[b]as S. Salvatoris de Vaiano (?)  
 Ego do[m]pnus Bernardus abbas monasterii S. Iusti de Vulterris subscripsi.  
 Ego domnus Paschasius abbas S. Iohannis Evangeliste de Burgo S. Sepulchri.  
 15 Ego domnus Iacobus monasterii S. Marie de Angnano subscripsi.  
 Ego Antonius Sanctorum Salvatoris et S. Vigili de Senis abbas subscripsi.  
 Ego Iohannes abbas S. Michaelis de Aretio manu propria scripsi.  
 Io[hannes] de Steccatis.

## 225.

*Eugenius IV Thomae baroni Tverensi in Russiam redeunti salvumconductum et aliquod mandatum dat.*

[1439 ante oct. 23] Florentiae.

*Conservatur in versione russica, saltem ex parte.*

*Ed. Nicol. KARAMZIN, Истoрiя государства россiйскаго, II (С.-Петербургъ 1842), appendix ad tomum V, col. 125.*

*De chronologia documenti pontificii, quae in editione ita indicatur: « 1438 (1439?) » notare iuvat ex Camera Apostolica die 24 octobris episcopo Susdaliensi et Thomae 237 florenos fuisse solutos. Florentiam probabiliter die 23 octobris 1439 cum Isidoro metropolita reliquerunt. Cf. PIERLING 49 (hic datum falsum 23 oct. dat); secundum ZIEGLER 86 iam die 6 sept. 1439 Isidorus cum comitatu suo a Florentia discessit.*

*Thomas (Foma) Michailovitch legatus principis Tverensis fuit.*

## 226.

*Eugenius IV Thomam de Campofregose ducem Ianuensem de unione Armenorum certioorem facit et indulgentiam pro festo gratiarum actionis concedit.*

1439 nov. 23 Florentiae.

*Copia coaeva: Genova, R. Archivio di Stato, Litter, reg. 8, n. 1760, 640<sup>v</sup>-641<sup>r</sup>. Haec nota praecedit: Copia autem litterarum apostolicarum haec est.*

1-17 signum crucis deest. 10 inter Bartolomeus et Leonardi vocabulum est cancellatum, scilicet Leona[rdi].

1-17 monasteria in urbibus vel vicis Paciano (Perugia), Raggiolo (Arezzo), Grignano (Firenze?), Cordova (?), Banzi (dioec. Acerenza e Matera), Tiro (Genova), Culros (Scotia), Sordua (Sorde, in dioec. Aix), San Leonardo (?), Montepiano (Pistoia), Vaiano (dioec. Pistoia), Volterra, Borgo San Sepolcro (Arezzo), Agnano (Fiesole), Siena, Arezzo.

*Thomas de Campofregoso de unione Armenorum merita specialia habuit, sicut ostendi in meis articulis periodicorum Orientalia Christiana Per. 5 (1939) 175 sqq., Acta Academiae Velehradensis 15 (1939) 68 sqq. Hic fuit tribus vicibus dux Ianuensis inter annos 1414 et 1442.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO THOME DE CAMPOFREGOSO DUCI IANUENSI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Scribentes ceteris christiani nominis principibus populisque et celeberrimam que hodie apud nos facta est, Armenorum reductionem annuntiantes, nonnulla dicimus, que tecum essent superflua, qui nedum quales quantique sint populi et quemadmodum huic 5 accesserint unionis tractatui, compertum habes, sed ipsis, quorum maxime multitudini temporaliter dominaris, suadendis in Italiam et postea ad nos perducendis magnam adhibuisti operam.

Quare alia tecum exordiantes via et laudamus nobilitatem tuam et dignas illi pro suscepta tam laudati operis cura referimus gratias, tibi memorantes eam esse ex rarissimis rem istam, ex qua merito in dei nostri benignitate gloriantur omnes quicumque illi 10 sunt, quibus datum est, ut tanti muneris participes dici possint. Ea enim, ut tu optime nobiscum intelligis, res est magna et tamen eo maior, quod gloriosissimam Grecorum unionem e vestigio est subsecuta, quam verbis dignis satisque facientibus reficere nequimus. 'Quis enim loquetur potentias domini et auditas faciet omnes laudes eius', quis 15 memoriam habundantiae suavitatis suae faciet? 'Cuius miserationes super omnia opera eius'.

Iampridem Orientales populos post disputationes, post labores maximos ad unitatem sancte Romane ecclesiae et sedis apostolice omnipotens ipse deus ineffabili quadam pietate venire concessit ac celebrem diem octave festi apostolorum Petri et Pauli, qua id sanctissimum opus completum est, omni futuro seculo celebriorem dignatus est reddere. Tunc 20 carissimum in Christo filium nostrum Iohannem Paleologum Romeorum imperatorem ac primates Orientalis ecclesiae in unam sancte et catholice fidei professionem nobis adesse perspeximus, tunc sacra hec synodus Florentina illud suavitatis eulogium 'Letentur celi et exultet terra' nobiscum promulgare promeruit, ut magnificarentur opera domini et 'laus eius in ecclesia sanctorum'. 25

Nunc autem multiplicatis dei beneficiis et prodigiis innovatis, dum sol iustitiae ab Oriente ad aquilonem reflexus vidit Armenorum populos et super eos illustrans faciem suam ad unitatem fidei et veram obedientiam ac reverentiam sedis apostolice sua miseratione produxit, novum letitiae canticum decantavimus promulgantes decreta saluberrima ad omnium ipsorum etiam futurorum normam stabilemque sententiam, prout in ipsis decretis, quorum tenorem presentibus introclusum mittimus, plene continetur, et tali igitur tantoque dei honore ac profectu fidei et populi christiani utilitate omnes catholice ecclesiae filios merito convenit ex toto corde in domino gratulari et iubilare. Et quoniam sicut deus pietatem et gratiam suam in populo suo multiplicat, ita et nos merito decet,

1 Campofregolo Ms. 13 gloriosissimam Ms. 29 exspectaretur perduxit.

15 Ps. 105, 2. 16 cf. Ps. 144, 7-9. 23 cf. decretum unionis Graecorum, 6 iul. 1439. 25 cf. Ps. 103, 24 || 149, 1. 26 cf. Mal. 4, 2. 30 decretum unionis Armenorum, 22 nov. 1439.

gratiarum iterare et augere actiones in laudando, benedicendo et glorificando nomen suum, a quo nobis tanta dietim beneficia proveniunt.

Te itaque, dilecte fili, hortamur in domino, ut pro tam grandi divino munere solennes processiones per dominia tua fieri iubeas, ad quas, ut eo libentius ac devotius homines  
5 confluant, de spirituali ecclesie thesauro omnibus, qui in ipsa interfuerint processione aut libenter interessent, si legitime non detinerentur impedimento, septem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia in forma ecclesie consueta impertimur.

Ceterum etsi ab ipsa experientia edocti optime intelleximus minime necessarium fore, commendamus celsitudini tue Armenos predictos et ut bene in cunctis a te tuisque officialibus habiti benefecisse letentur et barbarorum infidelium multitudines, inter quos ut  
10 nostri versabuntur, exemplo suo alliciantur ad servitutem levi iugo dei nostri libentius subiiciendam.

Data Florentie anno incarnationis (dominice) millesimo quadringentesimo tricesimo nono kal. decembr., pontificatus nostri [anno nono].

## 227.

*Eugenius IV Nicolaum marchionem Estensem de unione Armenorum in concilio Florentino peracta certiore facit eumque hortatur, ut in gratiarum actionem processiones publicas fieri iubeat, et indulgentias pro hoc festo concedit.*

1439 nov. 23 Florentiae.

*Diploma orig.: Modena, R. Archivio di Stato, Cancelleria Marchionale, Lettere di Principi esteri, Roma, Bolle e Brevi pontifici, busta 6.*

*Bulla plumbea deest.*

*Documentum eiusdem fere tenoris est ac doc. n. 226, pag. 139-140.*

*Nicolaus III fuit marchio Estensis inter annos 1393 et 1441.*

15 EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO NICOLAO MARCHIONI ESTENSI IN CIVITATE NOSTRA FERRARIENSI PRO NOBIS IN TEMPORIBUS VICARIO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

‘Quis loquetur potentias domini et auditas faciet omnes laudes eius’, quis memoriam abundantie suavitatis sue faciet, ‘cuius miserationes super omnia opera eius’? Iam pridem Orientales  
20 populos post disputationes, post labores maximos ad unitatem sancte Romane ecclesie et sedis apostolice ipse omnipotens deus ineffabili quadam pietate venire concessit ac celebrem diem octave festi apostolorum Petri et Pauli, qua id sanctissimum opus completum est, omni futuro seculo dignatus est reddere celebriorem. Tunc carissimum in Christo filium nostrum Iohannem Paleologum Romeorum imperatorem ac primates Orientales ecclesie in unam sancte et catholice fidei professio-  
25 nem adesse perspeximus. Tunc sacra hec synodus Florentina illud suavitatis eulogium ‘Letentur

10 benefecisse Ms. 14 post nostri carta vitata est.

18 Ps. 105, 2. 19 cf. Ps. 144, 7 et 9. 25 decretum unionis Graecorum, 6 iul. 1439.

celi et exultet terra' nobiscum promulgare promeruit, ut magnificarentur opera domini et laus eius in ecclesia sanctorum.

Nunc autem multiplicatis dei beneficiis et prodigiis innovatis, dum sol iusticie ex Oriente ad aquilonem reflexus vidit Armenorum populos et super eos illustrans faciem suam ad unitatem fidei et veram obedientiam ac reve[ren]tiam sancte sedis apostolice sua miseratione produxit, novum letitie 5 canticum decantavimus, promulgantes decreta saluberrima ad omnium ipsorum etiam futurorum normam stabilemque sententiam, prout in ipsis decretis, quorum tenorem presentibus mittemus introclusum, plene continetur, que dignum duximus ad te destinare, ut fidelis mens tua consideret mirabilia domini simulque plane conspicias, ubi sit virtus, ubi sit sapientia, ubi pax et unitas vera, ubi sit manus domini, ubi sit illa sedes, quam dominus noster Iesus 10 Christus instituit, ut esset veritatis norma, magistra fidei, fidelium mater, clavis celorum et totius media humane salutis.

Profecto non dubitamus, cum hec christiana consideratione plene recensueris, intelliges misericordias domini et veritatem eius super sedem apostolicam, tunc videbis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum, tunc illi cum omnibus populis tibi commis[s]is dignas 15 hostias offeres iubilationis et laudis, quod ut facias, te hortamur in domino, quoniam, si, cum pro suis in nos beneficiis laudare iubemur, in hoc maxime convenit honorare canticis ac mysticis adorare muneribus, maxime cum iam iter latum nobis aperiri conspiciamus ad infidelium populos conveniendos et plurima alia pro exaltatione catholice fidei ac pace et quiete populi christiani consequenda, que per nongentos et eo amplius annos catholica 20 ecclesia obtinere non meruit.

Et tali igitur tantoque dei honore ac profectu fidei et populi christiani unitate omnes catholice ecclesie filios merito convenit ex toto corde in domino gratulari et iubilare. Et quoniam sicut deus pietatem ac gratiam suam in populo suo multiplicat, ita et nos merito decet gratiarum iterare et augere actiones in laudando, benedicendo ac glorificando no- 25 men sanctum eius, a quo tanta dietim nobis beneficia proveniunt.

Te itaque, quem sicut catholicum et devotum huiusmodi felicissimis novis plurimum exultaturum scimus, hortamur in domino, ut pro tam grandi divino munere solemnes processiones fieri facias, ad quas, ut eo libentius ac devotius homines confluant, de spirituali ecclesie thesauro omnibus, qui in ipsa interfuerint processione aut libenter interessent, si legitimo non detinerentur 30 impedimento, septem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia in forma ecclesie consueta impartimur.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, nonas kalendas decembris, pontificatus nostri anno nono.

P. Sucijs. 35

*A tergo:*

Dilecto filio viro Nicolao marchioni Estensi in civitate nostra Ferrariensi pro nobis in temporalibus vicario.

Blondus.

5 *exspectaretur* perduxit. 12 *exspectaretur* medium. 16 *fatias Ms.* 18 *apperriri Ms.* 19 *expectaretur* convertendos. 29 *fatias Ms.* 31 *tottidem Ms.*

6 *decretum unionis Armenorum, 22 nov. 1439.*

## 228.

*Eugenius IV universitatem Lovaniensem de unione Armenorum certiolem facit.*

1439 nov. 23 Florentiae.

*Copia coeva: Trier, Diözesanarchiv, Ms. 86, p. 414. «Eugenius... Dilectis filiis universitatis Lovaniensis salutem et apostolicam benedictionem. Quis loquitur potentias domini».*

*Documentum eiusdem fere tenoris est ac doc. n. 227.*

## 229.

*Eugenius IV Fredericum ducem Saxoniae de unione Armenorum certiolem facit.*

1439 nov. 24 Florentiae.

*Copia coeva: Dresden, Hauptstaats-Archiv., loc. 10297, 10<sup>r</sup>-10<sup>o</sup>.*

*Commemoratur in libro Deutsche Reichstagsakten 14, 307, nota 1.*

*Tenor huius documenti est probabiliter idem fere ac doc. n. 226.*

*Fredericus II fuit dux Saxoniae 1428-1464.*

## 230.

*Eugenius IV Henrico regi Angliae litteras indulgentiarum occasione unionis Orientalium concessas mittit.*

1439 ca. nov.-dec. Florentiae.

*Certum est indulgentiarum litteras occasione concilii Florentini regi Angliae fuisse missas. Hoc ex epistola Petri de Monte Eugenio IV papae, Londinii 5 ian. 1440, missa scimus: indulgentiarum litteris... quas sue celsitudini obtuli; cf. HALLER 128. Tenor harum litterarum nondum a me inventarum fuit probabiliter idem fere ac doc. n. 219, 9 oct. 1439 (= doc. n. 200, 15 aug. 1439). An rex Angliae etiam similes epistolas (cum indulgentiis) occasione unionis Armenorum acceperit ac dux Ianuensis et marchio Estensis (cf. doc. n. 225, 226), mihi non constat.*

*Henricus VI fuit rex Angliae 1422-1471.*

## 231.

*Eugenius IV (Conradum) episcopum Vratislaviensem de unione Graecorum et Armenorum certiolem facit eumque hortatur, ut solemnes processiones habeantur, indulgentiamque concedit.*

1439 nov. 23 Florentiae.

*Copia coeva: Breslau, Staats-Archiv, codex Novofor., 307<sup>r</sup>-308<sup>r</sup>.*

*Ed. ex parte Codex diplomaticus Silesiae, XV (Breslau 1890) 69-70.*

*Commemoratur in libro Deutsche Reichstagsakten 14, 307, nota 1.*

*Tenor documenti est idem fere ac doc. n. 226.*

*De Conrado episcopo Vratislaviensi, cf. doc. n. 128.*

## 232.

*Eugenius IV Ladislaum regem Poloniae de unione Armenorum certiores facit.*

[1439 ca. nov.-decembri] Florentiae.

*Documenti deperditi notitiam desumo ex copia coeva epistolae Ladislai regis Eugenio IV, Cracoviae 10 martii 1440 missae (cf. dicta supra in doc. n. 191<sup>bis</sup>): ecce ad cumulum gaudiorum accesserunt et alia sanctitatis vestre litere, que subsecutam Armenorum et (ad?) obedientiam sacrosancte Romane ecclesie et unitatem catholice fidei professionem denunciabant. Alia epistola Ladislai Eugenio IV de eadem re scripta et a LEWICKI edita (Codex epistolaris saeculi XV, 109) non habet datum chronologicum, sed est certo post unionem Armenorum scripta et, sicut dixi, substantialiter eadem refert, quae in codice Vindobonensi continentur.*

*Ladislaus III fuit rex Poloniae 1434-1444.*

## 233.

*Eugenius IV Isidorum metropolitam Kioviensem Iohanni VIII Palaeologo imperatori commendat.*

1439 nov. 28 Florentiae.

*Diploma orig.: Bibliotheca Vaticana, Vat. Graecus 133, ante textum graecum.*

*Edd. LEO ALLATIUS, In Roberti Creyghloni apparatus, versionem et notas ad historiam concilii Florentini (Roma 1665) 269-270; FROMMANN 156, nota 1, iuxta codicem Barberinum 878, 255; HOFMANN, in « Orientalia Christiana » 6 (1926) 291, nota 2, iuxta diploma originale, sed solum ex parte.*

*Commemoratur apud PIERLING, La Russie et le Saint-Siège I, 50.*

*Ea quae nunc in diplomate originali desunt, ex codice Allatii (= Barber. Lat. 878) et ex ipsa editione Allatii supplevi.*

*Isidorus fuit metropolita Kioviensis iam ab anno 1437; 18 dec. 1439 nominatus est cardinalis.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, CARISSIMO IN CHRISTI FILIO IOHANNI PAELOGO ROMEORUM IMPERATORI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum esset profecturus ex Venetiis venerabilis frater Isidorus Ruthenorum archiepiscopus, ut [per] Hungariam et Germaniam rediret in patriam, casus accidit mortis clare memorie Alberti Romanorum, Hungarie et Boemie regis, quamobrem consultum est 5 predicto ar[chiepiscop]o a dominio Venetorum ceterisque, qui illa noverunt itinera, fore

tutius sese navigationis longitudini atque periculis exponere, quam illud terrestre iter ingredi, per q[uod] guerris implicitum et latrociniiis obsessum maiora et certiora subiret pericula.

Nos etiam audito de suspitione ipsa, que dicto archiepiscopo erat proposita, eiusdem  
5 fuimus se[nte]ntie.

Veniet itaque domino et deo protegente Constantinopolim viis, que tibi sibi que videbuntur cum tutiores tum etiam commodiores, in patriam accessurus.

[Q]uare licet sciamus tuam celsitudinem optime intelligere magnam esse ipsius viri virtutem non dubitemusque te illum ex corde diligere, tamen, cum nos etiam eum [a]me-  
10 mus, quem novimus et in obtinenda unione multum fideliter et diligentissime laborasse, et speramus plurimum in ea conservanda profuturum, non potuimus [ab]stinere, quin has ad te daremus, predictum archiepiscopum singulari quodam modo comendantes. Nihil enim hoc tempore nobis acceptius facere poteris quam si pr[edictu]m archiepiscopum in hac sua profectione necessariis favoribus prosequeris.

15 Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo [tricesi]mo nono, quarto kalendas decembris, pontificatus nostri anno nono.

[N. de Carbonibus].

#### 234.

*Eugenius IV Balduino archiepiscopo Bremensi facultatem concedit, ut pecunias pro unione Graecorum in provincia Bremensi collectas recipiat easque ad cameram apostolicam transmittat.*

*1439 dec. 15 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 344<sup>r</sup>-344<sup>v</sup>.*

*Ed. ex parte in libro Reichstagsakten 14, 408.*

*Commemoratur brevi regesto apud IORGA II, 367.*

*Baldwinus (Baldewinus) de Wenden fuit archiepiscopus Bremensis inter annos 1434 et 1441.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI BALDOINO ARCHIEPISCOPO BREMENSIS, SALUTEM ETC.

Exigit tue devotionis integritas, qua nos et Romanam ecclesiam ac sanctam sedem  
20 apostolicam revereris, et virtus tua nobis multipliciter commendata promeretur, ut illa tibi confidenter committamus, per que cum nostris et dicte ecclesie commodis serviatur, tum etiam honori tuo plurimum consulatur.

Sane, cum olim pro Grecis ad unionem querendam perducendis certe emanaverint indulgentie, quarum vigore nonnullas pecuniarum summas in provincia et diocesi Bre-  
25 mensi collectas fuisse intelleximus, nosque postquam ipsorum Grecorum in Italiam perducendorum curam et expensas assumpsimus, dictas pecunias omnes ubicunque essent collecte per alias certi tenoris litteras arrestari mandaverimus, prout omnes in dicta Bre-

24 pecuniarum Ms. || provintia Ms. 26 expensam Ms. || pecunias Ms.



mensi provincia collectas nunc esse arrestatas audivimus, et pro dictis Grecis in Italiam, ut profertur, perducendis ac postea usque ad gloriosissime unionis Orientalis cum ecclesia Occidentali nuper apud nos facte conclusionem alendis postmodumque ad partes remittendis multas et maximas fecerimus expensas, prout similes ac forte maiores eadem ratione imposterum facturi sumus;

idcirco fraternitati tue, quam nobis et Romane ecclesie ac sancte sedi apostolice devotam ac fidelem honorare et in partem tam gloriosi laboris vocare intendimus, omnes et singulas pecuniarum summas apud quoscumque in Bremensi provincia et diocesi dictarum indulgentiarum occasione collectas nostro et Romane ecclesie nomine recipiendi, colligendi et recuperandi ab omnibus et singulis tam ecclesiasticis et regularibus quam secularibus personis etiam sub censurarum ecclesiasticarum et aliarum spiritualium penarum appositione potestatem auctoritate apostolica et plenariam tenore presentium concedimus facultatem. Volumus autem, ut quamprimum ipsas pecunias aut earum partem perceperis, eas nobis per fidos nuntios aut alios tutos modos transmittere cures.

Datum Florentie, idibus octobris anno VIII.

### 235.

*Eugenius IV episcopo armeno Caffensi eadem iura concedit ac ea, quae episcopus Caffensis ritus latini in suos habet.*

*1439 dec. 15 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 366, 375<sup>r</sup>-376<sup>r</sup>.*

*Ed. Alexander BALGY, Historia doctrinae catholicae inter Armenos unionisque eorum cum ecclesia Romana in concilio Florentino (Wien 1878) 156-158; HOFMANN III, 47-49.*

#### EUGENIUS ETC. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Ad apostolice dignitatis apicem divina dispositione vocati ex incumbente nobis sollicitudinis officio ecclesiarum omnium discutere condiciones habemus, ut debite omnia propicientes sic circa illarum et subiectorum eis populorum salubrem statum vigilantia cura vacemus, quod superni favoris affluente presidio amotis omnibus, que disturbia, errores et scandala afferebant, optata suscipiant incrementa.

Sane post conclusam et solemniter in sessione publica promulgatam proximis diebus gloriosissimam populo christiano, Armenorum cum Romana ecclesia unionem, cum dilectos filios ipsorum Armenorum oratores, qui ea de causa apud nos erant, diligenter interrogaremus de modis, qui hactenus apud eos et presertim in civitate Caphensi, in qua ipsorum magna multitudo convenit, observati fuerunt, aliqua ipsorum relatione intelleximus, circa que presentium tenore debitum et conveniens remedium decrevimus adhibere.

1 provintia *Ms.*    8 peccuniarum *Ms.* || provintia *Ms.*    13 peccunias *Ms.*    18 offitio *Ms.*

22 sessio concilii Florentini, 22 nov. 1439.

In primis namque, cum venerabiles fratres episcopi Caphenses, qui hactenus pro tempore fuerunt, episcopos Armenorum tamquam scismaticos et hereticos prohibuisse dicantur deferre mitram in processionibus generalibus, que in ipsa civitate fiebant, etiam nullo in loco nulloque tempore benedictionem cum signo crucis etiam ritus sui populo dare permiserint, nos attendentes, quod licet civitas illa unicam sicut cetera habeat diocesim, tamen ipsa Armenorum gens sedibus propriis pulsa ibidem in maximo habitat numero, volumus et presentium tenore auctoritate apostolica mandamus, quod episcopi Armenorum, qui in futurum pro tempore erunt, in processionibus et aliis quibuscunque actibus publicis mitram sicut et Caphensis episcopus per dictam civitatem et diocesim deferre possint et valeant.

10 Circa benedictionem vero et signaculum crucis eam adhiberi modestiam volumus, ut Armenorum episcopi suis tantummodo populis, quando eos privatim salutatum ibunt, aut quando obviantes manum osculabuntur, dextera leviter elevata cum signo crucis benedictionem annuntient.

Preterea, cum ad nostram pervenerit noticiam quosdam et in predicta civitate Caphensi et alibi in partibus circumstantibus tantam habere sacrarum institutionum ignorantem, ut multos, qui post susceptum baptismum ab rectis catholice fidei viis devierint et postmodum resipiscere velint, iterum baptizent,

attendentes a iure et sacris canonibus omnino prohibitum esse baptismum reiterari, volumus et auctoritate ac tenore similibus mandamus, ut nullus sacerdos de cetero sub excommunicationis quas (!) ipso facto incurrat et aliarum ecclesie censurarum penis audeat vel presumat aliquem cuiuscunque nationis et ritus sit sive Grecum sive Sclavum aut Armenum aut alium quemcumque, qui semel rite fuerit baptizatus, aliqua ratione vel causa iterum baptizare.

Cupientes etiam, quod dictorum Armenorum episcopus debitis in predicta civitate fungatur honoribus et subiectum sibi populum valeat debita cum iusticia gubernare, eundem similibus auctoritate et tenore volumus et mandamus nullo modo in iudiciis et ceteris ad ecclesiasticam iurisdictionem pertinentibus, quantum ad ea, que sunt de foro episcoporum, a quoquam sive episcopo Caphensi sive alia ecclesiastica vel seculari persona quomodolibet impediri, sed posse in omnibus et per omnia eam iurisdictionem in suos Armenos in civitate et diocesi Caphensi habitantes exercere, quam alii episcopi in suis diocesibus exercent de consuetudine vel de iure. Nulli ergo etc.

Datum Florentie, anno domini etc. MCCCXXXVIII, die XV decembris, anno nono.

### 236.

*Eugenius IV Gregorium archiepiscopum armenum Leopoliensem de tractatis cum huius legati de unione certiore facit eamque hortatur, ut in archidioecesi sua pro decreto unionis Armenorum acceptando agat.*

*1439 dec. 15 Florentiae.*

*Diploma orig.: Lwów, Archivum dioecesanum armenum.*

*Bulla plumbea adhuc anno 1842 conservata erat.*

17 rescipiscere *Ms.*    26 iuditiis *Ms.*

1 de episcopis latinis Caffensibus saec. XIV et XV cf. EUBEL I, 154-155; II, 117.

*Ed. Sdislaus OBERTYŃSKI, Die Florentiner Union der polnischen Armenier und ihr Bischofskatalog, in periodico Orientalia Christiana 36 (1934) 44-46; HOFMANN II, 49-52, iuxta OBERTYŃSKI.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI GREGORIO ARCHIEPISCOPO ILLUVE, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Pium tue fraternitatis ardorem in procuranda Armenorum populorum unione cum Romana ecclesia commendamus plurimum in domino et veris laudibus extollimus.

Nam, quemadmodum res ipsa tam salutaris et communis christianorum populorum 5 salus postulabat, subito ad nos [et] hanc sanctam universalem synodum oratores graves et egregios viros destinari procurasti, deferentes plenum mandatum, ne sine ulla recusatione susciperent, quicquid huiusmodi sancta synodus lumine spiritus sancti illustrata, decerneret atque declararet.

Hec siquidem tue fraternitatis opera deo grata valde et nobis plurimum accepta proficisci non possunt nisi ab animo, qui dei honorem et fidei catholice incrementum fervore devotionis desiderat. 10

Hanc etiam tam sinceram animi vestri dispositionem dicti oratores ostenderunt, qui fidei zelo inflammati, precipua prudentia ac singulari studio huius sancte unionis causam prosecuti sunt et pro declaranda veritate catholice fidei in ip[s]is disputationibus omnia 15 discutere voluerunt acutis argumentationibus et responsionibus ac replicationibus gravibus, in quibus non parum temporis contritum et consummatum extitit, cum ex utraque parte consideraretur, quod hec disceptatio non versabatur super parva re, sed maxima, que hominum salutem et communem fidei utilitatem contineret.

In hac itaque divine veritatis discussione et pio certamine adducte fuerunt et in medium posite a vestris deputatis sanctorum patrum canones et doctorum ecclesie auctoritates, que pene innumerabiles fuerunt. Quibus explicatis dicti oratores tue fraternitatis et Armenorum populorum nomine conati sunt, rationibus defendere ac tueri eas opiniones, 20 quas tenebant.

Tandem, cum pro parte nostra et Romane ecclesie sanctorum patrum rationes ostense fuerunt luce clariores, quibus nullo modo refragari poterant, qui patres magne doctrine lumine et frequentibus miraculis etiam ante tertiam synodum in dei ecclesia claruerunt, quorum testimoniis maximam vim et auctoritatem habentibus tam ipsa tertia synodus quam alie universales synodi in definiendis hiis, que ad catholicam fidem pertinent, use profecto sunt et hiis ipsis testimoniis innixe. 30

Unde iidem oratores tamquam viri sapientes, [co]gnoscentes Romane ecclesie veritatem ita ostensam et declaratam fuisse, ut nulla contradictio fieri posset, ac huiusmodi cognite veritati et ipsi spiritui sancto, per quem Christus salvator noster, qui eterna veritas est, ecclesiam sponsam suam, omnem veritatem docturum esse predixit, obsistere non valentes; considerantes insuper, hanc sanctam synodum eodem spiritu sancto innixam 35 diffiniri velle, prout diffinitum est, edocti spiritu sancti acquieverunt puris animis et as-

1 Illuve = Lwów (Polonia). 33-34 cf. Ioh. 16, 13.

sensum sponte prestiterunt decreto, quod presidentibus nobis per dictam synodum vicissimo secundo mensis novembris proxime preteriti promulgatum extitit.

Que omnia tante discussionis et deliberationis pondere edita, quamvis dubitandum non sit, vos debita cum reverentia suscepturos esse, tamen per misericordiam Iesu Christi, cuius causa agitur, fraternitatem tuam requirimus et hortamur in domino, ut decretum huiusmodi, ab hac sancta synodo et sede apostolica divinitus diffinitum, tanta [cum] sinceritate suscipere velis, ut exemplo fraternitatis tue ad huiusmodi sanctum et catholicum decretum suscipiendum ceteri alii vehementius incitentur.

Et insuper hortamur ex corde et requirimus fraternitatem tuam, ut omnibus et singulis ecclesiasticis et secularibus, qui sub tua iurisdictione existunt, per tuas efficaces litteras scribere et tuis suasionibus inducere velis, ut hoc sanctum decretum et huiusmodi salutarem unionem devotis et letis animis suscipiant atque observent, necnon immensas gratias [re]ferant omnipotenti deo, qui salutare divine veritatis beneficium christianis hominibus elargitus est.

Quod superest, fraternitas tua sibi ipsi persuadeat ac firmiter credat, quod tibi ac Armenorum populis hanc sanctam unionem pure et devote suscipientibus et observantibus, multa spiritualia et temporalia bona dei benignitate provenient.

Nos vero ac Romana ecclesia et sedes apostolica personam tuam fide et devotione comprobata in visceribus caritatis nostre suscipimus ac tamquam verum et obedientem nostre ecclesie filium in omnibus tuis necessitatibus sincera voluntate et ipsis effectibus recommissum habebimus dictosque oratores, viros graves et bene meritos, fraternitati tue caros, nostra contemplatione et suis claris meritis clariores habere velis.

Super quibus gratum per tuas litteras expectamus responsum; quas per dilectum filium Narsem monachum Caphensem et de his negotiis bene informatum nobis destinare velis.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, decimo octavo kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno nono.

I[oannes] de Came[ron].

*A tergo:*

Venerabili fratri Gregorio archiepiscopo Illove.

30

Cincius.

13 [re]ferant] editor habet [de]ferant. 28 apud editorem Ia. de Came; lectio a me proposita videtur esse acceptanda, cum nomen Iohannis Cameron referendarii sub Eugenio IV stabilitum sit; cf. Bruno KAT-TERBACH, *Referendarii utriusque signaturae a Martino V ad Clementem IX et praelati signaturae supplicationum a Martino V ad Leonem XIII (Studi e testi, 55, Roma 1931) 17.*

1 decretum unionis Armenorum, cf. supra, pag. 124-128.

CONCILIUM FLORENTINUM  
DOCUMENTA ET SCRIPTORES  
EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS PONTIFICII INSTITUTI ORIENTALIUM STUDIORUM  
SERIES A

EPISTOLAE PONTIFICIAE  
AD CONCILIUM FLORENTINUM  
SPECTANTES

EDIDIT  
GEORGIUS HOFMANN S. I.  
VOLUMEN I  
PARS III  
CUM INDICIBUS AD PARTES I-III



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM  
PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE 7  
ROMA

1946

# CONCILIUM FLORENTINUM

## DOCUMENTA ET SCRIPTORES



### Prodierunt:

- Vol. I (Series A) - **Epistolae pontificiae ad Concilium Florentinum spectantes.**  
- Pars I. *Epistolae pontificiae de rebus ante Concilium Florentinum gestis (1418-1438)*. Pag. xviii, 118.  
Pars II. *Epistolae pontificiae de rebus in Concilio Florentino annis 1438-1439 gestis*. Pag. xx, 148.  
Pars III. *Epistolae pontificiae de ultimis actis Concilii Florentini annis 1440-1445 et de rebus post Concilium gestis annis 1446-1453*. Pag. xvi, 180. Ed. GEORGIUS HOFMANN S. I.
- Vol. II, fasc. I (Series B) - IOANNES DE TORQUEMADA O. P., **Apparatus super decretum Florentinum Unionis Graecorum**. Ed. EMMANUEL CANDAL S. I. Pag. lxii, 147.
- Vol. II, fasc. II (Series B) - FANTINUS VALLARESSO, archiepiscopus Cretensis, **Libellus de ordine generalium conciliorum et unione Florentina**. Ed. BERNARDUS SCHULTZE S. I. Pag. lxiv, 121.

### Iam praeparata:

- Vol. I (Series A) - Appendix: 1. *Textus armenus bullae unionis Armenorum*. Ed. P. HEMAIAGH GHEDIGHIAN C. Mech.  
2. *Textus arabicus bullae unionis Coptorum*. Ed. STEPHANUS LATOR S. I.
- Vol. III, fasc. I (Series A) - **Acta Camerae Apostolicae et civitatum Venetiarum, Ferrariae, Florentiae, Ianuae, de Concilio Florentino**. Ed. GEORGIUS HOFMANN S. I.
- Vol. III, fasc. II (Series A) - **Fragmenta protocolli, diaria privata, sermones**. Ed. GEORGIUS HOFMANN S. I.

### Parantur:

- Vol. IV, fasc. I (Series B) - ANDREAS DE ESCOBAR O. S. B., ep. Megarensis, **Tractatus de Graecis errantibus**. Ed. EMMANUEL CANDAL S. I.
- Vol. IV, fasc. II (Series B) - IOANNES LEO O. P., ep. Larinensis, **De visione beata**. Ed. EMMANUEL CANDAL S. I.
- Vol. IV, fasc. III (Series B) - IOANNES DE TORQUEMADA O. P., **Synodalis oratio de Primatu** (sept./oct. 1439). Ed. EMMANUEL CANDAL S. I.
- Vol. V, fasc. I (Series A) - **Epistolae, sermones, aliaque acta orientalia**. Edd. STEPHANUS LATOR S. I., IOANNES SIMON S. I., GEORGIUS HOFMANN S. I.
- Vol. V, fasc. II (Series A) - **Sermones Isidori Kioviensis**. Ed. FRIDERICUS TAILLIEZ S. I.
- Vol. V, fasc. III (Series A) - **Documenta slavica**. Ed. IOSEPH OLŠR S. I.
- Vol. VI, (Series B) - ANDREAS DE SANTACRUCE, **Historia latina Concilii Florentini**. Ed. GEORGIUS HOFMANN S. I.
- Vol. VII (Series B) - SILVESTER SYROPULOS, **Historia graeca Concilii Florentini**. Ed. VITALIANUS LAURENT A. A.

---

NB. - Tota collectio circa decem volumina continebit. Numerus singulis voluminibus nondum typis impressis appositus non est definitivus.



CONCILIUM FLORENTINUM  
DOCUMENTA ET SCRIPTORES  
EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS PONTIFICII INSTITUTI ORIENTALIUM STUDIORUM  
SERIES A

EPISTOLAE PONTIFICIAE  
AD CONCILIUM FLORENTINUM  
SPECTANTES

EDIDIT  
GEORGIUS HOFMANN S. I.

PARS III  
CUM INDICIBUS AD PARTES I-III



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM  
PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE 7  
ROMA

1946



EPISTOLAE PONTIFICIAE  
AD CONCILIUM FLORENTINUM  
SPECTANTES

EDIDIT

GEORGIUS HOFMANN S. I.

PARS III.

EPISTOLAE PONTIFICIAE  
DE ULTIMIS ACTIS CONCILII FLORENTINI ANNIS 1440-1445  
ET DE REBUS POST CONCILIUM GESTIS ANNIS 1446-1453



PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALIUM STUDIORUM  
PIAZZA SANTA MARIA MAGGIORE 7

ROMA

—  
1946

---

OMNIA IURA RESERVANTUR

*Copyright by* Pont. Inst. Orient. Romae

---

---

Imprimatur: *Ex Vic. Urbis* - 31 Maii 1946 - † ALOYSIUS TRAGLIA, Arch. Caes. in Palaestina, *Vicesger.*

---

ROMA - TIPOGRAFIA PIO X - VIA DEGLI ETRUSCHI, 7-9

## INTRODUCTIO

In concilio Tridentino ab aliquibus episcopis est dubitatum, an in concilio Florentino de canone S. Scripturae fuerit tractatum (CONCILIIUM TRIDENTINUM, I, Freiburg i. Br. 1901, 480); immo ab uno est dictum concilium Florentinum post discessum Graecorum fuisse finitum (CONCILIIUM TRIDENTINUM, V, 2, Freiburg i. Br. 1911, 18-19). Sed cardinalis praesidens Del Monte (papa futurus Iulius III) die 26 februarii 1546 affirmare potuit se documentum originale bullae *Cantate Domino* (unionis Coptorum Aethiopumque 4 febr. 1442) vidisse et concilium Florentinum priusquam Romam transferretur, adhuc conclusisse unionem Armenorum et Iacobitarum (= Coptorum); cf. CONCILIIUM TRIDENTINUM, V, 2. pag. 19-20. Nihilominus non solum haec declaratio cardinalis praesidentis concilii Tridentini fuit postea oblivione obruta, sed, sicut ex historia ecclesiastica Gallicanismi et concilii Vaticani apparet, totum concilium Florentinum est ab aliquibus auctoribus tamquam synodus illegitima considerata, cui nullo modo titulus concilii oecumenici conveniret. Certe si iam illis temporibus documenta principalia pontificia de Concilio Florentino praeparando, celebrando et exsequendo fuissent critice edita, saltem inter doctos viros inquisitiones historicae fuissent factae cum mente magis serena et studiosa veritatis. Ideo Providentiae divinae gratias agimus, quod nobis non obstante durissimo bello licuit, hoc fasciculo totam collectionem epistolarum pontificiarum de Concilio Florentino ad felicem finem perducere.

Documenta, quae hic in lucem edentur, spectant ad tempora ultimae partis sessionum adhuc in urbe Florentiae celebratarum (1440 usque ad diem 26 aprilis 1443), ad intervallum commorationis curiae Romanae Senis (a die 10 martii 1443 usque ad diem 14 septembris), ad tempora sessionum Romanarum (a 14 octobri 1443 usque circiter ad diem 7 augusti 1445), ultimo ad duos postremos annos pontificatus Eugenii IV († 23 febr. 1447) et ad sex primos annos pontificatus Nicolai V (1447-1453, † 25 mart. 1455); his octo annis post concilium Florentinum complura a S. Sede Romana fuisse peracta constat, quae ad unionem ecclesiarum Orientalium, ad bellum sacrum contra infideles praeparandum, ad victoriam de theoria damnosa conciliarismi reportandam et ad pacem internam ecclesiae in Occidente procurandam pertinent.

Non est nostrum, hic historiam ecclesiasticam annorum 1440-1453, de quibus documenta edemus, scribere. Solum aliqua attingemus, in quantum cum documentis huius fasciculi connexa sunt. Si consideramus tempus concilii Florentini ab initio anni 1440 usque ad diem 4 februarii 1442, quo unio Coptorum Aethiopumque feliciter promulgata est, in 22 documentis hic editis (n. 237-258) elucet cura papae Eugenii IV et concilii in decreto unionis Graecorum in Oriente per legatos promulgando, in laudandis et honorandis hominibus, qui huic unioni operam impenderunt, in expensis solvendis, quae pro subventionem Graecorum durante itinere ad concilium, eorum commoratione in concilio et

reditu in patriam necessariae erant; sed etiam de decreto unionis Armenorum exsequendo in documentis pontificiis agitur, et de alliciendo alios Orientales, Coptos Aethiopesque caeterosque, ut exemplum Graecorum Armenorumque imitarentur, ita ut post bullas unionis Graecorum et Armenorum iam anno 1439 promulgatas nova bulla unionis, scilicet Coptorum Aethiopumque, die 4 februarii 1442 in ecclesia S. Maria Novella publice annuntiari (doc. n. 258) potuerit. Hoc factum est certe principale huius primi temporis, de quo nunc tractamus. Qui voluerit historiam huius eventus plenius cognoscere, poterit articulos auctoris consulere: *Kopten und Aethiopier auf dem Konzil von Florenz, Orientalia Christiana Periodica* 8 (1942) 5-39; *La « Chiesa » copta ed etiopica nel Concilio di Firenze, Civiltà Cattolica*, 93 (1942) II, 141-146, 228-233. Aeque modo principale factum huius primi temporis est cura assidua et valida papae Eugenii IV et concilii in reprimendis audacibus conatibus synodaliū Basiliensium et inprimis eorum capitum, scilicet antipapae Felicis V et Ludovici Aleman, et in laudandis vel hortandis universitatibus et viris, qui iura Sedis Romanae defendebant vel defendere debebant. De circumstantiis historicis et vicissitudinibus huius pugnae possunt consuli opera historica auctorum VON PASTOR, Noël VALOIS, KIRSCH-HOLLNSTEINER (*Kirchengeschichte* II, 2, Freiburg i. Br. 1940, 294-336).

Post unionem Coptorum Aethiopumque usque ad bullam translationis concilii Florentini Romam (4 febr. 1442-26 apr. 1443) perdurant Eugenius IV et concilium in actione contra synodales Basilienses et causa unionis Orientalium directe et indirecte promovenda (doc. n. 259-263). Pro liberatione Isidori Kioviensis, qui fuit insignis promotor unionis et ab 18 decembri 1439 cardinalis, sed a principe Russiae Basilio in carcerem detrusus erat, a S. Sede agitur, et Constantino Palaeologo principi et futuro imperatori causa unionis Graecorum enixe commendatur. De historia Isidori Kioviensis erit utile legere opera a me alibi (in documentis collectionis epistolarum pontificiarum edendis) notata auctorum Iohannis cardinalis MERCATI, PIERLING, ZIEGLER. De statu rerum byzantinarum sub imperatoribus duobus ultimis byzantinis Iohanne VIII et Constantino XI potest consuli Spiridon LAMPROS *Ἱστορία τῆς Ἑλλάδος*, VI, Athenis 1908; K. PAPANEGOPULOS, *Ἱστορία τοῦ ἑλληνικοῦ ἔθνους*, VI, Athenis 1932. De rebus post reditum Graecorum Constantinopolim pro causa unionis et contra causam unionis usque ad annum 1453 Constantinopoli gestis cf. L. MOHLER, *Kardinal Bessarion als Theologe, Humanist und Staatsmann*, I, Paderborn 1923, 179-204, 269-272; HEFELE-LECLERCQ, *Histoire des conciles*, VII, 2, Paris 1916, 1227-1239; PETIT-SIDERIDES-JUGIE, *Œuvres complètes de Georges Scholaris*, I, Paris 1928, pag. XI-XII; II, Paris 1929, pag. XVI; III, Paris 1930, pag. VII-XVI. Bulla translationis concilii Florentini Romam, sicut ex notis adhuc ineditis Andreae DE SANTACROCE scimus, iam die 11 decembris 1442 remote et a die 3 ianuarii usque ad 5 anni 1443 proxime praeparata est: « Undecima decembris omnibus minime sperantibus, quin ymmo, iam hyeme, saltem ad ver delatum esse recessum opinantibus, ponuntur cedulae recessus Romam, quibus papa intimat se infra XV dies post vicesimam recessurum Romamque curiam velle transferre, quam clausam suspensamque post vicesimam esse decrevit. Tertia ianuarii fit in palatio apostolico generalis congregatio trium statuum concilii, in qua propositum (!) est, si expediret concilium ex Florentia Lateranum transferre, omniumque ore conclusum extitit translationem fiendam, deputatique ex quolibet statu tres ad bullam translationis conficiendam; de quo confecta est bulla per deputatos, et V eiusdem, in generali congregatione Summo Pontifice presente lecta et tota synodo approbante con-

clusa ». Nihilominus reditus curiae papalis et translatio concilii ob varia obstacula adhuc per aliquod tempus differebantur. Solum « Martii 7 (1443) Eugenius IV recessit de Florentia, associatus a 15 cardinalibus, gressus suos dirigens versus Senas. Martii 10 praefatus dominus intravit civitatem Senarum una cum dictis cardinalibus, cum maxime honore deductus per dominium Senense ad palatium episcopale » (cf. EUBEL, *Hierarchia medii aevi*, II<sup>2</sup>, 27). Curia papalis remansit Senis usque ad diem 14 septembris 1443. Ex actis pontificiis in hac urbe iuvat hic referre dispositiones pro legationibus Francisci cardinalis Condulmer missi in Orientem pro cruciata (cf. doc. n. 264) et probabiliter Isidori Kioviensis cardinalis, qui « aug. 28... recessit de Senis, gressus suos dirigens versus partes Graeciae et Russiae » (cf. EUBEL, II<sup>2</sup>, 28). Praecise illis temporibus advenerat Senas nuntius Iohannis VIII imperatoris, cui papa duabus epistolis respondit (doc. n. 266, 267). Romam intravit papa die 19 septembris 1443 (EUBEL, II<sup>2</sup>, 28), iuxta diarium CAFFARI die 28 sept. et 29 (solemniter), 9 annis postquam ex hac urbe (die 4 iunii 1434) aufugere debuit.

Mox coepta est ultima pars concilii Florentini Romae annis 1443 (autumno) – 1445 (aestate) peracta. Prima sessio sollemnis die 14 octobris 1443 habita est: « in aula conciliari Lateranensis patriarchii » (doc. n. 270), quae in diario CAFFARI vocatur « aula imperatoris in Laterano ». Concilium Lateranense secundum tenorem bullae in hac prima sessione promulgatae est continuatio, resumptio, prosecutio concilii Florentini. Causa unionis Orientalium alacriter peracta est; nam pro unione Graecorum promovenda scriptae sunt epistolae pontificiae n. 273, 274, 275, 276, 277, 282; unio Armenorum memoratur (cf. doc. n. 272); sed id quod adhuc maioris momenti est, duae novae bullae unionis Orientalium promulgari possunt, scilicet unionis Syrorum Mesopotamiae die 30 septembris 1444 (cf. doc. n. 278) et Chaldaeorum Maronitarumque Cypri die 7 augusti 1445 (cf. doc. n. 283). Etiam pugna contra synodum Basiliensem continuata est (cf. doc. n. 271). De sessione publica conciliari Lateranensi die 10 ianuarii 1444 habita habemus testimonium pretiosum CAFFARI, quod transcribere erit utile (cf. *Archivio della Società Romana* 8 [1885] 568): « Die Veneris X dicti mensis ianuarii (1444). In publica sessione in Laterano, absente sanctitate domini nostri, A(ngelottus) cardinalis S. Marci pronuntpiavit (!) per literas R.mi patris domini S. Angeli, qualiter ipse dominus S. Angeli maximum conflictum dederat Turchis et multas provincias ad nostras fides (!) reduxit etc.; qua de re fuit decretum, quod die domenica proxime futura fieret processio generalis cum cardinalibus etc. in Laterano etc. ».

De processione generali in sessione generali concilii die 10 ianuarii 1444 decisa in gratiarum actionem pro victoria adiutorio legati apostolici Iuliani cardinalis Cesarini (de unione Orientalium in concilio Florentino optime meriti) de Turcis reportata ex eodem diario CAFFARI certiores fimus; fuit die 12 ianuarii 1444 post missam in Laterano ab episcopo Viterbiensi (Iohanne Cicchini) celebratam habita; processio ab aula concilii usque ad plateam et per plateam ad ecclesiam Lateranensem movebatur; in fine capita apostolorum (Petri et Pauli) ostensa sunt. « Die dominico XII ianuarii fuit in Laterano cum cardinalibus et alia curia Romana et clero Romano celebrata missa per R.dum p(atrem) episcopum Viterbiensem et processio sollemnis ab aula concilii usque ad plateam et per plateam et ecclesiam Lateranensem etc. ad laudem dei etc. et hostensa (!) gloriosa capita Apostolorum pro victoria predicta etc. » (cf. *Archivio della Società Romana* 8 [1885] 568).

Aliqua conversio Bosnae haeresi Patarenorum infectae iam in tempore concilii Florentini Romam translata ponenda est. Nam Benedictus Ovetarius secretarius cardinalis Bononiensis, et postea regis Cypri, cum Petro Donato die 1 oct. 1443 (annus 1442 in editione MARTÈNE indicatus est falsus, cum consistorium pontificium in illa epistola nominatum nondum anno 1442 Romae potuerit celebrari, curia pontificia autumnus anni sequentis Romam redeunte) ex urbe Romae communicavit: « His diebus venit ad sedem apostolicam dominus episcopus Ferrariensis (probabiliter legi debet *Pharensis*, cum Thomas episcopus Pharensis — Hvar, Lesina in Dalmatia, — iam ab anno 1439 officio legati apostolici pro Bosna fungeretur, et etiam sub successore Eugenii IV, Nicolao V, iterum legatus apostolicus Bosnae confirmaretur) cum quodam legato Bosniae, et in publico consistorio regis nomine et totius regni dogma Manichaeorum ipse legatus abiuravit, Romanamque fidem et traditiones nostras meliores esse confessus est » (cf. MARTÈNE, *Veterum scriptorum et monumentorum... collectio*, I, Paris 1724, 1591). Insuper Eugenius IV in epistola die 17 apr. 1444 scripsit (cf. RAYNALDUS, *ad annum 1444*, n. 2): « universo orbi notorium est nos post sacratissimam unionem Graecorum cum ecclesia Occidentali magnis laboribus et expensis per nos factam, Armenios etiam in ovile dominicum et Iacobitas Nestorianosque ac regem Bosnae ad bonam frugem christianae fidei reduxisse ». De regibus Bosnae Stephano Tvrtko II Tvrtković (1421-1443) et Stephano Thoma Ostojić (1443 vel 1444-1461) cf. Vjekoslav KLAJČ-Ivan von BOJNIČIĆ, *Geschichte Bosniens*, Leipzig 1885, 337-413. De secta Patarenorum cf. Ciro TRUHELKA, *Bosanska narodna (patarenska) crkva* in libro complurium auctorum *Poviest Hrvatskih Zemalja Bosne i Hercegovine*, I, Serajevo 1942, 767-793. His praemissis documenta huius fasciculi de Bosna, n. 280, 281, 289, 290 melius intelliguntur.

Haec duo ultima documenta iam ad tempora post concilium Florentinum transacta pertinent, sed sicut alia a me edita, n. 284-307, cum concilio Florentino sunt intime connexa suntque quasi consecraria eiusdem synodi et certe doctis viris historicis et theologis placebunt eodem modo, quo documenta edita in primo fasciculo, quamquam solum ad praeparationem remotam et proximam concilii Florentini pertinent, a doctis viris salutata sunt.

Ex indicibus, imprimis ex indice rerum et personarum documentorum trium fasciculorum de concilio Florentino, legentibus facile patebit, quomodo Pontifices Romani Martinus V, Eugenius IV, Nicolaus V cum magno studio et cum magno amore, sed etiam sub multis difficultatibus, causam unionis Orientalium sustinuerint, strenue primatum Sedis Apostolicae et Pontificis Romani defenderint, bellum sacrum contra infideles praeparandum promoverint; apparebit etiam, quomodo S. Sedes semper habuerit non solum adversarios, sed etiam amicos et defensores etiam inter eos, qui non fuerunt membra ecclesiae catholicae.

Restat, quod praefectis bibliothecarum et archivorum, quorum documenta consului, gratias agam easdem extendam ad meos Superiores et Socios Fratres imprimis in hoc Pontificio Instituto Orientalium Studiorum; nominare volo ex his Rev. P. Stephanum LATOR, qui textum arabicum bullae unionis Coptorum peramanter et erudite edendum praeparavit et in appendice vol. I huius collectionis publicabit.

## FONTES

*Diplomata originalia.*

## I — Pro unione Graecorum.

1. Diploma pro Christophoro Garatoni episcopo Coronensi eoque nuntio pontificio, 25 aug. 1440: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Maria Novella. Cum nota: P. de Vivianis.

2. Diploma pro Isidoro cardinali, 11 iun. 1445: Biblioteca Vaticana, Vat. Gr. 133. Cum nota: B. de Urbino.

3. Diploma pro Bartholomeo Lapacci O. P. episcopo Coronensi eoque legato apostolico, 12 apr. 1450: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Maria Novella. Cum nota: I. de Corneto.

## II. — Pro unione Coptorum.

1. Bulla unionis Coptorum, 4 febr. 1442: Firenze, Biblioteca Laurenziana, Cassetta Cesarini. Haec est in forma libri exarata; textus latinus a papa Eugenio IV, 12 cardinalibus, 52 episcopis, 11 abbatibus subscriptus est, versio arabica ab Andrea abbate legato Iohannis XI patriarchae Coptorum. Cum notis: Blondus. Io(hannes) de Steccatis. Inscriptio externa libri est haec: YHS XRS (= Iesus Christus). DECRETUM UNIONIS IACOBINORUM CUM SANCTA ROMANA ECCLESIA, IN QUO INSERTA SUNT DECRETA UNIONIS GRECORUM ET ARMENORUM. PRIMO LATINE, DEINDE ARABICE.

2. Bulla unionis Coptorum, 4 febr. 1442: Fiesole, San Francesco. Haec tantum in textu latino redacta et a papa Eugenio IV et 12 cardinalibus subscripta est. Cum nota: N. de Carbonibus. Cum bulla plumbea papae.

De hoc exemplari cf. Benev. BUGHETTI O. F. M., *I Francescani al Concilio di Firenze* (Firenze 1938) 19.

## III. — De aliis rebus Orientalibus.

1. Diploma pro Iohanne patriarcha Maronitarum, 16 dec. 1441: Roma, Archivio della Compagnia di Gesù, Gallia 95, 6<sup>r</sup>.

2. Diploma pro Doldio barone Casimiri magni ducis Lituaniae, 1442, in favorem Isidori metropolitae Kioviensis et cardinalis: Biblioteca Vaticana, Vat. Gr. 1018. Haec bulla tantum ex parte conservata est. Cum nota: Cincius.

De hoc documento tractavit G. MERCATI in libro *Scritti d'Isidoro il cardinale ruteno* = *Studi e testi* 46 (1926) 156-158.

3. Diploma pro Alberto de Sarteano et Iacobo de Montebrondono O. F. M., 26 maii 1443; pro cruciata praedicanda: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico. San Francesco di Fiesole. Cum notis: Cincius. De curia. A. de Spoleto. Registrata in camera apostolica 1443; cf. BUGHETTI 30.

4. Diploma pro Iacobo de Primaditiis O. F. M., 30 nov. 1445: Milano, R. Archivio di Stato, Bolle e Brevi papali. Cum nota: Blondus.

IV. — Pro auctoritate Romani Pontificis contra synodum Basiliensem defendenda.

Diploma pro Ottone I duce Bavariae, 30 mart. 1440: München, Geh. Hausarchiv, K. 39 L. 2, Nr. 156.

V. — De quaestione novi concilii oecumenici.

Diploma pro Friderico rege Romanorum et electoribus imperii, 5 feb. 1447: München, Geh. Staatsarchiv, XI E 2 (III B, 1. Abt.).

De aliis diplomatibus originalibus hodie deperditis cf. ea, quae in singulis documentis edendis afferam.

*Copiae coeuvae.*

I. Documenta registri pontificii Eugenii IV et Nicolai V: Roma, Archivio Vaticano, Reg. Vat. 359, 360, 361, 365, 367, 375, 376, 377, 380, 382, 383, 406, 408, 411, 412, 425, 427, 432; Reg. Later. 400, 442, 469.

II. Collectio epistolarum pontificiarum, saec. XV in bibliotheca Vaticana: Chigi, D VII 101.

III. Epistolae aliquae pontificiae in his codicibus saec. XV: Paris, Bibliothèque Nationale 15 627; München, Staatsbibliothek, cod. Lat. 85; Wien, Nationalbibliothek, cod. Lat. 4954, 5089; Basel, Universitätsbibliothek, E I 20<sup>b</sup>; Roma, Biblioteca Vaticana, Ottob. Lat. 2516.

*Copiae posteriores.*

Archivio Vaticano, AA Arm. I-XVIII, 1799, 2047; Arm. 39, 7 A: Biblioteca Vaticana, Vat. Lat. 3878, Barber. Lat. 878 (collectio Leonis Allatii).

EDITIONES

GIUSTINIANI = HORATIUS IUSTINIANUS, *Acta sacri oecumenici concilii Florentini*. Romae 1638. Haec editio repetita est apud HARDOUIN 9. vol., 671 sqq. et MANSI 31 B, 1355 sqq.

MARTÈNE = EDM. MARTÈNE O. S. B. — URS. DURAND O. S. B., *Veterum scriptorum et monumentorum hist., dogm., mor. amplissima collectio*. 8. vol. Parisiis 1733.

RAYNALDUS (Rainaldi) = ODORICUS RAYNALDUS—DOMINICUS MANSI, *Annales ecclesiastici*. 9. vol. Lucae 1752.

THEINER = AUG. THEINER, *Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia*. I. Romae-Zagabriae 1863.

MON. CONC. 3 = *Monumenta conciliorum generalium saeculi XV. Concilium Basiliense: Scriptores* 3. vol. Vindobonae 1886. Appendix et indices in 4. vol. (Basileae 1935).

FERMENDŽIN = EUS. FERMEŃŽIN O. F. M., *Acta Bosnae = Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium*. 23. vol. Zagabriae 1892.

IORGA II = NIC. IORGA, *Notes et extraits pour servir à l'histoire des croisades au XV<sup>e</sup> siècle*. Seconde série. Paris 1899.

ALBANÈS = ALBANÈS—CHEVALIER, *Gallia christiana novissima*. Arles. Valence 1900.



HÜNTEMANN = ULR. HÜNTEMANN O. F. M., *Bullarium Franciscanum*. Nova series. I (1431-1447). Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1929.

WADDING = LUC. WADDING O. F. M., *Annales Minorum*<sup>3</sup>. 11 vol. (1437-1447). 11-12 vol. (1448-1456). Ad Claras Aquas 1932.

REICHSTAGSAKTEN 16 = Deutsche Reichstagsakten. XVI herausgegeben von HERM. HERRE-LUDW. QUIDDE (Stuttgart - Gotha 1928).

NB. Alii libri ad regesta documentorum et in notis documentorum indicabuntur.

## ARGUMENTUM DOCUMENTORUM

### *De unione Graecorum.*

I. Multae epistolae EUGENII IV et NICOLAI V de unione Graecorum directe vel saltem indirecte tractant. Huc spectant epistolae familiae imperiali Palaeologorum destinatae: documenta EUGENII IV ad Iohannem VIII imperatorem directa, n. 266, 267; EUGENII IV et NICOLAI V epistolae scriptae: fratri Iohannis VIII, Constantino principi et ab anno 1448 imperatori, n. 249, 304; epistola NICOLAI V fratri Iohannis VIII et Constantini XI, Theodoro II principi, n. 293. His documentis adiungi potest epistola EUGENII IV ad Constantinum Cantacuzenum Palaeologum, n. 285.

II. Declarationes decreti unionis Graecorum sunt documenta n. 275, 297, 298; primum EUGENII IV, duo alia NICOLAI V.

III. De munere legatorum pontificiorum, inquisitorum, de causa unionis Graecorum et de cruciata praeparanda ad Graecos adiuvandos non pauca documenta EUGENII IV et NICOLAI V habentur. Inter haec poni possunt epistolae EUGENII IV ad Fantinum Valaresso archiepiscopum Cretensem, n. 237, ad Christophorum Garatoni episcopum Coronensem, n. 243, 247, ad Andream Chrysobergem O. P. archiepiscopum Rhodiensem, n. 254, 273, ad Isidorum Kioviensem cardinalem, n. 282, ad Franciscum cardinalem Condulmer, n. 264, ad Iulianum cardinalem Cesarini, n. 274, ad Antonium de Troia O. F. M. n. 255, ad Albertum de Sarteano et Iacobum de Montebrondono (de Marca) O. F. M., n. 265; NICOLAI V epistolae ad Andream Chrysobergem O. P. archiepiscopum Nicosiensem (quondam Rhodiensem, cf. n. 254, 273), n. 291, 292, ad inquisitorem O. P. in Graecia, n. 297, ad Bartholomaeum Lapacci O. P. episcopum Coronensem, n. 298 (cf. iam supra sub II), ad Iacobum archiepiscopum Ragusinum, n. 306.

IV. Laicis de unione Graecorum bene meritis epistolae destinantur, quibus laudantur, titulis honorificis ornantur vel alio modo commendantur, EUGENII IV, n. 251, 268, 272, 285 (cf. iam supra sub I). Presbyteris monachis et saecularibus graecis scriptae sunt epistolae NICOLAI V, n. 269, 288, 295, 296, quibus eis favores spirituales vel facultates conceduntur; laico graeco Cypri NICOLAI V dispensatio in quaestione ritus, n. 303. Etiam epistola EUGENII IV, n. 273, de titulo honorifico alicui laico Rhodi concedendo agit.

V. De monasteriis catholicis Orientis promovendis epistolae EUGENII IV, n. 262, 284 tractant, et epistola NICOLAI V, n. 294.

VI. De auxiliis pecuniariis pro expensis concilii in causa unionis Graecorum, pro cruciata, pro expeditione legatorum pontificiorum praeter documenta iam sub II indicata habentur epistolae EUGENII IV, n. 244, 246, 261, 276, 277.

*De unione aliorum Orientalium.*

I. Laicis de unione Armenorum bene meritis destinatae sunt epistolae EUGENII IV, n. 242, 272.

II. Ad unionem Coptorum Aethiopumque pertinent EUGENII IV epistola commendatitia pro eorum legatis, n. 252, salvusconductus, n. 253, bulla unionis, n. 258, NICOLAI V epistola ad Iohannem XI patriarcham Coptorum, n. 300.

III. De Orientalibus imprimis Mesopotamiae habetur bulla EUGENII IV, scilicet bulla unionis Syrorum, n. 278, et epistola exhortatoria ad Nestorianos, n. 257.

IV. Pro unione Chaldaeorum Maronitarumque Cypri sunt scriptae epistola EUGENII IV, scilicet bulla unionis, n. 283, ad Timotheum metropolitam chaldaeorum Cypri, n. 302, 305, ad chaldaeos catholicos Cypri, n. 301, et NICOLAI V ad Andream Chrysobergem O. P. archiepiscopum Nicosiensem, n. 299.

*De Maronitis catholicis.*

Patriarchae Maronitarum Iohanni epistola EUGENII IV, n. 256 destinata est, in qua ei legati pontificii etiam ad alios Orientales missi, scilicet Antonius Troianus (sive de Troia) et Petrus Ferrarius (sive de Ferrara) O. F. M. commendantur, et alia eidem missa, de decretis concilii Florentini, n. 279. Huic documento bene adnecti potest epistola EUGENII IV ad Antonium Troianum O. F. M., commissarium pontificium in Oriente, n. 255.

*De conversione Bosnae.*

De rege et incolis Bosnae sub Eugenio IV et Nicolao V convertendis ac quidem non sine nexu intimo cum concilio Florentino (cf. ea quae supra disserui) habentur non pauca documenta, inter quae edenda selegi epistolas EUGENII IV, n. 280, 281, et NICOLAI V, n. 289, 290.

*De Serbia.*

NICOLAUS V principem Georgium Branković commendat, n. 307.

*De Russia.*

Pro liberatione Isidori Kioviensis cardinalis cf. epistolam EUGENII IV, num. 259

*Contra synodum Basiliensem.*

I. Bullae EUGENII IV contra concilium Basiliense, n. 240.

II. Bullae EUGENII IV contra Felicem V antipapam, n. 238, contra Ludovicum Aleman, n. 241, 260, 271.

III. Epistolae EUGENII IV ad universitates, quibus auctoritas Romani Pontificis contra synodum Basiliensem defendenda inculcatur, n. 245, 248, 249.

His epistola EUGENII IV ad Ottonem I ducem Bavariae, qua laudatur pro devotione erga Sedem Romanam, adiungas, n. 240.

*De concilio oecumenico.*

EUGENII IV epistolae n. 263 et 270 de translatione concilii Florentini Romam et de indictione concilii Lateranensis tractant, documenta vero n. 286, 287 de quaestione novi concilii oecumenici ab ambasciatoribus Friderici III et electorum imperii sollicitate desiderati.

ARGUMENTUM SUPPLEMENTI

In supplemento ad partes I et II epistolarum pontificiarum, huic parti III adiuncto, tres textus ineditos studiosis praesentabo, scilicet epistolam Eugenii IV alicui principi destinata (doc. n. 91<sup>bis</sup>) de auctoritate ecclesiae et papae defendenda, alteram (doc. n. 104<sup>bis</sup>) Eugenii IV ad Iohannem Franciscum Capolista<sup>(1)</sup>, quondam professorem iuris in universitate Paduana, legatum venetum in concilio Basiliensi, promotorem pacis inter concilium Basiliense et papam, tertiam (doc. n. 142<sup>bis</sup>) universis christifidelibus missam de expensis solvendis pro causa unionis ex bonis incertis personis restituendis. Novam editionem criticam de epistola Eugenii IV Iuliano cardinali Cesarini missae (doc. n. 114<sup>bis</sup>), in qua ei iniungitur, ut mox ad concilium Ferrariense veniat. Duo regesta conficio duorum documentorum deperditorum, quorum idea centralis ex fontibus historicis erui potest: scilicet epistolam Martini V cardinali Petro de Fonseca missam, in qua hic constituitur legatus apostolicus in Oriente byzantino (doc. n. 8), et decretum Eugenii IV et concilii Florentini de unico patriarcha Constantinopolitano (doc. n. 176<sup>bis</sup>). Tertium regestum (doc. n. 97<sup>bis</sup>) respicit textum plenum epistolae Eugenii IV magistro generali militiae de Calatrava, iam aliunde notum, de invitatione ad concilium Ferrariense. Ad documenta n. 109 et 121 ex manuscriptis textum aliquorum locorum meliorem praebere possum; ad doc. n. 47 aliquid suppleo.

Hac occasione has notas apponam, quae aliquos errores typographicos et aliqua a me minus praecise dicta corrigunt. Ad doc. n. 11 (I, 10<sup>21</sup>) loco *Ay[mericus?]* est simpliciter dicendum *Aymo*; hic, sicut mihi constat ex registro pontificio et ex libro GIOV. MERCATI (*Studi e testi* 56 [193] 475, nota 1) est Aymo de Gervais, episcopus Maurianensis (Saint Jean de Maurienne) 1422-1433, registrator curiae pontificiae. Post regestum doc. n. 157 (II, 57) non est legendum 139<sup>r</sup>-139<sup>v</sup>, sed 129<sup>r</sup>-129<sup>v</sup>; item ad doc. n. 109 (I, 112) non est legendum 301<sup>r</sup>, sed 301<sup>v</sup>; in doc. n. 176 (II, 68) annus 1439 indicandus est, non 1429; ibidem saltem in aliquo exemplo libri impressi in voce Συναίνουτρος littera α excidit.

Ultimo refero in documentis partis III me daturum esse aliquando aliquas notas ampliores de aliquibus personis, quarum iam prius in documentis partium I et II mentio particularis a me facta est, et hac occasione etiam corrigo aliqua a me affirmata; item in indice (nominum et rerum) de personis et locis aliqua erunt magis exacta quam in notis documentorum, inprimis bullae unionis Graecorum (doc. n. 176) et Armenorum (doc. n. 224).

(1) Probabiliter ad Ioh. Franciscum de Fabriano.

## ORDO CHRONOLOGICUS DOCUMENTORUM

237. Eugenius IV Fantino Valaresso archiepiscopo Cretensi, 1440 mart. 8 Florentiae. Legatio pontificia.
238. Eugenius IV, bulla contra Felicem V antipapam, 1440 mart. 23 Florentiae. Monitorium.
- 239 (240). Eugenius IV Ottoni I duci Bavariae, 1440 mart. 30 Florentiae. Gratiarum actio.
- 240 (239). Eugenius IV, bulla contra synodales Basilienses, 1440 maii 27 Florentiae. Monitorium.
241. Eugenius IV, bulla contra Ludovicum Aleman, 1440 maii 28 Florentiae. Hic dignitatibus ecclesiasticis privatur.
242. Eugenius IV Paulo Imperiali civi Ianuensi, 1440 aug. 16 Florentiae. Hic scutifer pontificius et comes palatinus creatur.
243. Eugenius IV Christophoro Garatoni episcopo Coronensi, 1440 aug. 25 Florentiae. Normae de executione decreti unionis Graecorum.
244. Eugenius IV Michaeli Zeno civi Veneto, 1440 oct. 14 Florentiae. Obligatio camerae apostolicae.
245. Eugenius IV universitati Salmanticensi, [1441 febr. 8] Florentiae. Pro auctoritate Romani Pontificis defendenda.
246. Eugenius IV civitati Florentiae, 1441 febr. 24 Florentiae. Obligatio dandi terram Burgi Sancti Sepulchri (Borgo San Sepolcro) in pignus.
247. Eugenius IV Christophoro Garatoni episcopo Coronensi, 1441 apr. 13 Florentiae. Unio Graecorum.
248. Eugenius IV universitati Montispessulani, 144[1] apr. 21 Florentiae. Pro auctoritate Romani Pontificis defendenda.
249. Eugenius IV Constantino Palaeologo despoto, 1441 apr. 22 Florentiae. Unio Graecorum.
250. Eugenius IV universitati Parisiensi, 1441 maii 5 Florentiae. Pro auctoritate Romani Pontificis defendenda.
251. Eugenius IV Nicolao Sagundino, 1441 iul. 8 Florentiae. Salvusconductus.
252. Eugenius IV capitulo basilicae S. Petri Romae, 1441 oct. 4 Florentiae. Copti Aethiopesque commendantur.
253. Eugenius IV Angelo Mauroceno Chiensi gubernatori navium, 1441 oct. 4 Florentiae. Salvusconductus.
254. Eugenius IV Andreae Chrysobergi archiepiscopo Colocensi sive Rhodiensi O. P., 1441 nov. 5 Florentiae. Legatio pontificia.
255. Eugenius IV Antonio de Troia O. F. M., 1441 dec. 15 Florentiae. Munus commissarii pontificii in Oriente.
256. Eugenius IV Iohanni patriarchae Maronitarum, 1441 dec. 16 Florentiae. Huic Antonius de Troia et Petrus Ferrarius (de Ferrara) O. F. M. commendantur.
257. Eugenius IV nationi Nestorianorum, 1441 dec. 16 Florentiae. Invitatio ad unionem amplectendam.
258. Eugenius IV, bulla unionis Coptorum Aethiopumque, 1442 febr. 4 Romae.
259. Eugenius IV Doldio baroni Casimiri magni ducis Lituaniae, 1442 [post 23 mart.] Florentiae. Pro liberatione Isidori Kioviensis cardinalis.

260. Eugenius IV Bartholomaeo de Cingulo, 1442 oct. 26 Florentiae. Huic dignitas vicarii ecclesiae Arelatensis committitur.
261. Eugenius IV, bulla de decima ecclesiastica colligenda, 1443 ian. 1 Florentiae. Cruciata.
262. Eugenius IV Alberto de Sarteano O. F. M., 1443 ian. 3 Florentiae. Pro monasteriis O. F. M. Caphae et Constantinopolis.
263. Eugenius IV, bulla translationis concilii Florentini Romam, 1443 apr. 26 Florentiae.
264. Eugenius IV Francisco Condulmer cardinali, 1443 maii 8 Senis. Legatio pontificia.
265. Eugenius IV Alberto de Sarteano et Iacobo de Montebrondono O. F. M., 1443 maii 28 Senis. Facultates pro cruciata praedicanda.
266. Eugenius IV Iohanni VIII Palaeologo imperatori, 1443 iun. 13 Senis. Unio Graecorum.
267. Eugenius IV Iohanni VIII Palaeologo imperatori, 1443 iul. 6 Senis. Huius legationi respondet.
268. Eugenius IV Iohanni Torcello civi Constantinopolitano, 1443 iul. 9 Senis. Hic miles apostolicus declaratur.
269. Eugenius IV Sabae abbati O. S. Bas. Cretensi, 1443 aug. 4 Romae. Hic fit praedicator unionis.
270. Eugenius IV, bulla indictionis concilii Lateranensis, 1443 oct. 14 Romae.
271. Eugenius IV Iohanni de Bellavalle, 1443 nov. 20 Romae. Huic dignitas administratoris ecclesiae Arelatensis committitur.
272. Eugenius IV Baptistae de Gentilibus civi Caffensi, 1444 ian. 23 Romae. Hic comes palatinus creatur.
273. Eugenius IV Andreae Chrysobergi archiepiscopo Rhodiensi, 1444 ian. 23 Romae. Titulus militis apostolici Antonio Belucae Rhodiensi assignandus.
274. Eugenius IV Iuliano cardinali Cesarini, 1444 febr. 12 Romae. Legatio pontificia.
275. Eugenius IV praelatis ecclesiasticis et magistris in Oriente, 1444 mart. 4 Romae. Declaratio doctrinae de processione spiritus sancti.
276. Eugenius IV Christophoro Garatoni episcopo Coronensi, 1444 mart. 9 Romae. Provisio temporalis.
277. Eugenius IV, bulla de cruciata, 1444 sept. 3 Romae.
278. Eugenius IV, bulla unionis Syrorum, 1444 sept. 30 Romae.
279. Eugenius IV Iohanni patriarchae Maronitarum, 1444 mart. 3-1445 mart. 3 Romae. De decretis concilii Florentini.
280. Eugenius IV Fabiano vicario Bosnae O. F. M., 1445 febr. 16 Romae. Facultates ecclesiasticae.
281. Eugenius IV Stephano Thomae regi Bosnae, 1445 maii 29 Romae. Declaratur legitimus.
282. Eugenius IV Isidori Kioviensi cardinali, 1445 iun. 11 Romae. Laudatur pro zelo unionis.
283. Eugenius IV, bulla unionis Chaldaeorum Maronitarumque Cypri, 1445 aug. 7 Romae.
284. Eugenius IV Iacobo de Primaditiis O. F. M., 1445 nov. 30 Romae. Pro monasterio franciscano Constantinopolis.

285. Eugenius IV Constantino Cantacuzeno Palaeologo, 1446 iun. 22 Romae. Hic fit comes palatinus pontificius.
286. Eugenius IV ambasciatoribus Friderici regis Romanorum et electorum imperii, [ante 1447 febr. 5] Romae. De quaestione novi concilii oecumenici.
287. Eugenius IV Friderico regi Romanorum et electoribus imperii, 1447 febr. 5 Romae. De quaestione novi concilii oecumenici.
288. Nicolaus V Ionati monasterii S. Mariae de Agro O. S. Bas. (in Cypro), 1447 iun. 6 Romae. Exemptio.
289. Nicolaus V Stephano Thomae regi Bosnae, 1447 iun. 18 Romae. Huic duo cappellani ex ordine Fratrum Minorum conceduntur.
290. Nicolaus V Petro voivodae Bosnae Inferioris, 1447 iun. 18 Romae. Huic duo cappellani ex ordine Fratrum Minorum conceduntur.
291. Nicolaus V Andreae Chrysobergi O. P. archiepiscopo Nicosiensi, 1447 iul. 30 Romae. Legatio apostolica.
292. Nicolaus V Andreae Chrysobergi O. P. archiepiscopo Nicosiensi, 1447 aug. 3 Romae. Facultas inquisitoris.
293. Nicolaus V Theodoro II Palaeologo principi, inter 6 mart. 1447 et iul. 1448. Hunc hortatur, ut unionem amplectatur.
294. Nicolaus V Thomae vicario generali O. P. societatis propter Christum peregrinantium, 1448 febr. 1 Romae. Pro studiis promovendis.
295. Nicolaus V Emmanuelli presbytero graeco, 1448 mart. 7 Romae. Exemptio ab iurisdictione Ordinarii.
296. Nicolaus V Gregorio hegumeno (abbati) S. Demetrii, 1448 mart. 13 Romae. Salvusconductus.
297. Nicolaus V inquisitori O. P. in Graecia, 1449 sept. 6 Romae. Transitus ab uno ritu ad alium prohibetur.
298. Nicolaus V Bartholomaeo Lapacci O. P. episcopo Coronensi, 1450 apr. 12 Romae. Declaratio doctrinae de processione spiritus sancti.
299. Nicolaus V Andreae Chrysobergi O. P. archiepiscopo Nicosiensi, 1450 post 6 mart. Romae. Facultas pro unione Chaldaeorum Cypri exequenda.
300. Nicolaus V Iohanni XI patriarchae Coptorum, 1450 maii 28 Romae. Hic confirmatur patriarcha.
301. Nicolaus V chaldaeis catholicis Cypri, [1450] iunii 10 Romae. Salvusconductus.
302. Nicolaus V Timotheo archiepiscopo chaldaeo Tarsensi, 1450 iun. 13 Romae. Immunitas a taxis solvendis pro archiepiscopis chaldaeis in unione permanentibus.
303. Nicolaus V Paulino Zachariae laico dioecesis Nicosiensis (in Cypro), 1451 iul. 1 Romae. Dispensatio pro ritu graeco.
304. Nicolaus V Constantino Palaeologo imperatori, 1451 sept. 27 Romae. Unio Graecorum.
305. Nicolaus V Timotheo metropolitae chaldaeo Tarsensi, 1453 apr. 11 Romae. Exemptio.
306. Nicolaus V Iacobo archiepiscopo Ragusino, 1453 apr. 29 Romae. Legatio apostolica.
307. Nicolaus V universis christifidelibus, 1453 oct. 24 Romae. Pro Georgio Branković, principe Serbiae, et pro ritu byzantino.

# TEXTUS





*Eugenius IV archiepiscopo Cretensi Fantino (Valaresso) eique legato apostolico facultates de pace inter catholicos ritus latini et graeci efficaciter promovenda dat.*

*1440 martii 8 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 78<sup>r</sup>-79<sup>r</sup>.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI FANTINO ARCHIEPISCOPO CRETENSI APOSTOLICE SEDIS LEGATO SALUTEM ETC.

Ex debito pastoralis officii desuper nobis iniuncti ad ea, que pacem ac unitatem christifidelium respicere dinoscuntur, libenter intendimus illaque studiis continuis procuramus. 5

Sane, cum nonnullae facultates in provincia Cretensi tibi commissa quibusdam Grecis concessae esse perhibeantur, videlicet in azimo et fermentato conficiendi, predicandi verbum dei, declarandi etiam et interpretandi, que ad instructionem populi [pertinere] videantur, audiendi etiam confessiones Latinorum, illisque et ministrandi ecclesiastica sacramenta, et alia huiusmodi faciendi, prout in litteris superinde confectis, quarum tenores volumus hic habere pro sufficienter expressis, plenius continetur, que licet recte intellecta pia videantur, 10

quia tamen pro diversitate rituum Latinorum et Grecorum in exercicio et administratione predictorum, nisi prudenti consideratione debitis circumstantiis possent, ut accepimus, visibiliter aliqua scandala generare, nos volentes talibus oportune consulere, 15 fraternitati tue, de cuius fide et sapientia in his et in aliis plurimum in domino fiduciam obtinemus, tenore presencium committimus et mandamus, quatenus in omnibus et singulis premissis curam et sollicitudinem adhibeas diligentem, ita ut nichil predictarum facultatum occasione exerceatur seu attemptetur nisi per eum modum, quo sine aliquo scandalo fructus sequi possit animabus et pax atque caritas inter Latinos et Grecos conservari et etiam ampliari, harum serie declarantes nostre intentionis fuisse et esse, 20

ut nemo cuiusvis status et condicionis existat, per aliquam facultatem a nobis concessam vel in futurum forsitan concedendam in his, que iurisdictionem tam ratione iuris metropolitici quam etiam legacionis a nobis et sede apostolica tibi iniuncte tibi compe-

11 recta Ms.

1 Fantinus Valaresso, archiepiscopus Cretensis (1425-1444), fuit creatus legatus apostolicus Cretensis die 18 sept. 1439; cf. doc. in Ep. pontif. II, n. 214, pag. 109-111. De vita eius et de eius opere Libellus de ordine generalium conciliorum et unione Florentina cf. Bernh. SCHULTZE S. I., in hac collectione II, fasc. 2. 6 tenor verbalis facultatum graecis quibusdam Cretae concessarum mihi notus non est.

tentem quovismodo concernere potest, aliquid gerat vel attemptet, nisi de tuo consilio ac tuo expresso accedente consensu.

Mandantes insuper exnunc omnibus et singulis quavis auctoritate in dicta insula facultatem aliquam in predictis habentibus, aut si forsan haberi contigerit in futurum, quatenus  
5 in omnibus huiusmodi tibi obediant pariter et intendant, neque facultate aliqua utantur in premissis, nisi quando et quomodo circumspectioni tue videbitur.

Quod si secus actum fuerit, exnunc decernimus irritum et inane, constitutionibus, privilegiis, indultis ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, etiam si de eis habenda esset mentio specialis.

10 Datum Florentie, anno etc. XXXIX, octavo idus martii, anno nono.

De curia  
A. de Strata.

### 238.

#### *Monitorium concilii Florentini contra Felicem V antipapam.*

1440 mart. 23(?) Florentiae.

*Copiae coevae: Ms. Chauvelin (= C), Ioh. de Segovia (= S) XVI, cap. 24; Paris, Bibliothèque Nationale, Latin 15627, 274<sup>r</sup>-276<sup>v</sup> (= P).*

*Edd. MARTÈNE, 962-972; ad fidem Ms. Chauvelin; Conc. Basiliense 3, 480-488, iuxta Ioh. de Segovia.*

*Cum ex tribus Mss. videatur praefendus codex C, huius textum sequar, aliquibus correctionibus exceptis, iisque a me notatis. Correctiones ex duobus aliis manuscriptis vel etiam tantum ab altero eorum desumpsi.*

*Redactor primus huius monitorii fuit Poggi-Braccilini, sicut ex eius epistola ad archiepiscopum Mediolanensem apparet (cf. MAI, Spicilegium Romanum, X, 283): Exemplum duarum epistolarum, quas nomine Pontificis scripsi contra Basilienses, et idolum illud (Felicem V), ad te mitto, quamquam illas quorundam scrupolosa religio in deterius mutaverit; sed te accipere volui epistolas incorruptas. — Redactio secunda monitorii sive correctio videtur attribui posse inprimis cardinali Branda, id quod ex biographia coeva huius cardinalis a Vespasiano da Bisticci scripta non obscure innuitur (cf. apud MAI, Spicilegium Romanum I, 255, et apud FRATI, I, 98).*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

15 Multa sanctorum patrum veteris et novi testamenti exempla nos admonent, ut crimina presertim gravia et que in scandalum ac divisionem publicam tendunt populi nobis commissi, neque pretereamus silentio neque ullatenus impunita reliquamus. Si ea enim, quibus vehementer Deus offenditur, insequi vel ulcisci differimus, ad irascendum itaque divinitatis patientiam provocamus. Nam et culpe nonnullae sunt, in quibus culpa est re-

17 itaque] utique S.

10 loco anno nono exspectaretur anno decimo. cum Eugenius IV die 3 martii 1431 regnare coeperit.

laxare vindictam. Iustum quidem est ac rationi consonum iuxta sanctorum patrum sententiam, ut qui divina contemnunt mandata et inobedientes paternis existunt sanctionibus, superioribus corrigantur vindictis, quatenus et ceteri talia committere vereantur, et omnes gaudeant fraterna concordia, cunctique sumant severitatis et honestatis exemplum. Nam si, quod absit, ecclesiasticam sollicitudinem vigoremque negligimus, perdit desidia disciplina, et animabus fidelium permaxime nocebitur. Resecande sunt ergo putride carnes, et scabiosa ovis a grege repellenda est, ne tota domus massa, corpus et pecora ardeant, corrumpantur et pereant.

Nam et Arrius, teste B. Hieronymo, in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non est statim oppressus, totum orbem eius flamma depopulata est. 10

Propterea in persona B. Petri Romano pontifici a salvatore nostro ligandi atque solvendi date sunt claves, ut a via veritatis et iustitiae tramite delirantes debitis ligentur ac coercerentur poenis; apostolice quippe auctoritatis exemplo didicimus, errantes et alios in errorem mittentes, per censuras ecclesiasticas satane esse tradendos, ut spiritus eorum salvus fiat ut et tam ipsi quam reliqui blasphemare dediscant, et, ut beatus inquit papa Sixtus, memores simus sub illius nomine presidere ecclesiae, cuius confessio a domino Iesu glorificata est, et cuius fides nullam heresim numquam fovet, sed omnes quidem hereses destruit. Intelligimus autem nobis aliter non licere, quam ut omnes conatus nostros ei cause impendamus, in qua universalis ecclesiae salus infestatur. 15

Sane proximis diebus in generali huius sacri concilii congregatione, in ea nobis presentibus, dilectus filius magister Iustinus de Planta, legum doctor et fisci nostri advocatus, nomine dilectorum filiorum magistri Iohannis de Prato legum doctoris, ipsius sacri concilii promotoris, et magistri Veitini de Castello, fisci camere apostolice procuratoris in legibus licentiati, publice lamentabilem quandam sub his verbis querelam exposuit: 20

Quamquam, beatissime pater, vosque alii reverendissimi reverendique patres, in hoc sacro generali et ycumenico concilio in spiritu sancto legitime congregato, unam sanctam catholicam et apostolicam Romanam ecclesiam spiritus sanctus ex persona domini nostri Iesu Christi in cantico canticorum designat dicens: 'Una est columba mea, perfecta mea, et una est matris suae, electa genitricis' et vas electionis apostolus Paulus hanc ecclesiae unitatem ipsiusque unitatis sacramentum ostendat, inquit: 'Unum corpus et unus spiritus' una spes vocationis 'unus dominus, et una fides, unum baptisma et unus deus' et ut B. Cyprianus ait: 'unum caput est et una origo', et una nostre fecunditatis causa 'adulterari non potest, Christi sponsa incorrupta et pudica est, unam domum novit', cuius cubilis sanctitatem casto pudore custodit. Et alio loco idem Cyprianus: 'Non habet ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiae non tenet unitatem'. Et ut Pelagius papa ex verbis preclarissimi doctoris ecclesiae B. Augustini asserit, quoniam ecclesia nulla esse non potest, restat, ut ea sit, que est in 35

3-4 omnis gaudeat C. || antique sumat C. 7 grege] caulis SP. 11 Propterea] Preterea C. 12 in via C. || debite SP. 13 auctoritatis om. C. 21 legendum est Planca; ita P. 23 Vent(ur)i P, Venture S, Veitini C. 35 restat] crescat C. || sit] simul C.

9 HIERONYMUS, *Commentaria in epistolam ad Galatas, liber III, cap. 5, vers. 9* = MIGNE PL 26, 403 B. 14 cf. 1 Cor. 4, 5. 16 SIXTUS II papa = HINSCHIUS, *Decretales Pseudo-Isidorianae* 189. 21 Iustinus de Planta, Iohannes de Prato, Ventura (!) de Castello ad curiam pontificiam pertinebant. 28 Cant. 6, 8. 30 Eph. 4, 5. 31 cf. CYPRIANUS, *De unitate ecclesiae, c. 5, c. 6* = MIGNE PL 4, 502 A-B, 504 A; HARTEL in CSEV III, 1, 214. 33 cf. CYPRIANUS, *De unitate ecclesiae, c. 4* = MIGNE PL 4, 500 A (vel 504 A); HARTEL 213. 34 cf. PELAGIUS papa (555-560), *Epistola ad episcopos Tusciae* = MIGNE PL 69, 398 B-C.

apostolice sedis per successorem episcoporum radice constituta, nihilominus ab ipsis, ut ita dixerim ecclesie incunabilis quorundam pestiferorum hominum effrenata libido hanc sanctam unitatem ecclesie scindere et lacerare tentat, adversus quos divina ultio et sanctorum patrum postea auctoritas insurrexit.

5 Quisquis ergo hanc sanctam et immaculatam ecclesie unitatem ausu sacrilego et diabolica persuasione temerare presumpserit, hic, ut sacri canones edocent, 'alienus est, prophanus est, hostis est. Habere non potest deum patrem', qui universalis ecclesie non tenet unitatem; non potest cum aliquo convenire, qui cum corpore ipsius ecclesie et cum universa fraternitate non convenit. Si autem, cum propter ecclesiam Christus passus sit, et ecclesia sit corpus Christi, non est dubium, quod qui ecclesiam dividit, Christi corpus lacerare convincitur. Hinc in schismaticos illa vindicta domini voluntate profecta, ut Chore, Dathan et Abiron, contra virum dei Moysen schisma facientes, hiatu terre una absorpti sunt, ceteris celesti igne consumptis; idololatria vero gladio punita est, et exustio libri bellica cede et peregrina captivitate vindicata.

Denique quam sit inseparabile unitatis sacramentum, et quam sine spe sint, perditionemque 15 sibi maximam de indignatione dei acquirant, qui schisma faciunt, et relicto vero ecclesie sponso, sibi pseudoepiscopum constituunt, in libris regum scriptura divina declarat, ubi, cum a tribu Iuda et Benjamin decem tribus scisse fuissent, et relicto suo rege, alterum sibi foras constituissent, 'indignatus est', inquit, 'dominus omni semini Israel, et dedit eos in direptionem, donec abiiceret eos a facie sua'. Indignatum dominum esse dixit, et eos in perditionem dedisse, qui ab unitate dissipati, 20 alterum sibi regem constituissent, et tanta indignatio domini extitit adversus illos, qui schisma fecerant, ut etiam cum homo dei ad Ieroboam missus esset, qui ea peccata sua exprobarat atque ultionem futuram prediceret, panem apud illos edere et aquam bibere vetaretur; quod cum non custodisset, et contra preceptum domini prandisset, statim divina censura percussus est, ut inde regrediens, impetu ac morsu leonis in itinere necaretur. Ex quibus, ut B. Hieronymus asserit, 25 nullus iam dubitaverit, facinus schismatis sceleratius esse commissum, cum sit gravius vindicatum.

Sane cum olim in sacro generali concilio Constantiensi veteranum illud ac perniciosissimum schisma, quod ecclesiam dei et christianam religionem magno cum animarum interitu, et non solum hominum, sed multarum quoque urbium et provinciarum strage crudeli et diuturno morbo affixerat atque vexaverat, fuisset per omnipotentis dei ineffabilem misericordiam, multorumque regum et principum tam ecclesiasticorum quam secularium, multarum insuper universitatum, aliorumque Christi 30 fidelium infinitis laboribus et angustiis, expensarumque profluvii tandem aliquando sedatum, et universalis ecclesia, tam per electionem felicitatis recordationis domini Martini quam post eius obitum per indubitam, sinceram, unanimem atque canonicam sanctitatis vestre ad apostolatus apicem assum[p]tionem, crederetur optata cunctis pace gaudere.

35 Ecce rursus cum Ieremia propheta multis cum lacrimis dicere compellimur: 'expectavimus pacem, et ecce turbatio'. Et iterum cum Isaia: 'expectavimus lucem, et ecce tenebre'. Nonnulli siquidem perditionis filii et iniquitatis alumni, pauci numero, et auctoritate leves, Basilee etiam post transla-

1 successionem *PS.* 3 temptavit *PS.* || primum ultio *PS.* 23 ut] et *C.* 26 inveteratum *SP.*

6 DECRETUM GRATIANI, *Pars II, causa 24, qu. 1, c. 18* = FRIEDBERG 972; ANSELMUS *Lucensis, Collectio canonum* (ed. THANER, *Innsbruck 1906*) *Liber 5, c. 2, pag. 232.* 6-7 CYPRIANUS, *De unitate ecclesiae, c. 6* = MIGNE *PL 4, 503*; HARTEL 214. 10 cf. CYPRIANUS, *De unitate ecclesiae, c. 18* = MIGNE *PL 4, 513 B-C*; HARTELI 226. 11 cf. *Num. 16, 31-35.* 17 4 *Reg. 17, 20.* 24 haec sententia non est S. Hieronymi, sed S. Augustini in libro *De baptismo unico contra Donatistas* = MIGNE *PL 43, 132.* 35 *Ier. 8, 15.* 36 *Is. 59, 9.*

tionem concilii, quod ibidem aliquandiu vigerat, per sanctitatem vestram iustis et evidentibus, urgentibus et necessariis ex causis, canonice et legitime factam, primo sanctissimam et universo populo christiano desideratissimam Grecorum et totius Orientalis ecclesie unionem totis viribus ac omni dolo, astu et fallacia impedire conati sunt.

Nam cum predicti scandalorum patratores, qui Basilee remanserant, ipsis Grecis in promissione 5 defecissent, et ab ipsorum Grecorum et Orientalis ecclesie oratoribus percepissent, serenissimum principem dominum Iohannem Paleologum Romeorum imperatorem et bone memorie Ioseph Constantinopolitanum patriarcham, cum aliis plurimis prelati ceterisque Orientalis ecclesie viris ad locum pro celebrando ycumenico concilio electum esse venturos, ac sanctitatem vestram plures prelatos et oratores cum nonnullis galeis multisque cum sumptibus et expensis destinasse, ad disturbandum 10 prefatorum imperatoris et Grecorum adventum, quoddam detestabile monitorium contra sanctitatem vestram et reverendissimos dominos meos dominos sancte Romane ecclesie cardinales decernere ausi sunt,

et ex post, cum predictos imperatorem et patriarcham aliosque Orientales venire percepissent, quamdam sacrilegam suspensionis ab administratione papatus contra vestram sanctitatem de facto 15 sententiam protulerunt.

Quibus aliisque eorum nefariis conatibus ausibusque sacrilegis non obstantibus, cum vestra huiusque sacri concilii pervigili cura, multisque laboribus assum[p]tis variisque disputationibus adhibitis, tandem divina misericordia concessisset, ut predictum Grecorum et Orientalis ecclesie schisma, quod per quingentos ferme annos maxima cum totius populi iactura christiani duraverat, de medio 20 ecclesie tolleretur, et optatissima unio, que fieri vix posse credebatur, Occidentalis et Orientalis ecclesie, summa cum concordia sequeretur, ex tam sanctis vestris et huius sacri concilii operibus, qui potius vehementissime admirari et summis cum laudibus et exultationis iubilo, prout tota reliqua christiana religio fecerat, venerari debeant, et gratias altissimo de tam admirabili dono referre, crudeliores et obstinatiores effecti, volentes potius predictae nequissime bellue eorum iam conceptum 25 incendium, cum totius reipublice christiane ruina, ad executionem deducere, in reprobum sensum dati, fame sue prodigi, et proprii persecutores honoris perfecti temeritate pestifera unitatem sancte Romane et universalis ecclesie ac inconsutilem domini tunicam, quantum in eis est, scindere moliti sunt, et ipsius pie et sancte matris uterum viperinis morsibus dilaniare.

Horum dux et princeps ac totius tam nefarii operis architectus exitit primogenitus ille satane, 30 infelicissimus Amedeus, olim Sabaudie dux et princeps, qui iam diu ista animo suo premeditans, et, ut a plerisque asseritur, prestigiis, sortilegiis, ac phantasmatis nonnullorum infelicium hominum ac muliercularum, qui suo salvatore relicto, retro post satanam conversi, demonum illusionibus seducuntur, qui vulgari nomine stregnes vel stregones seu waldenses nuncupantur, et quorum in patria sua permagna copia esse narratur, seductus dudum ante aliquos annos, ut monstruosum se caput 35 in dei ecclesia erigi aliquando faceret, eremite habitum vel potius falsissimi hypocrite assum[p]sit, ut sub ovina pelle, agni specie, lupi feritatem induceret, ac demum procedente tempore ipsis Basilee existentibus confederatus, vi, fraude, pretio, pollicitationibus et minis magnam ipsorum Basileensium partem, que sue ditioni seu tyrannidi subdita erat, ut se in idolum et Beelzebub, ipsorum novorum

5 Nam *om. C.* 9 electum *om. C.*

28 cf. CYPRIANUS, *De unitate ecclesiae*, c. 7 = MIGNE PL 4, 504-505; HARTEL 215-216. 30 ea quae Amedeo a vulgo adscripta sunt, cum veritate non concordant; cf. MOLLAT in *Dictionnaire d'histoire et de géographie eccl. II*, 1167-1168. 31 Amedeus VIII dux Sabaudiae. 36 anno 1434 Amedeus in locum Ripaille ad lacum Genovensem se recepit ibique « ordinem » S. Mauricii fundavit.

demoniorum principem adversus sanctitatem vestram, verissimum Christi vicarium et Petri successorem indubitatum in dei ecclesia indixit.

Itaque eundem infelicissimum Amedeum insatiabilis et inaudite cupiditatis hominem, et quem semper avaritia, que secundum apostolum est 'idolorum servitus', excecavit, illa sceleratissima synoga, perditissimorum hominum colluvies, et totius christianitatis erubescenda sentina, certis ad hoc nefandissimis hominibus vel potius demonibus sub hominum specie et figura latentibus pro electoribus seu verius prophanatoribus deputatis, tandem in idolum et veluti quandam Nabuchodonosor statuum in dei ecclesia erexit, ipseque etiam suorum facinorum furiis agitatus, in profundum malorum omnium descendens, more Luciferi 'Ponam, inquit, sedem meam in aquilone, et ero similis altissimo'.  
 5 Et sic predictam electionem, immo verius prophanationem de se factam, que per prius tanto mentis estu et animi anxietate quesiverat, summa et detestabili aviditate amplectens, papalia indumenta, ornamenta et insignia assumere et induere, ac pro Romano et summo pontifice se gerere, tenere et exercere, et a quibusdam pro tali venerari se facere non exhorruit, et insuper litteras suas bulla plumbea Romanorum pontificum more bullatas, in quibus se Felicem, cum sit omnium mortalium  
 10 infelicissimus, appellat, et cum quibus in plebem Christi diversa suarum partium venena conatur effundere, ad quamplura et diversa mundi loca scribere et destinare similiter non expavit.

Quid hic primum querar, beatissime pater et sacratissima synode, aut quid primum accusem, aut qua vi vocis, qua gravitate verborum, quo dolore animi, quo nimbo, aut qua orationis procella tantum facinus deplorem? Que oratio tanta affluentie ubertate decurrens scelus hoc teterrimum, nedum  
 20 satis digne defleverit, seu expresserit? Non potest profecto hec res pro magnitudine facinoris enarrari. Vincit namque officium lingue tanti sceleris magnitudo.

Sed, ut video, beatissime pater et reverendissimi reverendique patres, iam tempus est magis remedii quam querele.

Ecce enim sancta mater ecclesia, que in persona sanctitatis tue, sui indubitati sponsi, sincera  
 25 per prius unitate et pace gaudebat, reseratis lacrimarum fontibus, multis cum suspiriis ac singultibus ad te sponsum suum, ad vos reverendissimos et reverendos patres, qui estis in parte sollicitudinis, et ad hoc sacrum et ycumenicum concilium evocati, clamare et vociferare compellitur: 'miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei'. Viscera namque mea amaritudine sunt repleta. Nam vineam dei Sabaoth vulpes exterminant, et Christi inconsutilem tunicam impii lacerant. 'Exurgat ergo deus, et dissipentur omnes inimici eius'. Et tu, beatissime pater, cum omnia adeo manifesta sint  
 30 predicta, publica et notoria, quod nulla possint tergiversatione celari nec excusatione defendi, in virtute altissimi, una cum hoc sacro concilio, consurge, et iudica causam sponse tue, et memor esto filiorum tuorum. 'Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Intende, prospere procede, et regna', et dic una cum psalmista: 'persequar inimicos meos et conteram, et non revertar, donec  
 35 consumam eos. Consumam et confringam, et non consurgent, cadent sub pedibus meis'. Nec enim decet tam nefarium facinus abominandumque portentum sub dissimulatione transire, ne forte impunita temeritas atque malitia inveniat successorem, sed potius punite transgressionis exemplar retrahat alios ab offensa.

Exemplo itaque ipsius Moisi viri dei per sanctitatem vestram et hanc sanctam synodum universe  
 40 plebi christiane dicendum est: 'recedite a tabernaculis hominum impiorum'.

Exemplo etiam beatissimi Leonis pape predecessoris tui, qui secundam Ephesinam synodum

4 Eph. 5, 5.      9 Is. 14, 13-14.      27 Iob 19, 21.      29 Ps. 67, 2.      33 Ps. 44, 4.      34 Ps. 7, 6.  
 40 Num. 16, 26.      41 cf. de secunda synodo Ephesina (449) HEFELÉ-LÉCLERCQ II, 584-622; de actis Leonis I pape contra hanc synodum cf. ibidem, 622 seq.

submovit et Dioscorum suosque fautores et sequaces in Chalcedonensi, quam postea instituit, synodo condemnavit, aliorumque summorum pontificum predecessorum tuorum, qui semper insurgentes in dei ecclesia hereses et schismata cum ipsorum auctoribus, fautoribus, sequacibus, a dei ecclesia et communione fidelium, sacratissimo Christi corpore, eliminarunt, et aliis multiplicibus et condignis penis, exigente iustitia, affligerunt.

5

Hanc novam rabiem in tuam et sancte Romane ecclesie sponse tue iniuriam et totius christiani populi apertissimum scandalum conflata, hoc sacro ycumenico approbante et auxiliante concilio, condigna penarum exaggeratione ulciscere, et predictos impios tam prodigiosi sceleris patratores una cum eorum heresiarcha infelicissimo et vero in dei ecclesia antichristo, cumque omnibus eorum fautoribus, adherentibus et sequacibus, et presertim nefandissimis eius electoribus seu verius prophanatoribus,

10

omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et tua auctoritate, perpetuo anathemate a liminibus sancte dei ecclesie remove et segrega. Abiiciatur ipse omnesque predicti sicut antichristus et invasor et destructor totius christianitatis, nec aliqua ei omnibusque predictis super hoc aliquando audientia reservetur, sintque ab omni ecclesiastico et mundano gradu et dignitate quacumque ipsi eorumque posteri et successores sine reclamatione privati, omnesque perpetuo anathemate et excommunicatione damnati existant, et cum impiis, qui in iudicio non resurgent, computentur, omnipotentis dei contra se iram sentiant et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, quorum presumunt ecclesiam confundere, in hac vita et in futura furorem sentiant, 'Fiat habitatio eorum deserta, et in eorum habitaculis nullus inhabitet. Fiant filii eorum orphani, et uxores eorum vidue'. Orbis terrarum pugnet contra eos, et omnia sint eis elementa contraria, adeo quod abiiciantur, exterminentur, et abominentur ab omnibus, ut eis perpetua egestate sordentibus sit merito mors solatium et vita supplicium, et omnium sanctorum merita illos confundant, et in hac vita super eos apertam vindictam ostendant, et cum Chore, Dathan, et Abiron debitam portionem suscipiant, et tandem, nisi ad cor reversi dignos penitentiae fructus egerint et sanctitate tue et universali ecclesie pro tantorum reatum immanitate digne satisfecerint, cum impiis in infernas tenebras recondantur, ad eterna supplicia digno dei iudicio destinati.

15

20

25

Nos autem omnes et universos Christi fideles, qui predictos heresiarchas eorumque nefandissimum idolum et antichristum meritis blasphemis execramur, et te Christi vicarium et dignissime ecclesie sponsum confitemur, et devota reverentia et constanti fide et obedientia veneramus, omnipotentis dei gratia protegat, et auctoritas beatorum Petri et Pauli et tua ab omnibus peccatorum vinculis absolvat, et in hac peregrinatione omnibus benedictionibus repleat, et sua tandem ineffabili miseratione ad eterna gaudia perducatur. Amen.

30

Nos vero, ut primum fide dignorum relatione tantam percepimus impietatem foris commissam, magno quidem, prout decebat, dolore et merore afficti sumus, tum pro tanto ecclesie scandalo nuper exorto, tum pro animarum eorum, qui talia perpetrarunt, interitu, et presertim ipsius Amedei antichristi, quem in visceribus complectabamur caritatis, cuiusque preces et desideria, quantum cum deo potuimus, exaudire semper curavimus, et cum iam dudum adversus huiusmodi abominationem, iuxta nostri pastoralis

35

29 antichristum abhominamur *SP.*

11 haec formula imitatur formulas excommunicationis, editas apud MARTÈNE, *De antiquis ecclesiae ritibus* (Antwerpen 1763) p. 322-325. 19 Ps. 68, 26.

officii debitum in animo geramus salutaribus providere remediis, nunc tamen publice in facie ecclesie ad occurrendum his malis requisiti, celerius atque instantius pro defensione ecclesie insurgere et tanto sceleri obviare disponimus. Quamobrem, ut res ista tam enormis et execrabilis in ipso ortu, adiuvante domino, cuius res agitur, radicitus extirpetur, una  
 5 cum hoc sacro concilio sine cunctatione qua possumus, iuxta canonicas sanctiones adhibemus remedium.

Attendentes igitur memoratam promotoris et procuratoris petitionem esse iustam, ac divino et humano iuri consonam, licet predicta scelera et excessus sint usque adeo publica et notoria, quod nulla possint tergiversatione celari, nec alia foret informatio necessaria,  
 10 ad maiorem tamen cautelam, certitudinemque premissorum, sacro approbante concilio, nonnullis insignibus viris ex omni ipsius concilii statu commisimus, ut se de premissis diligenter informarent, et que per huiusmodi reperirent informationem, nobis et ipsi sacro concilio referrent. Idem vero commissarii super premissis, quantum pertinet ad huiusmodi schismatice pravitatis indagacionem, diligenti habita inquisitione, nobis et ipsis  
 15 sacro concilio in synodali congregatione ea, que per fide dignarum personarum examinationem rep[er]erant, fideliter retulerunt.

Et tamen, quamvis super his tam publicis, manifestis et notoriis, sine alia expectatione, per penarum severitatem, iuxta sanctiones canonicas, in predictos flagitiosos et scandalosos homines animadverti potuisset, nihilominus nos et hec sancta synodus omnipotentis dei imitantes clementiam, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat, omni qua possumus pietate uti decrevimus, et quantum in nobis est, agere, ut  
 20 proposita mansuetudinis via ad cor revertatur, et a predictis resipiscatur excessibus, ut ipsos tandem sicut filium illum prodigum ad gremium ecclesie revertentes, benigne suscipiamus, et paterna caritate amplectamur.

Ipsum igitur Amedeum antichristum, et prefatos electores, seu verius prophanatores, et quoscumque eidem Amedeo credentes, adherentes, receptatores, et quoquomodo faventes, per viscera misericordie dei nostri, et per aspersionem pretiosi sanguinis domini nostri Iesu Christi, in quo et per quem humani generis redem[pt]io et sancte matris ecclesie edificatio facta est, ex toto corde hortamur, precamur et obsecramus, ut ipsius ecclesie unitatem,  
 30 pro qua ipse salvator tam instanter oravit ad patrem, violare amodo desistant, fraternam quoque dilectionem ac pacem, quam totiens et tam accurate idem redem[pt]tor transiturus ex hoc mundo discipulis commendavit, et sine qua nec orationes, nec ieiunia, nec eleemosine deo accepte sunt, scindere et lacerare expavescant, et a predictis quantocius tam perniciosius et scandalosis prorsus desistant excessibus, inventuri profecto apud nos et hoc sacrum  
 35 concilium, si effectualiter paruerint, prout tenentur, paterne in omnibus caritatis affectum, et ut ipsos, si forte iustitie et virtutis amor a peccato non retrahat, penarum terror et rigor coërceat discipline, prefatos Amedeum antichristum, electores, immo prophanatores, credentes, adherentes, receptatores, et quomodolibet faventes, eodem sacro approbante concilio, requirimus et monemus, et in virtute sancte obedientie, ac sub anathematizationis et criminum heresis ac schismatis et lese maiestatis, in quibuscumque contra  
 40 tales ab homine vel a iure inflictis penis districte precipiendo mandamus,

22 revertantur *SP.* || resipiscant *SP.* 25 profanatores *C.* 33 quanto citius *S.*

20 *cf. Ez. 33, 11.* 23 *cf. Luc. 15, 20.*



quatenus infra quinquaginta dies ab affixione presentium immediate sequentes, ipse Amedeus antichristus pro Romano pontifice ulterius se gerere ac nominare desistat, nec per alios, quantum in ipso est, haberi ac nominari pro tali se patiat, insignisque papalibus ac aliis ad Romanum pontificem quoquomodo spectantibus, nullatenus uti de cetero presumat.

memorati vero electores, immo prophanatores, adherentes, receptatores ac faventes, ulterius ipsi Amedeo in hoc schismatis crimine non assistant, nec credant, adhereant, vel faveant, quoquo modo per se vel per alios, directe vel indirecte, nec quovis quesito colore.

Sed tam ipse Amedeus quam predicti electores, credentes, adherentes, receptatores, et fautores, nos in verum Romanum pontificem ac Christi vicarium et Petri legitimum successorem habeant, recognoscant et venerentur, nobisque tamquam patri et pastori animarum suarum reverenter pareant et intendant, ac de iis infra predictum terminum nos et hoc sacrum concilium legitime certificare studeant, ita ut de eorum vera obedientia nullus dubitationis scrupulus valeat remanere.

Si Amedeus, eligentes, credentes, adherentes, receptatores, ac faventes predicti secus, quod absit, egerint, seu premissa omnia et singula infra terminum predictum cum effectu non adimpleverint, ex tunc prout ex nunc, huiusmodi penas incurrere ipso facto volumus ac decernimus.

Et nihilominus faventes predicti coniunctim seu divisim quinta decima die prefatum terminum sequente, si non fuerit feriata, alias proxime sequente non feriata, compareant personaliter coram nobis et prefato concilio, ubi tunc erimus, ad videndum et audiendum se, et quemlibet eorum, etiam nominatim; quos et sic citamus ad diem eundem, declarari schismaticos, blasphemos, et tamquam hereticos, et reos crimine lese maiestatis, fore puniendos, ac censuras et penas predictas incurrisse, et alias infligi, prout visum fuerit et iustitia suadebit.

certificantes eosdem et eorum quemlibet, quod sive venerint sive non, et se paruisse non ostenderit, ad declarationem predictarum penarum, iustitia mediante, procedemus, eorum contumacia vel absentia non obstante, progressuri ulterius ad aggravationem et reaggravationem, prout iustitie rigor postulaverit, et eorum demerita exegerint.

Ut autem huiusmodi nostra monitio ac citatio ad eorundem monitorium ac citatorium aliorumque, quorum interest, notitiam deducantur, cartas sive membranas eam continentes ecclesie B. Marie Novelle de Florentia et palatii nostri apud eandem ecclesiam siti et ecclesie cathedralis Florentine portis sive ianuis affigi faciemus, que monitionem eandem suo quasi sonoro preconio ac patulo indicio publicabunt, ut iidem moniti, quod ad ipsos non pervenerit, et eandem monitionem ignoraverint, nullam possint pretendere excusationem, vel ignorantiam allegare, cum non sit verosimile, quod ad eos remaneret incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Volumus autem et apostolica auctoritate decernimus, quod huiusmodi nostra monitio in eisdem valvis seu portis intimata perinde valeat, et plenum robur obtineat firmitatis, dictosque monitos perarctet, quacumque constitutione contraria non obstante, ac si eisdem monitis et eorum singulis intimata ac insinuata personaliter et presentialiter extitisset.

6 memoratos C. 8 nec] in C. 10 legitime C. 15 Alias si S. 19 faventes] contrafacientes S.  
20 proxima C. 33 quo C. 34 iudicio S.

Ne tandem moniti et citati predicti ipsum concilium et curiam Romanam, communem omnibus patriam, locum sibi minus tutum, et propter premissa aliasve inimicitias, vel ex causis aliis imminere periculum in veniendo, stando et redeundo, ad excusationis sue velamen forsitan allegent, ipso tenore presentium securantes, universos et singulos patriarchas, archiepiscopos, episcopos, et alios ecclesiarum, monasteriorum prelatos, et clericos ac personas ecclesiasticas, necnon duces, marchiones, principes, potestates, capitaneos, et quoscumque alios officiales et eorum loca tenentes, necnon communitates, universitates civitatum, castrorum, oppidorum, villarum et aliorum locorum tenore presentium requirimus et exhortamur, ipsisque patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et aliis prelati, ceterisque subditis nostris districte mandamus, quatenus prefatis monitis et bonis aut rebus eorum nullam inferant, nec ab aliis, quantum in eis fuerit, permittant inferri iniuriamvel offensam.

Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis etc.

Datum Florentie in sessione publica synodali, in ecclesia B. Marie Novelle solemniter celebrata, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo, X kalendas aprilis, pontificatus nostri anno X.

### 239.

*Eugenius IV synodales Basilienses adhortatur, ut ab oppositione cessent.*

*1440 maii 27 Florentiae.*

*Copia coeva Iohannis de Segovia.*

*Ed. Conc. Basiliense 3, 480-488.*

*De aliis copiis coevis Herm. HERRE tractavit in libro Conc. Basiliense 7, 199, nota 3.*

*Dolendum sane est, quod nobis non fuit possibile has copias consulere; ita quaestio, an praeter datum chronologicum aliquid aliud in ultima parte documenti desit, resolvenda manet.*

*Chronologia indicata est ab HERRE.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Quoniam iuxta sanctorum patrum sententiam publice peccantes coram omnibus arguendi sunt, ut ceteri timorem habeant, pridem pro publico pestiferi scismatis delicto adversus sanctam sedem apostolicam et sanctam Romanam ecclesiam, omnium christianorum matrem et magistram, per Amedeum olim Sabaudie ducem et suos complices perpetrato, ipsos tanti sceleris auctores et eorum sequaces palam et in facie ecclesie una cum hoc sacro Florentino concilio synodaliter redarguimus et detestati fuimus. Quamquam iuxta sacros canones in ipsos manifestos ac notorios sacrilegos mox debite severitatis sententia proferri potuisset, nihilominus ipsorum magis conversionem quam vindictam et salutem potius quam punicionem cupientes cum quanta potuimus caritate ac mansuetudine ipsos rogavimus, monuimus et requisivimus, ut ad cor redirent et a tanta iniquitate resipiscerent, pollicendo eis veniam gratiamque et paterne pietatis affectum;

7 universitates civitates opidorum S. 10 post quatenus habetur in S. post prefatam monitionem omnibus et singulis in veniendo ad concilium ipsum vel ad dictam curiam occasione predicta morando in ea et ab ipsa recedendo in personis et bonis ac rebus. 13 synodali om. S. 14 X<sup>mo</sup> kal. aprilis P; die XXIII mensis marcii S; forte XIX kalendas aprilis apud MARTÈNE est aut error typographicus loco X kal. apr. (= 23 martii) aut error copistae.

20 cf. concilio Lateranense IV (oec. XII); DENZINGER 433, 436.

alias, si huiusmodi piissimis nollent monitis acquiescere, penis tanto flagicio dignis ipsos decernebamus esse plectendos, prout in monitorio adversus eos promulgato plenius continetur, cuius tenor in hunc sequitur modum.

*Sequitur bulla Eugenius IV' 'Multa sanctorum patrum' iam supra edita.*

## 240.

*Eugenius IV Ottoni duci Bavariae pro defensione Iacobi de Oratoribus nuntii pontificii gratias agit.*

*1440 martii 30 Florentiae.*

*Diploma orig.: München, Geheimes Hausarchiv: K. 39, L. 2, Nr. 156; cum bulla plumbea papae.*

*Eugenius IV eidem duci alios favores concessit, 30 nov. 1442, 4 dec. 1442, quoad annulationem consequentiarum interdicti et quoad facultatem eligendi sibi suaeque familiae confessorum idoneum, sicut ex documentis originalibus, scilicet brevi pontificio et epistola cardinalis Nicolai Alberghi poenitentiarum maioris apparet (K. 39, L. 2, Nr. 162, 159). Etiam pro Ludovico IV comite Palatino Eugenius IV anno 1446, febr. 5, quattuor brevibus cum gratiis spiritualibus concessit (K. 39, L. 2, Nr. 165-168).*

*Otto I, filius quartus Ruperti III regis Germaniae (1400-1410) fuit ab anno 1448 caput dynastiae palatinae Mosbach, quae tamen iam cum eius filio Ottone II anno 1499 extincta est.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO OTTONI DUCI BAVARIAE COMITI PALATINO RENI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM. 5

Retulit nobis et collegio fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium dilectus filius magister Iacobus de Oratoribus decretorum doctor cubicularius noster, quomodo, cum ipse tunc noster orator revertens ad presentiam nostram post peracta negotia per nos sibi in Germania commissa fuisset captus in via et spoliatus per quosdam latrones, tua devotio ob singularem fidem et devotionem, quam ad nos et sedem apostolicam gerit, dedit sollicitam et efficacem operam pro ipsius liberatione, pro qua re summam a nobis et prefata sede laudem et commendationem meretur tua prudentia; fecit enim rem nobis valde gratam et dignam talis principis virtute. 10

Regratiamur ergo tue excellentie et bonitati pro tam laudabili et bono opere, parati semper ad omnia, que concernant anime tue salutem et sint grata tibi. 15

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo, tertio kal. aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

W. Colenzoen.

3 cf. doc. n. 238, pag. 4-12. 7 Iacobus de Oratoribus, postea episcopus Adriensis (Adria) 1445-1446, in Germaniam ab Eugenio IV missus est, ut principes electores imperii pro causa papatus lucraretur. Cum eo Nicolaus de Cusa ad idem negotium deputatus est. Cf. Deutsche Reichstagsakten 15, pag. 198-202, 228-231.

## 241.

*Eugenius IV Ludovicum Aleman cardinalem Arelatensem privatum omnibus dignitatibus ecclesiasticis esse declarat.*

*1440 maii 28 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 365, 271\*.*

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1440, n. 2; ALBANÈS-CHEVALIER, Gallia christiana novissima. Arles (Valence 1900) 806-808.*

*Commemoratur apud C. PEROUSE, Le cardinal Louis Aleman (Paris 1904) 348.*

## EUGENIUS AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Quemadmodum Romana ecclesia, que ecclesiarum omnium mater est salutarisque doctrine magistra, recurrentes ad eam cum humilitate filios post excessum, materno suscipere consuevit affectu, ipsorum doloribus misericorditer compatiendo, sic profecto illos  
 5 digne a se repellit et abhorret, qui suo lacte nutriti, sua beneficentia sublevati, superbie concepto spiritu ipsam, quam sibi sponsam Christus copulavit, et extra quam nemini salus est, variis figmentis fucatisque coloribus, ac exquisitis excogitatisque fraudibus dividere ac horrendo et pestifero sc[h]ismati, in divine maiestatis offensam, ac in perpetuam  
 10 suarum dampnationem animarum, christianique populi gravissimum scandalum, submittere non exparunt, ne illius ubera ulterius suggere permittantur, quam venenatis dentibus mordere, ac eius unionem et integritatem ore pol[l]uto execrataque lingua violare presumpserunt.

Dudum siquidem ex certis, iustis et rationabilibus tunc expressis causis, de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu, pluribus  
 15 ex venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis et abbatibus, apud sedem apostolicam tunc existentibus, id laudantibus et consulentibus, generale concilium apud civitatem Basiliensium tunc constitutum, de ipsa civitate Basiliensi ad nostram civitatem Ferrariensem, per quasdam [nostras litteras] transtulimus et translatum esse declaravimus, ac inter cetera sub excommunicationis et privationis quarumcun-  
 20 que ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, prioratum, personatum, administrationum, officiorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet, necnon inhabilitationis et aliis tunc expressis penis, quas contrafacientes ipso facto incurrere voluimus, omnibus et singulis, cuiuscumque status, gradus aut conditionis existerent, etiam si cardinalatus honore, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali, aut alia quavis ecclesiastica vel  
 25 seculari prefulgeant dignitate, districtius inhibuimus, ne, ex tunc in antea, in dicta Basiliensi civitate, aut alibi, preterquam in civitate Ferrariensi, huiusmodi concilium aut alius conciliaris actus teneretur, seu aliquod officium ab eo subordinatum exerceretur, nec etiam aliquis in dicta civitate Basiliensi, nisi dumtaxat quoad Bohemorum articulum, remaneret, nec ad aliam locum quam Ferrarie, sub nomine et pretextu concilii accederet.

11 poluto Ms.

2 cf. concilium Lateranense IV (oec. XII); DENZINGER 433, 436. 6 cf. AUGUSTINUS, *De baptismo* IV, c. 17 = Migne PL 43, 170; CYPRIANUS, *Epistola* 62, c. 4 = PL 4, 371 A; HARTEL, (*Epistola* 4) 477. 18 cf. *epistolas Eugenii IV die 18 sep. et 30 dec. 1437, in Ep. pontif. I, n. 88, 108, pag. 91-99, 111-112.*

Et deinde, ipso concilio in dicta Ferrariensi civitate translato, et approbante, omnes et singulos Basilię sub nomine concilii, quod verius conventiculum dici debuit, contra translationem et declarationem nostras huiusmodi venientes, et nonnulla scandala et nepharia tunc expressa presumentes, etiam si titulis aut dignitatibus prefulgerent antedictis, excommunicationis, ac ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, prioratum, personatum, 5 administrationum, officiorum, canonicatum et prebendarum, ac beneficiorum suorum huiusmodi penas, ipso facto, incurrisse, per alias declaravimus;

mandantes insuper, sub penis et censuris predictis, omnibus et singulis cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, electis et abbatibus, ac ceteris cuiuscumque dignitatis, status, gradus aut conditionis existerent, in dicta civitate Basiliensi, sub pretextu 10 concilii huiusmodi, convenientibus, ut infra triginta dies a die date posteriorum litterarum huiusmodi computandos, deberent realiter et cum effectu a dicta Basiliensi civitate recessisse;

ac postremo, posteriorem declarationem huiusmodi, inter cetera, per alias nostras litteras innovavimus, prout hec omnia in litteris prefatis plenius continentur. 15

Et quia, ut dolenter referimus, iniquitatis alumpnus atque perditionis filius Ludovicus, olim tituli Sancte Cecilie presbyter cardinalis, ecclesie Arelatensis per sedem predictam administrator deputatus, sue salutis immemor, ac in sensum reprobum datus, extrema laborans ingratitude, ac propria superatus iniquitate, malitiaque confusus, necnon bonorum et honorum, que ab eadem ecclesia Romana indigne fortassis receperat, factus 20 immemor, malum pro bono retribuens, nedum prefatis nostris litteris non obedire, sed in divine maiestatis offensam, ac nostre et ipsius sedis auctoritatis contemptum, in dicta Basiliensi civitate, post et contra ipsam translationem, declarationem, inhibitionem et mandatum antedicta, inibi remansit, duces et patronum, obstinato animo ausuque sacrilego, excommunicationis et privationis, ac alias in prefatis litteris contentas penas et 25 censuras multipliciter incurrendo, se constituere presumpsit, ac dampnatam huiusmodi presumptionem suam hucusque diutius peiora semper prioribus accumulando, palam et publice, ac de perpetratis huiusmodi per eum sceleribus gloriari, et tandem descendens in profundum malorum, electioni seu potius prophanationi de persona iniquitatis filii Amedei, olim ducis Sabaudie, in antipapam, consentire, seu verius illius auctor esse non 30 expavit.

Nos igitur, excessus tantos et abusos, quos ulterius sub dissimulatione transire non possumus, ad universorum Christi fidelium notitiam deduci volentes, eundem Ludovicum, olim cardinalem, et dicte ecclesie Arelatensis administratorem, ut prefertur, qui ob premissa, excommunicationis, privationis et alias penas antedictas merito incurrisse dinoscitur, 35 cardinalatus honore, necnon predictis ac quibusvis aliis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, prioratibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ac beneficiis aliis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, commenda quoque et pensionibus universis, quas, quos seu que tempore privationis huiusmodi obtinebat et percipiebat, necnon iure, quod sibi similiter in quibusvis aliis, seu ad ea quomodolibet compete- 40

7 cf. bullam Eugenii IV die 15 febr. 1438, in *Ep. pontif. II*, n. 121, pag. 7-10. 15 cf. bullam 'Moyses vir dei' (4 sept. 1439), in *Ep. pontif. II*, n. 210, pag. 101-106. 16 Ludovicus Aleman, archiepiscopus Arelatensis (1423-1440, 1449-1450), cardinalis (1426-1440, 1449-1450), fuit caput oppositionis contra Eugenium IV papam in concilio Basiliensi.

privatum fuisse et esse auctoritate apostolica, tenore presentium declaramus. Nulli ergo etc. Si quis etc.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice 1440, quinto kalendas iunii, pontificatus nostri anno decimo.

## 242.

*Eugenius IV Paulum Imperiali civem Ianuensem scutiferum pontificium et comitem palatinum creat.*

1440 aug. 16 Florentiae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 382, 118<sup>o</sup>. In margine: Blondus.*

*Aliam copiam, saeculi XVII, in bibliotheca universitatis Ianuensis vidi: C VII 33, 7<sup>o</sup>.*

*Commemoratur apud A. SALIMEI, Serie cronologica dei senatori di Roma, Archivio della R. Società Romana di Storia Patria 53-55 (1930-1932) 163.*

*Paulus Imperiali, civis Ianuensis « regens » Caffae (1438-1440) de unione Armenorum merita particularia habuit; cf. ea, quae disserui in periodico Orientalia Christiana Periodica 5 (1939) 154-155.*

*Aliud breve pontificium pro eodem in Reg. Vat. 382, 134<sup>o</sup>.*

5 EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO PAULO IMPERIALI CIVI IANUENSI SCUTIFERO NOSTRO HONORIS ET COMITI PALATINO, SALUTEM ETC.

Laudata nobis a fide dignis viris virtus tua et exhibite tum alias tum proximis temporibus in maximo christiane fidei negotio et unionis Grecorum et Armenorum faciente atque conservande operationes tue nos inducunt, ut te ac per te descendentes ac posteros tuos specialibus gratiis et favoribus prosequamur.

Volentes itaque te, qui propter supradicta devotionis et magne virtutis opera etiam maiora in dies exhibere dispositus es et paratus videris, favore prosequi gratie specialis, ut eo ardentiori fidelitate et devocione erga nos et Romanam ecclesiam animeris, quo te maioris honorum prerogativa sublatum esse cognoscis,

15 te nostrum honoris scutiferum et te pariter ac natos tuos masculos duntaxat ex tuo corpore legitime natos et nascituros, comites palatinos auctoritate apostolica tenore presentium facimus et creamus, et sic et deinceps perpetuo te et ab omnibus censi pariterque nominari volumus ac gaudere posse et debere omnibus et singulis emolumentis, commodis, honoribus, immunitatibus, privilegiis et exemptionibus, que Lateranensibus palatinis comitibus a sede apostolica concedi consueverunt.

20 Volumus autem, quod tuo et natorum tuorum nominibus in manibus venerabilis [etc. ut supra] prestes in forma consueta iuramentum.

Datum ut supra pontificatus etc. anno decimo.

Gratis de mandato domini nostri pape.

25 Collationatum per me M. Thenini. B. Palavicinus.

21 *post venerabilis legendum est:* venerabilis fratris nostri Angeli episcopi Traguriensis in officio cameratus nostri locumtenentis solitum fidelitatis debite. 24 *post datum supplendum est:* anno etc. MCCCCXI. XVII kal. septembr.

21 *Angelus Cavazza episcopus Traguriensis (Traù) 1440-1452.*

## 243.

*Eugenius IV Christophoro episcopo Coronensi et nuntio pontificio normas de executione decreti unionis Graecorum in Oriente dat.*

*1440 aug. 25 Florentiae.*

*Diploma orig.: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Maria Novella.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI CRISTOFORO EPISCOPO CORONENSI NUNTIO APOSTOLICO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Post tuam cum carissimo in Christo filio nostro Iohanne Paleologo Romeorum imperatore illustri et aliis Grecis protectionem certiores facti fuimus, quando Mutonium, Coronium, Nigropontum et Peloponesum applicuistis, et de glorissima unione Grecorum cum ecclesia occidentali publicata illic et a locorum ipsorum populis magna cum alacritate suscepta.

Cum autem postea expectaremus vos cursum navigationis vestre, ut ceperatis, continuasse, tandem post longam molestamque expectationem renuntiatum fuit, vos ultima die ianuarii, que dies tertium et dimidiatum navigationis vestre mensem implebat, intrasse Constantinopolim.

Precesserat interim vos etiam prius quam ex Venetiis solveretis, fama unionis, et variantibus, prout sunt hominum ingenia, votis, leti aliqui, mesti nonnulli, dubii et in utramque partem parati plurimi de ea unione sentiebant. Quamobrem oportuit illico manum apponere, et ostensus imperatoris aliorumque, qui interfuerant, facte unionis fervor omnes pariter inflammasset, nec fuisset, qui a sententia discreparet, quam principis Germanorum totque prelatorum et prestantissimorum totius Grecie virorum concordia affectione atque intentione animi vidisset publicari edictoque publico suscipiendam proponi. Sed pernitiouse navigationis tarditati addita est perniciosior mora publicationis, quam ab imperatricis morte causantes videmini vobis forsitan excusabiles, quasi vero non fuerit tolerabile tante exultationis rem preponere dolori extincte mulieris, cui si eam dilexit maritus, hoc tanto cum trophæo debuit parentare. Nec ulla ex potentissimorum olim illius imperii principum uxoribus tante glorie funus habuisset. Dum vero expectare placuit, et dolori dolenter indulgere, miscuerunt colloquia, qui domi manserant, cum hiis, qui interfuerant unioni, et nata ex contentione sermonum garrulitas dissimulatam, dissimulata odium peperit, quod in recusandi resistendique pertinaciam obduruit. Quin fertur, quod vero est simillimum, existimasse Constantinopolitanos deterritum esse a publicatione imperatorem eius rei, quam iniustam senserit et populis perniciosam.

Aderat interea nequam ille Ephesinus, et conceptum virus undique evomebat; quem si imperator ita pro demerito puniri fuisset assensus, quemadmodum clarissime memorie

5 Nicropontum *Ms.* || Peloponensum; *Ms.* 21 tollerabile. *Ms.*

1 *Christoborus Garaloni, secundo decennio saeculi XI cancellarius legati (bailo) veneti Constantinopoli, sub Eugenio IV officialis curiae pontificiae, ab anno 1437 episcopus Coronensis, fuit saepe adhibitus pro legationibus pontificiis in causis unionis ecclesiarum orientalium et belli contra Turcos; cf. Ioh. MERCATI, Studi e testi, 46 (1926) 106. 4-5 urbes Methonensis et Coronensis in Peloponneso, et insula Euboea. 29 Marcus Eugenicus, metropolitā Ephesinus.*

Constantinus Arrium, ecclesie venenum, castigari permisit, multo pauciores habuisset adversarios.

Hec, venerabilis frater, gravia ducimus, sed ideo graviora, quod simul cum tanti boni spe tempus perit et impensa.

5 Itaque tuis quo ordine dixisti, in memoriali respondebimus. De laudibus in dipticis et acclamationibus in precibus, que scripsisti, grata fuerunt, et aliquid ad unionem habere videntur. Sed decreti publicationem factam fuisse vellemus, prout certe fieri oportuit, si imperator debiti sui memor id carum habuisset. Cuius rei postquam facta est hic mentio, ad omnia nunc respondebimus, que ubique correspondentia tetigisti.

10 Non placet nec ullo modo laudamus modo, ut rem imperfectam et tamen aliqua habentem principia abscidas et penitus destruas, sed ipsam potius arte et prudentia volumus sustentari, expectando, ut tempus multa immutare consuetum, iactis bene et laudabiliter fundamentis, extremam manum apponi adiuvet, et tamen caute est procedendum. ne tanta abiciatur impensa.

15 Tu namque, ut dicis, non aliter balistariorum impensa fecisti ac facis, quam si primo accessus vestri die ad publicandam unionem fuisset processum, nec vides id nullo modo decuisse modo, cum potius debueris, quamprimum tarditatem incipiendi habuisti exploratam, tardare etiam solutiones. Nunc enim ultra factam tot milium impensam duodecim alia impendi milia oportuit illis tutandis, qui ut salvi esse velint, nullatenus adduci possunt. Quare posthac te cohibebis, si obstinate ut antea et lente perrexerint procedere. Si vero ad cor reversi se excitabunt, et quod per negligentiam pene periit, reintegrabunt, continuare, et prout res exiget, impensum augere poteris. Nam cum a kalendis februar. florenos mille singulo mense debueris expendere, superessent tibi pecunie in futurum ianuarium necessarie, quamquam dilectus filius nobilis vir Paulus Imperialis as-

25 serit non esse nunc nec fuisse multis mensibus ultra centum quinquaginta balistarios, quod prudenter factum fuisse laudamus, et similiter in futurum fieri debere dicimus, ut scilicet, cum nullum adest periculum, paucos, cum mediocre, plures, cum maius, multos adhibeatis, sicque fiet, ut quas in totum februarium futurum habebas, in multos ex tunc secuturis mensibus pecunias stipendiorum habeas. Et si interim publicatio decreti, ut cre-

30 dimus, erit facta, et imperatorem suosque bene dispositos intelligemus, alia item, que in Grecorum libertatem tutelamque facere intendebamus, identidem perficere esset animus.

Nam etsi mors clare memorie Alberti Romanorum. regis et suborta postmodum in regnis Ungarie et Polonie dissidia copias terrestres parandi facultatem hactenus ademerunt, placabuntur interim dante domino regiones ille, ut saltem vere novo copias inde possimus educere; cum tamen maritima expeditio nobis continuo sit in promptu, Venetis, Ianuensibus, Rodiisque cum Constantinopolitanis quod iusserimus contribuere paratissimis, ymo ex nunc in minores necessitates, que possunt occurrere, prospicientes, ac duce, Ianuensi et ipso Paulo habemus, quod in futuri veris principio, quotienscunque necessarium fore iudicabis, paratas habebis triremes duas, unam apud Mithilenas, alteram apud Chium.

40 Dolemus autem, quod propter supradicta non potuisti hactenus ad Hiberos, prout optabamus, proficisci, sed speramus te ivisse cum galeis, que in principio augusti pre-

24 Paulus Imperialis civis Ianuensis (cf. doc. n. 242, pag. 16).  
oct. 1439 mortuus est.

38 dux Ianuensis Thomas Campofregoso.

32 Albertus II rex Germaniae die 27  
40 Hiberos id est incolas Georgiae. Etiam

postea Christophorus Coronensis in Georgiam non pervenisse videtur.



sentis ex Venetiis solverunt, ut ad Tanam navigent. Nam cum te Trapessundam et postea Caffam portaverint, poteris comode Hiberiam inde traicere et Tanam, dum ille intrabunt expedientque negotia et Trapessundam revertentur. Tu ex Hiberis re confecta reversus Constantinopolim poteris cum eisdem triremibus reverti. Magna enim et multifacienda, ut nosti, sunt, que in Hiberis geri possunt in christiane fidei [amplitudinem et facte unionis consolidationem. 5

Grecis, qui apud Constantinopolim sunt in magna confusione, ac prope in gentium obprobrio futuris, si vile ipsi et tenuissimum caput, factam ab eorum imperatore et prelatibusque unionem non satis solide tenuerint, quam Insulani prope et Rutheni Hiberique ac Trapezuntii cum plurimis amplexentur, prout maior horum pars iamiam est tenacissime amplexata. 10

Quare si, ut confidimus, ivisti, non prius quam reversus fueris, istas accipies. Quo casu si publicationem factam invenies et imperatorem cum suis bene dispositum, scribes ordine, quicquid sit gestum, et quid animi habeant circa expeditionem, quam libenter mittere festinaremus. Sin autem, quando iste reddentur tibi, non ivisses ad Hiberos, quo possis pacto accedere, non videmus. Cui incomodo atque, ut reputamus, damno, si aliud accessisset, continue imperatoris pigritie in publicando, poteris ad nos venire, non quidem rupta et interscissa unionis materia, sed bonis rationibus velata profectionis tue excusatione, quod ad nos venire intendas, necessaria quoque ad suscepti negotii consumationem impetraturus. 15 20

De patriarcha sunt, que in memoriali sequuntur. Quem et alias bonum virum esse et unioni, cui dum fieret, interfuit, favere leti audivimus. Sed cum epistolas ad nos dederit, datam sibi dignitatem renuntiantes, aperte sibi contradicit, eo in rerum et sententiarum genere, quod neque dissimulandum neque contemnendum aut concedendum dicimus. Qui enim nos summum pontificem et patrem et dominum in prima litterarum fronte appellat, de se postea dicens icumenici patriarche titulum usurpat, et certo modo continuans nos conministrum conservumque sibi parem facit, prout etiam pariter facit venerabiles fratres nostros sancte Romane ecclesie cardinales in aliis litteris ad eos scriptis. Quo enim modo, quem summum pontificem et patrem et dominum affirmaverit, sibi postea conministrum velit esse, non capimus. Et qua ratione aut inadvertentia potius, ne aliter dicamus, sese appellet icumenicum, non intelligimus, cum id insolens odiosumque verbum iampridem a sanctis illis patriarchis Asie, Africe ac Europe parti non minime obediendi leges imponentibus fuerit accuratissime repudiatum, et beatus noster Gregorius illud idem permissum unanimiter Romanis pontificibus a patribus in synodo Calcedonensi, cui sexcenti supraque interfuerunt episcopi, postea oblatum etiam sibi obstinate recusa- 25 30 35  
verit, adeo ut multis vel adulatione vel ex simplicitate cordis, dum sibi scriberent, illum eo salutantibus epitulo contendens, ne id facerent, exoravit, et cum multiplicantibus undique eius rei erroribus aliter providere nequiret, sese pre fastus impositi antidoto servum dei servorum, quod postea omnes facimus ipsius successores, tunc primo appellare ceperit. Pudet certe et errori compatimur, cum id in mentem redit, ausum esse virum 40

8 capud Ms.

21 patriarcha Metrophanes II (1440-1443), quondam metropolita Cyzici, qui concilio Florentino interfuit et decreto unionis subscripsit. 22 hae litterae Metrophanis II patriarchae ad Eugenium IV papam a me inventae non sunt.

annis gravem et ecclesiasticis innutritum, cui tenuiter prope soli pareant, qui confractam incolunt Constantinopolitanam urbem, cuique paucis sustendandis in contubernio pueris suppetunt facultates, se icumenicum, quod verbum, ut nostri inhabitati orbis terrarum complectitur significatum, patriarcham dicere. Desinat, quesumus, nostro consilio talia  
 5 scribere et sentire, potiusque tempori cedens et rerum conditioni vel prudentia ductus et humilitate vel sancti nostri Gregorii exemplo innixus se Constantinopolitane urbis, ut est, patriarcham, et minimum, prout omnes esse debemus, dei appellet servorum.

Quod quidem cum ab illo fieri intelligemus, subsidia illa a te postulata, et forte ma-  
 iora afferemus, ut quod se nunc inani iactatione appellat, honoratus patriarcha et tanquam  
 10 nationis sue primarius vivere et non solum se decenter sustentare, sed confratribus, coad-  
 ministris et servitoribus benefacere ac dei pauperes alere possit.

Et si commendanda, ut scripsisti beneficia ad id presto non erunt, supplebimus ex marsupio beati Petri, a quo omnia percipimus, quo ad statum suum adeo sentiat per humilitatem reformatum, ut sine fastus et luxus inquinamento opulentam et magno pa-  
 15 triarcha dignam possit vitam traducere.

Sed de Euriponti ecclesia, quod optat et tu scribis, nec decens esset, neque Venetis tolerabile. Non enim unquam alias ante quingentos annos prius quam fieret scissura, fuit ea ecclesia Constantinopolitane unita, sed postea quam ventum erat ad scissuram, Veneti cupientes patriarcham, qui ex suis primus in Italia est creatus, habere unde viveret, ca-  
 20 salia duo in Creta ex proprio donaverunt et huius ecclesie bonis etiam aucte iura illi a Romano pontifice dari impetraverunt. Est tamen intentionis nostre, cum hic patriarcha Venetus per cessum vel decessum eam dimittet ecclesiam, archiepiscopum illi dare, Grecis quod optamus speramusque circa unionem interea facientibus.

De Georgio Trapezuntio, si redire in Greciam volet, curabimus.

25 De theologis vero pridem est curatum ab ordinis Minorum Predicatorumque quibus-  
 dam, quibus id negotii datum fuit a nobis.

Constantino despoto copiose scribimus, ut videbis. Sed de litteris apostolicis que pe-  
 tiisti, quo potuerimus modo facere, non vidimus, ne germanos natu et dignitate potiores averteremus, quod cum ignominia fieret et cum damno. Potes tamen illum erigere in  
 30 bonam spem, si rebus unionis ut cepit, constanter favere perseverabit.

Tabellariis est, ut scripsisti, et supra satisfactum. Consideravimus attente, que scrip-  
 sisti de B. Lupari et tanti erimus in calculo examinando; sed si venies, computa portato vel per primos, qui occurrent, fidos mittes. Ceterum Iohannes Torcellus, quem oportune  
 in filio et aliter suscipiemus commendatum, nobis inter alia scribit, quod tamen alias  
 35 audivimus.

17 tollerabile Ms.

16 *Euriponti ecclesia* = insulae Euboeae ecclesia; Euboea adhuc dominationi Venetorum subiecta erat. 18 *Constantinopolitanæ scilicet ecclesiae* || postea, scilicet post expugnationem Constantinopolis (1204). 21 cf. PRES-  
 SUTTI 5428. 24 *Georgius Trapezuntius, natus Cretæ 1396 ex familia Trapezuntina; iam ab anno 1428 in Italia, magister linguæ graecæ etc. ab Eugenio IV Nicolao V, Paulo II protectus; de eo recentissime scripsit A. MERCATI, Orientalia Christiana Periodica 9 (1943) 65-99.* 27 *Constantinus Palaeologus despotus Graeciae et postea imperator. Epistola papalis Christophoro Coronensi pro Constantino Palaeologo promissa cum ea coin-  
 cidere videtur, quam sub n. 249 edam (22 apr. 1441).* 32 *Baldassarus Lupari civis Bononiensis, familiaris pontificus, die 7 iulii Constantinopolim 1437 pro negotiis Sanctae Sedis profectus: cf. saluumconductum eius, in Ep. pontif. I, n. 78, pag. 78-79.*

Capitulum et clericos ecclesiam sancte Sophie inhabitantes esse pauperrimos; cum vix habeant in redditibus ducatos auri centum. Quare volumus experiri, si data eis subventio et mentis in unione rectitudinem et alias virtutes in illis poterit adaugere. Contentamurque et tibi committimus, ut ipsis, quid sis facturus premonitis, deputes ducatos ducentos eis in anno uno, quam primum has acceperis, inchoando hac ratione distribuendos. 5 Moneantur omnes, prout in nostris collegiatis et cathedralibus ecclesiis fit, ut omnibus horis divino intersint officio, et qui paruerint, dignitatis et officii congruam accipiant portionem, eis in fine mensis, facto diligenter calculo, persolvendam. Et si in primo anno beneficium id nostrum promereri voluisse videbuntur, oportune eis et successoribus providebimus in futurum. 10

De te ipso nichil est, quod vereare; nam sumus et erimus laborum tuorum memores atque grati, sed eorum, que profecturus petivisti, nulla adhuc oblata est occasio, cum nec ecclesiam nec officium a te petita vacare contigerit, ymo cum id officium, de cuius vacatione certo modo sperabatur, petissent multi, constanter respondimus, tibi illud iam pridem esse destinatum. Quare bono animo, quoad cepisti, perficere perseverabis. Et si 15 mansurus pecuniis pro tuo victu indigebis, eas accipe et litteras cambi Venetias mitte, quas nos certiores facti illico acceptari curabimus.

Datum Florentie anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadregesimo, octavo kal. septembris, pontificatus nostri anno decimo.

P. de Vivianis. 20

## 244.

*Eugenius IV Michaeli Zeno civi Veneto obligationem camerae apostolicae pro pecunia accepta dat.*

*1440 oct. 14 Florentiae.*

*Ed. Leo ALLATIUS, In Roberti Creyghtoni apparatus, versionem et notas ad historiam concilii Florentinam scriptam a Silvestro Syropulo (Roma 1665) 689, iuxta copiam coevam archivi Vaticani, quae a me reperta non est.*

*Alia brevvia pontificia eidem data cf. in Reg. Vat. 382, 122<sup>r</sup>-123<sup>r</sup>.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO MICHAELI ZENO CIVI VENETIARUM SCUTIFERO NOSTRO, COMITI PALATINO, SALUTEM ETC.

Cum tu nuper nobis et camere apostolice pro necessitatibus occurrentibus mutaveris in pecunia numerata florenos auri de camera mille, animo et intentione rehabendi illos a nobis aut a camera supradicta, nos volentes tue indemnitati et satisfactioni, prout 25

1 pauperimos Ms. 11 labiorum Ms.

2 Iohannes Torcellus Cretensis, die 20 aug. 1439 creatus familiaris pontificius; cf. Ep. pontif. II, n. 206, pag. 97-98; die 9 iul. 1443 «civis Constantinopolitanus» fit miles apostolicus, cf. Ep. pontif. III, n. 268. 21 Michael Zeno legationem pontificiam, quae autumnno anni 1437 Graecos ad concilium Florentinum adeundum adduxit, adiuvabat; cf. Orientalia Christiana Periodica 9 (1943) 184-186.

tenemur consulere et providere, cameram apostolicam et omnia ipsius iura, redditus et proventus tibi ratione predicti mutui mille florenorum auri de camera obligamus, concedentes tibi, ut quam primum elapsi fuerint sex menses a data presentium computandi, predictam quantitatem mille florenorum ex introitibus et proventibus, qui ad dictam cameram apostolicam quomodolibet provenerunt, petere et exigere valeas. Et nihilominus mandantes dilecto filio Ludovico cardinali Aquilegiensi camerario nostro ac gentibus dicte camere, quatenus de predicta quantitate mille florenorum tibi post finitos sex menses predictos respondeant et satisfaciant cum effectu.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo [quadragésimo], pridie idus octobris, pontificatus nostri anno X.

## 245.

*Eugenius IV universitatem Salmanticensem hortatur, ut auctoritatem Pontificis Romani defendat.*

[1441 febr. 8] Florentiae.

*Copia coeva bibliothecae Vaticanae, Chigi D VII 101, 91<sup>v</sup>-92<sup>r</sup>: archivi Vaticani, Reg. Vat. 359, 114<sup>r</sup>-114<sup>v</sup>.*

*Epistolam edam secundum codicem archivi Vaticani.*

*Ed. RAYNALDUS, ad annum 1440 (cum chronologia falsa), n. 7.*

[D]ILECTIS FILIIS RECTORI ET UNIVERSITATI STUDII SALAMANTINENSIS, SALUTEM ETC.

Agimus primum gratias deo salvatori nostro, dilecti filii, qui vobis largitus est scientiam, qua saperetis, que sua sunt, tum vero commendamus ex corde vestram devotionem, que firmata est supra petram adversus errores eorum, qui in viam sathane abierunt. 15 'Necesse est' ut inquit veritas, 'ut scandala eveniant, verumtamen ve illis, per quos ea evenerunt'. Nam licet Petri navicula variis fluctuum tempestatibus sepius agitata sit, dextera tamen domini, que illam regit, non sinit submergi, sed in portum tranquillitatis dirigit post tempestatem.

Itaque cooperante eo, qui novit aspera deducere in vias planas, a certo tenemus, 20 quod illud Basiliense monstrum in dei contumeliam, in opprobrium fidei, in scandalum christianorum, in animarum interitum per filios perditionis erectum confringet virtus altissimi, qui nunquam in se sperantes derelinquit. Vos autem, sicut scribitis, perseverate in bona dispositione vestra, in solita erga nos et sedem apostolicam devotione. Summam enim consolationem in domino suscepimus ex vestris literis, quas tam devote, tam reverenter scribitis ad nos, condolentes de iis, que contra nos per Basiliensium impietatem 25 facta sunt in desolationem ecclesie sancte dei et ipsius miserabilem scissuram. Sentitis et

16 *expectaretur* eveniunt.

6 Ludovicus Scarampi cardinalis Aquilegiensis (1439-1465). 13 cf. *Matth.* 16, 23; *Mc.* 8, 33. 14 cf. *Matth.* 7, 24-25. 15 *Matth.* 18, 7. 16 quoad imaginem navis ecclesiae cf. Hugo RAHNER S. I., *Antenna Crucis, Zeitschrift für kath. Theologie* 66 (1942) 196 sqq. 19 cf. *Luc.* 3, 7.

scribitis recte ac vere, prout decet vestram prudentiam. Et multum letamur studia vestra bonum fructum tulisse in vobis. Eï autem, qui a vobis exivit, sed non ex vobis, det deus, ut resipiscat a laqueis diaboli. Sed veremur, ne ex illis vasis sit, que fiunt in contumeliam, ut iustitia domini manifestetur in eis. Fuerunt enim semper et sunt multi inimici crucis Christi, qui speciem agni ostentant, ut tanquam lupi rapaces habeant, quos devorent et trahant in suos errores.

Vos autem reiecto impio cum sua impietate suscipite scutum defensionis ecclesie et unitatis, quantum in vobis est, et resistite adversantibus vobis et apostolice sedi, atque auctoritatem nostram et dignitatem defendite, ut sic agentes a deo eterna premia et a nobis ac sede prefata retributionem dignam vestris meritis recipere valeatis.

Datum Florentie etc.

### 246.

*Eugenius IV terram Burgi Sancti Sepulchri (Borgo San Sepulcro) civitati Florentiae pignorat.*

*1441 febr. 24 Florentiae.*

*Copia coeava archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 207<sup>r</sup>-207<sup>v</sup>. In margine: Poggius,*

EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS COMMUNITATI ET POPULO CIVITATIS FLORENTIE, SALUTEM ETC.

Cum [v]os — propter multiplicia ac varia expensarum onera nobis et Romane ecclesie incumbencia atque supportanda camere apostolice propter temporis condicionem non suppetunt facultates — nobis mutuo dederitis et concesseritis florenorum auri de sigillo millia viginti quinque, que nomine vestro per manus dilecti filii nobilis viri comi Iohannis de Medicis domicelli Florentini recepimus in pecunia numerata,

nos volentes, prout equum est, vestre idempnitati ac securitati in hoc debite providere, terram Burgi Sancti Sepulchri ad nos et prefatam ecclesiam pleno iure spectantem cum omnibus territorio, iuribus et pertinentiis suis auctoritate apostolica vobis pignori et loco pignoris pro eisdem viginti quinque milibus florenorum damus, concedimus et assignamus vobis interim, donec ipsam terram in pignus huiusmodi tenueritis, merum et mixtum imperium gladiique potestatem et omnimodam iurisdictionem temporalem, que per ipsam ecclesiam inibi exerceri consueverunt ac quod in eadem potestatem et alios consuetos officiales et castellanos pro tempore ponere et deponere, fructus quoque, redditus, introitus et proventus dicte terre exigere et percipere ac de illo pro libito voluntatis libere disponere et ordinare, omniaque et singula, que ad bonum regimen, gubernationem

13 vos] nos Ms. || honera Ms. 14 incombanca Ms. 15 suppetunt Ms.

2 cf. 1 Ioh. 3, 19. 3 cf. 2 Tim. 2, 26; Rom. 9, 22. || Iohannes de Segovia, unus ex principalibus adversariis Eugenii IV, postea tamen cum Nicolao V reconciliatus. 4 cf. Phil. 3, 18. 5 cf. Matth. 7, 15; Act. 20, 29. 10 documentum praecedens in registro pontificio habet datum: VIII kal. febr., anno X. 16 Iohannes de Medici, filius Cosimi (1389-1464). 19 Borgo San Sepulcro, in provincia Arezzo.

tionem, tutelam et defensionem ipsius terre utilia, necessaria et opportuna fuerint, facere et disponere possitis.

Eadem auctoritate vobis concedentes volumus insuper, ut prefatam terram eiusque habitatores et incolas ad nostrum et sancte Romane ecclesie statum et honorem iuste regere, gubernare et conservare teneamini; quodque nullas novas gabellas, vectigalia vel pedagia seu alia onera insueta aut exactionem vel impositionem nisi hactenus consuetas imponere vel exigere in ipsa terra modo aliquo debeatis.

Quodque quandocumque per nos vel successores nostros prefata vigintiquinque milia florenorum de sigillo vobis fuerint reddita, ex tunc prefatam terram cum iuribus, territorio et pertinentiis prefatis nobis vel eisdem successoribus restituere teneamini absque contradictione quacumque.

Datum Florencie, anno incarnationis dominice MCCCCXI., sexto kal. marcii, pontificatus nostri anno decimo.

Collationata et scripta per me H. Fonlam.

#### 247.

*Eugenius IV Christophoro episcopo Coronensi de causa unionis Graecorum scribit.*

*1441 apr. 13 Florentiae.*

*Diploma orig., hodie deperditum, quondam monasterii S. Mariae Novellae, postea R. Archivi Florentini, sicut ex descriptione catalogi R. Archivi, t. 64 apparet: Spoglio delle cartapecore del convento S. Maria Novella di Firenze. «1441. 13 aprile. Altra bolla del Pontefice Eugenio IV, mancante del piombo a Cristoforo vescovo di Cronstadt (erronee loco: Corone), simile a quella di 25 agosto 1440, con più la pubblicazione del Concilio a Corone, Mutrone (erronee loco: Modone, o Methone), Negroponte e Peloponneso. La morte dell'imperatrice avea ritardato la pubblicazione in Constantinopoli dove erano egli e l'Imperatore Giovanni Paleologo giunti al dì 31 gennaio. Data in Firenze l'anno XI». Iam die 23 febr. 1938 hoc documentum non fuit in archivo inventum.*

*Christophorus Garatone fuit episcopus Coronensis 1437-1449.*

#### 248.

*Eugenius IV universitatem Montispessulanensem hortatur, ut auctoritatem Pontificis Romani defendat.*

*144[1] apr. 21 Florentiae.*

*Copiae coevae: Wien, Nationalbibliothek, codex Latinus 4954, 253<sup>r</sup>-262<sup>r</sup>; München, Staatsbibliothek, codex Latinus 85, 323<sup>r</sup>-328<sup>r</sup>; IOHANNES DE SEGOVIA, lib. 18, cap. 28 = Conc. Basiliense 3, 1152 sqq. Copia coeva (?) bibliothecae Vaticanae, Ottob. Lat. 2516, (codex miscellaneus,*

1 necessaria Ms.

*maxima ex parte saec. XIV, ex altera parte saec. XV) 186<sup>r</sup>-193<sup>r</sup> (sub dato anni 1439). Textum secundum codicem Vindobonensem edam.*

*Etiam aliis universitatibus, e. gr. Salmanticensi (cf. doc. n. 245, pag. 22-23). Parisiensi (cf. doc. n. 249, pag. 35), Avinionensi, Tolosanae, haec bulla est missa. Cf. VALOIS II, 208, nota 2; Reichstagsakten 16, 300, nota 3; 529, nota 10.*

*Analysis brevis huius epistolae apud VALOIS II, 208-209. Synodus Basiliensis eam refutare studuit; cf. Mon. conc. 3, 1153-1191.*

*De chronologia huius epistolae pontificiae aliqua dicere oportet. Datum chronologicum in manuscriptis coaevis mihi notis et in traditione Iohannis de Segovia item coetanei est: Datum Florentiae, anno incarnationis dominice MCCCCXLI, XII kalendas maii, pontificatus nostri anno undecimo. Cum in documentis pontificiis saeculi XV observatus sit calculus Florentinus, qui annum incipit a die 25 martii et quidem, in contradistinctione a calculo Pisano, duobus mensibus et 25 diebus post computationem nostram anni, deduci recte posset vel etiam forsitan deberet epistolam fuisse anno 1442 missam. Sed ecce aliquae difficultates exurgunt, quae nobis saltem cum probabilitate suadent illud documentum fuisse anno 1441 exaratum. Nam in eo positum est: pontificatus nostri anno undecimo. Annus autem undecimus pontificatus Eugenii IV, qui die 3 martii 1431 regnare coepit, inter diem 3 martii 1441 et 3 martii 1442 currit. Ideo, cum epistola die 21 apr. scripta sit, dicendum esset: « anno duodecimo », si annus 1442 retineretur. Praeterea ex tenore ipsius epistolae et ex circumstantiis historicis eius apparet annum 1442 bene excludi videri; nam papa Eugenius inter triumphos concilii Florentini contra synodales Basilienses unionem Graecorum (6 iul. 1439) et Armenorum (22 nov. 1439) ponit, sed silet omnino de unione Coptorum die 4 febr. 1442 conclusa; ergo epistola ante unionem Coptorum scripta esse videtur. Ex circumstantiis historicis hoc notari iuvat; epistola fuit missa praecise anno 1441 etiam aliis universitatibus, e. gr. universitati Avinionensi et Parisiensi die 5 maii 1441 (cf. VALOIS II, 208, nota 3; doc. n. 249 in Ep. pontif. III, pag. 35).*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTIS FILIIS, RECTORI ET UNIVERSITATI STUDII MONTISPESSULANI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Etsi non dubitemus, quae scripturi sumus, iam dudum in vestram noticiam pervenisse, quoniam Basiliensis synagoge iniquitas celum et terras, quasi Sodoma, suo clamore complevit, tamen cum eius venena etiam fidei fundamenta conentur evertere, tacere aut dissimulare non possumus. Verum et providere compellimur, quo saluti religionis et fidei consulamus, scientes instituendi summi pontificii in evangelica lege causam eam potissimum extitisse, ut fidei unitas et integritas servaretur.

Cum ergo in presenciarum catholice fidei ledatur integritas, universitatem vestram ad tante impietati occurrendum excitare compellimur, ut zelo iustitiae et veritatis induti sacrilegis Basiliensium ausibus, sicut et professionis vestre ratio exigit, viriliter resistatis, ne adinvencionibus sancti evangelii veritatem corrumpere molientes contra stabilitate et ab initio predicate fidei fundamenta plerosque indoctos simplicesque seducant.

Previdebat apostolus Paulus, qui spiritum dei se habere senciebat, talium hominum futura portenta, quibus in periculum traheretur ecclesia. Propterea ad Thymotheum(!),

12 ewangelii Ms.

1 universitas Montpellier.

scribens presentes futurosque commonebat dicens: 'hoc autem scito, quod novissimis diebus instabunt tempora periculosa, et erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminales, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, ceci, voluptatum amatores magis quam dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, et hos devota'. Et ne ob tantam maliciam esset de domini misericordia desperandum, quod veritati falsitas et pietati prevaleret impietas, consolabatur fideles: 'Quemadmodum autem Iannes et Mambres restiterunt Moysi, ita et hii resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient; insipientia enim illorum manifesta erit omnibus, sicut eorum fuit'.

Hos novissimos dies, dilectissimi, in presenciarum adesse sentimus, tempora periculosissima imminere cernentes, quibus filio perdicionis et mortis prepararetur ingressus, nisi oportune ipsis novis adinventionibus occurratur. Quando enim periculosiora tempora instare potuerunt, quam cum uno impetu tocius fidei fundamenta quaciuntur? Quod fieri necesse est, cum sedes apostolica impetitur, que catholice fidei et religionis est custos.

Quis enim Christi baptismate consecratus possit ignorare vel debeat ad fidei pertinere substanciam et inter credibilia quodam modo origine esse primarium, ut unam sanctam catholicam et apostolicam confiteamur ecclesiam? Quis porro non intelligat hanc ecclesie unitatem Basiliensium impietate violari, cum aut duas supremas introducunt in dei ecclesia potestates, aut si unam tantum esse contendunt, auctoritatis summum apicem a sede apostolica evacuare conantur, quod et evangelio et fidei hactenus observate ac omnium sanctorum doctrine et vere rationi penitus contradicit? Quis enim evangelii vel surdus auditor ignoret beatissimo Petro, omnium apostolorum principi, tocius gregis dominici curam fuisse mandatam et ipsum in universali ecclesia et super universalem ecclesiam dispersam per orbem terrarum vel conciliariter congregatam fuisse supremum pontificem constitutum, ut Ihesu Christi domini nostri vice cum suis successoribus fungeretur omni auctoritate munitus et potestate, que usque in finem seculi necessaria videretur? Hoc non tantum catholica credit ecclesia, verum eciam hii, qui nondum colla Christi evangelio subdiderunt. Opinantur enim et senciunt, quod Romanus pontifex supremus ierarcha sit tocius populi christiani et super universam ecclesiam Christi vice fungatur ac plenariam obtineat potestatem. Hanc non poterunt impiorum machinamenta convellere, quamvis ad tempus impugnare sinantur, quoniam, quod dei filius in assumpta humanitate fundavit, ordinavit, erexit, celum et terra omnisque creatura immutare non poterunt. Legant isti ceci et in clarissimo lumine non videntes evangelicas litteras, concilia in Occidentali et Orientali ecclesia celebrata percurrant, sanctissimos doctores, quos apostolice sedis et quinte synodi apud Constantinopolim celebrate probavit auctoritas, diligenter inquirent, scrutentur propinquiorum temporum magistros atque doctores, quibus ducibus vel archana (!), et sanctorum doctorum sentencie claruerunt, invenient universa ad hanc intelligenciam consonare. Longum nimis esset pro epistolari angustia cuncta percurrere, ut in conspectu

3 affectione *Ms.*    27 necessaria *Ms.*    31 potuerunt *Ms.*

1 2 *Tim.* 3, 1-5.    8 2 *Tim.* 3, 8-9.    17 *cf.* *symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum apud DENZINGER 86.*  
35 *cf.* *concilium V oecumen. (Constantinopolitanum II), actio 3 = MANSI 9, 201-202.*



singula ad hanc rem spectancia pervenirent. Verum quoniam, ut ait apostolus, 'scientibus legem' loquimur et 'sapientiam loquimur inter perfectos', silencio illa transimus.

In hanc vero impietatem ea ratione deciderunt isti evangelii corruptores, quod intelligentiam scripturarum non a catholicis sanctisque doctoribus, sed ab heresiarchis atque scismaticis vindicare voluerunt. Quas enim scripturas perverse intellectas illi ad robur erroris sui sumendas esse crediderunt, eisdem isti munire se contendunt. Fuerunt Novaciani et Donatiste nephandorum scismatum inventores, quibusdam scripturarum locis suis erroribus blandientes. Basiliensium horum 'genimina viperarum' eadem ad robur sue impietatis asciscunt. Quo enim maiore robore se munire conantur, quam quod: 'Ubi fuerunt duo vel tres collecti in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum', hinc se habere presenciam spiritus sancti profitentur. Hinc se dicunt errare non posse. Hinc sibi in Christi ecclesia apicem auctoritatis usurpant. Et quo alio capite Novaciani suum scisma munierunt? Testis est martyr gloriosissimus Cyprianus in eo opere, in quo de unitate disseruit, cuius quanta in ecclesia dei fuerit auctoritas, testis est contra Pelagianos Aurelius Augustinus.

Dicit ergo, ut eius verba ponamus: 'nec se quidam vana interpretacione decipiant, quod dixerit dominus: «Ubicumque fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum»; corruptores evangelii atque interpretes falsi extrema ponunt, ut superiora pretereant, partis memores et partem subdole comprimentes'. 'Dominus enim, cum discipulis suis unanimatem suaderet et pacem: «Dico», inquit, «vobis, quoniam si duo ex vobis convenierint in terra, de omni re, quamcumque pecieritis, continget vobis a patre meo, qui in celis est. Ubicumque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego sum cum eis», ostendens non multitudini, sed unanimitati deprecancium plurimum tribui', 'ut si secundum quod mandavit et monuit, duo aut tres collecti unanimiter oraverint, impetrare possint de dei maiestate, quod postulant. «Ubicumque fuerint duo aut tres, ego», inquit, «cum eis sum», cum simplicibus scilicet atque pacatis', 'cum deum timentibus et dei precepta servantibus. Cum hiis duobus aut tribus esse se dixit, quomodo et cum tribus pueris in camino ignis fuit', 'quomodo cum duobus apostolis in custodia clausis, quia simplices, quia unanimes erant, ipse affuit resolutis carceris claustris, ut verbum, quod fideliter predicabant, multitudini traderent, ad forum rursus inposuit. Quando ergo in preceptis suis dominus ponit et dicit: «Ubicumque fuerint duo aut tres, ego cum eis sum», exprobrat discordiam perfidis, et fidelibus pacem sua voce commendans, ostendit se esse magis cum duobus vel tribus concordibus, quam cum dissencientibus pluribus plusque impetrari posse paucorum concordia quam discordi oracione multorum'. Hec scripsit martyr gloriosissimus Cyprianus, non tantum Affricanis atque Occidentalibus, verum eciam, ut Augustinus inquit, Orientalibus ecclesiis fama predicante et scripta eius longe lateque diff[undente] notissimus.

Ex quibus clarissime datur intellegi, quanta omnium scismaticorum extet impietas, qui id ad robur sui erroris inducunt, cum pateat nullam ex hiis verbis iurisdictionis

3 evangelii *Ms.*    36 diffiniente *Ms.*    38 iurisdictionis *Ms.*

1 *cf.* Rom. 7, 1    2 1 Cor. 2, 6.    8 Luc. 3, 7.    7 Mt. 18, 20.    14 *cf.* AUGUSTINUS, *De peccatorum meritis et remissione*, lib. III, cap. 5 = MIGNE PL 44, 190-191.    16 *cf.* CYPRIANUS, *Liber de unitate ecclesiae*, c. 12 = MIGNE PL 4, 508 B-C, 509 B; HARTEL 220-221.    17 Mt. 18, 20.    20 Mt. 18, 19.    25 Mt. 18, 19.    27 *cf.* Dan. 3.    28 *cf.* Act. 5.    35 *cf.* AUGUSTINUS, *Sermo 310*, c. 1, c. 4 = MIGNE PL 38, 1413 A, 1414 A.

potestatem fuisse concessam, sed quod unanimiter orantium expressa sint merita. Eant ergo Basilienses isti seductores atque vaniloqui cum Novacianis in tenebras suas, et nisi respiscant, pariter eterno igne conflentur. Donatiste eciam, cum in Affrica scisma fecissent et apud se veram Christi ecclesiam manere dixissent, eodem se corrupte intel-  
 5 ligencie capite muniebant. Necnon heresiarche illi atqui scismatici, qui Iohanne XXII pre-  
 decessore nostro in sede apostolica presidente, scisma fecerunt et Petrum de Corrario in  
 ydolum erexerunt, iniquitatem suam hac eadem radice fundantes munierunt. Fuerunt impietatis illius dyabolici fundatores Marsilius de Padua, Iohannes de Ganduno, Guillelmus  
 Ocham alii que nonnulli, qui non tantum sui temporis, sed eciam futuri seculi homines  
 10 venenarunt. Inde procedit omnis corruptela presencium, quod desertis sanctis doctoribus,  
 qui ecclesiam dei illuminaverunt, se ad heresiarchas et scismaticos contulerunt. Quam  
 ergo Basilienses, horum imitatores, in scripturis divinis sacrisque doctoribus possent ha-  
 bere intelligentiam, nisi quam de magistrorum suorum venenatis fontibus ebibissent? He-  
 resiarche illi cum doctrinis suis per apostolicam sedem anathematis mucrone percussi,  
 15 qui terrarum ubique fugitantes in quodam angulo latuerunt et in heresi contumaciter per-  
 severantes diem ultimum obierunt, partem sortiti cum Datan et Abyron, quos pre ma-  
 gnitudine sceleris viventes infernus absorbit, horum Basilienses inherendo vestigiis par  
 in ecclesia dei scismatis scandalum pepererunt et nunc circumlatrare non desinunt, quo  
 imitatores sui erroris acquirant.

20 Obviandum ergo fore censuimus et cum omni diligentia vigilandum, ne isti propheta-  
 norum dogmatum assertores in ecclesiam dei virus sue impietatis effundant. Una est enim  
 vera fides et nisi una esse non potest, nec in ea potest quicquam minui aut augeri, di-  
 cente apostolo: 'quoniam unus deus, una fides, unum baptisma', una est eciam ecclesia  
 catholica in omni terrarum orbe diffusa, unaque est plenitudo ecclesiastice potestatis in  
 25 beato Petro apostolorum principe collocata, que eadem nec maior aut minor in suis  
 successoribus usque in seculi finem perseverat. Quod potuit Petrus, hoc Silvester, hoc  
 Leo, hoc ceteri potuere pontifices, et quod illi potuere, nos possumus. Nec, si in prede-  
 cessoribus nostris apostolica sedes conciliis auctoritatem prestare consuevit et legitime  
 facta firmare, perperam vero et inique actitata dampnare, temporibus nostris debet ab  
 30 hac auctoritate cecidisse. Nam etsi sumus impares meritis, non tamen imparis potestatis.  
 Aliud enim, inquit beatissimus Leo, sunt merita presulum, aliud sunt iura et privilegia  
 sedium. Dedit Nicene synodo auctoritatem beatissimus Silvester synodum convocando,  
 presidentes vice sua ibidem destinando, gestis conciliaribus firmitatem roburque prestando.  
 Extant ad ipsum Nicene synodi littere, quibus patres cum summa humilitate deposcunt, ut  
 35 ibidem gesta apostolice sedis auctoritas confirmet. Extant ipsius littere, quibus in synodo  
 Rome celebrata, habito diligenti discussionis examine Nicene synodi gesta confirmat. Pa-  
 riter beate memorie Celestinus primam Ephesinam synodum apostolica auctoritate confir-

13 de venenatis *Ms.*

6 *Petrus de Corrario = Petrus Rainalducci de Corbara, antipapa (Nicolaus V) 1328; die 25 aug. 1330 Iohanni XXII papae se subiecit.* 8 *errores Marsilii Palavini et Iohannis de Ianduno de constitutione ecclesiae a Iohanne XXII condemnati cf. DENZINGER 495-500.* 9 *Occam, defensor Ludovici Bavari contra Iohannem XXII papam; cf. DTC XI, 864-904.* 16 *cf. Num. 16, 33.* 23 *Eph. 4, 5.* 31 *LEO I papa (440-461), Epistola 119 Maximo Antiocheno, c. 3 = MIGNE PL 54, 1043 A.* 34 *synodi Nicaenae (325) epistola spuria = MANSI 2, 719 C-E.* 35 *epistola Sylvestri papae (314-335) spuria = MANSI 2, 720 C-E.*

mavit, nomine suo certos ibi statuens presidere. Cum vero Nestoriana peste dampnata Eut[h]jiana insurrexisset impietas, et ad illam funditus abolendam secundo apud Ephesum Theodosii iunioris tempore synodus vocaretur, eam beatissimus Leo auctoritate apostolica firmavit, missis Iulio episcopo, Renato presbytero, Hylaro diacono, qui suo nomine presiderent. Cumque Dyoscorus Alexandrinus antistes eam synodum ad ap- 5 probationem Euthiciani erroris vi et arte traxisset et apostolicis presidentibus vim, quo subscriberent, inferre voluisset ac fugam subire coëgisset, beatissimus Leo synodum universalem atque plenariam et auctoritate apostolica convocata, sed a vera fide et ecclesiasticis regulis deviantem, eadem auctoritate submovit et dampnatis impie factionis auctoribus, Chalcedonensem synodum convocavit in correptionem illius. In quo eliminata 10 Euthiciani erroris insaniam Dyoscorus pro sua temeritate et impietate mulctatus est. Ad eam synodum missi sunt Pascasius et Lucensius episcopi, Bonifacius et Basilius presbyteri, qui sedis apostolice nomine presiderent. Verum cum terminato concilio acta synodalia confirmari auctoritate apostolica patres synodi humiliter postulassent, beatissimus Leo ea dumtaxat censuit confirmanda, que ad materiam fidei pertinerent. Quod 15 autem Constantinopolitane sedi in Alexandrine et Anthiocene preiudicium fuisset indultum, quamvis in ea re presidentes subscripsissent, tanquam indignum iniustumque reiecit, asserens eam synodum ad extinguendum solum heresim ac confirmationem fidei katholice congregatam et presidentibus facultatem in ea sola re fuisse concessam. Extant ipsius beatissimi Leonis littere, que hec omnia ita se habere testantur. 20

Ex quibus evidenter elucet concilia plenariam semper auctoritatem a sede apostolica suscepisse, nec sine illa aliquid virtutis aut roboris habuisse et de ipsis iudicandi apud eandem semper facultatem iudiciumque resedissee.

Gesta eciam ecclesiastica percurrenti clarissime datur intueri convocatas synodos persepe magnis simultatibus et dissensionibus laborasse, nisi que fuisset apostolice sedis 25 auctoritas, ecclesiam magno dissidentium [v]ulnere perituram, multis excellentissimis et in ecclesia dei prestantissimis patribus iniqua factione pereuntibus.

Que ita se habere beatissimo Gelasio referente cognoscimus. Ait enim ad episcopos, per Dardaniam constitutos: 'cuncta per mundum novit ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli ius habeat resolvendi, utpote que 30 de omni ecclesia fas habebat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt. Ab illa autem nemo sit appellare permissus'.

'Sed nec illa preterimus, quod apostolica sedes sine ulla synodo precedente solvendi, quos synodus inique ligaverat, et dampnandi nulla existente synodo, quos oportuerit, 35 habuerit facultatem. Sancte memorie quippe [Athanasium] synodus Orientalis addixerat,

26 vlnere Ms. 27 fazione Ms. 31 phas Ms. 34 post apostolica sedes in Ms. aliqua confusio, scilicet transpositio textus, per aliquas paginas facta est, quae tamen iam a scriptore (probabiliter Thoma de Hasselbach, qui etiam declarationem anno 1443 de concordia textus cum bulla originali dempta illa transpositione, dedit, 263'), linea marginali ducta, notata est, et pacile corrigi potest. 36 Anastasium Ms.

1 cf. epistolam Coelestini Theodosio imperatori 15 maii 431 missam apud MANSI 4, 1291, et expositionem historicam HEFELK-LECLERCQ II, 290. 3 cf. epistolam Leonis I papae Theodosio II imperatori die 13 maii 449 missam apud MIGNE, PL 54, 811 et expositionem historicam HEFELK-LECLERCQ II, 566. 15 LEO I papa (440-461), Epistola 114, synodo Chalcedonensi = MIGNE PL 54, 1027 B-1034 A. 29 GELASIUS I papa (492-496), Epistola die 1 febr. 495 episcopis Dardaniae, cap. 26 = THIEL 399-400 GUENTHER (CSEL, 35) 378-380.

quem tamen exceptum sedes apostolica, quia dampnacioni Grecorum non consentit, absolvit. Sancte memorie nichilominus Iohannem Constantinopolitanum synodus eciam catholicorum certe dampnarat, quem simili modo sedes apostolica, eciam sola, quia non consentit, absolvit. Itemque sanctissimum Flavianum pontificem Grecorum congregatione  
 5 dampnatum pari tenore, quoniam sola sedes apostolica non consentit, absolvit, pociusque, qui illic receptus fuerat, Dyoscorum sancte sedis presulem sua auctoritate dampnavit et impiam secundam synodum Ephesinam non consensiendo sola submovit ac pro veritate, ut synodus Calcedonensis fieret, sola decrevit, in qua pontificibus innumeris, qui latrocinio corruerant Ephesino, veniam poscentibus sola concessit, et in sua perfidia per  
 10 manentes nichilominus sua auctoritate prostravit; quam congregacio, que ibi pro veritate reparanda collecta fuerat, est secuta, quoniam sicut id quod prima sedes non probaverat, constare non potuit, sic quod illa censuit iudicandum, ecclesia tota suscepit'.

Nonne beatissimus Gelasius Basiliensium frontes atque oculos evidentissima rerum demonstracione confodit, et, nisi in clarissimo solis iubare ceci esse persistant, coguntur  
 15 advertere, quanto errore teneantur? Verum quod Ieronimus scribit in illis: non dubitamus impleri hereticum confundi posse, emendari non posse. Dicit enim apostolus: 'Hereticum hominem post primam aut secundam correctionem devita, sciens, quia subversus est, qui eiusmodi est, et delinquit, proprio iudicio condempnatus'.

Ceterum, si quis generales synodos Occidentalis ecclesie mente percurrat, inveniet  
 20 apostolicam sedem non modo auctoritatem roburque dedisse, verum in eis semper magisterium iudiciumque tenuisse. Celebravit Alexander III<sup>us</sup> unam Lateranensem synodum, aliam Innocencius III<sup>us</sup>, Remensem Eugenius III<sup>us</sup>, Lugdunensem unam Innocencius III<sup>us</sup>, aliam Gregorius X<sup>us</sup>, Viennensem Clemens V<sup>us</sup>; plures preterea ante istas diversi celebraverunt pontifices, verum in omnibus ea solum robur habuere, que apostolice  
 25 sedis sanxit auctoritas, cum scirent patres in synodis congregati gesta synodalia firmitatem ab apostolice sedis auctoritate suscipere, in qua 'dominus tocius ecclesie posuit principatum'.

Denique omnia decreta synodalia declarandi, interpretandi, dispensandi a christiane religionis exordio apud apostolicam sedem semper mansit auctoritas, nulla per quamcumque  
 30 synodum potestate concessa, sed ex sola plenitudine potestatis in beato Petro domini et salvatoris nostri voce collata.

Ut enim inquit Nicolaus II<sup>us</sup> ad Mediolanenses: Romanam ecclesiam 'solus ipse fundavit et super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro eterne vite clavigero terreni simul et celestis imperii iura commisit. Non ergo quelibet terrena sententia, sed  
 35 illud verbum, quo constructum est celum et terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit ecclesiam; illius certe privilegio utitur, illius auctoritate ful-

6 lege secunde sedis. 15 Ieronimus Ms. 17 correccionem Ms.

15 hunc locum frustra apud S. Hieronymum quaesivi. 16 Tit. 3, 10. 21 Alexander III papa (1159-1181) concilium Lateranense III, oecum. XI, anno 1179 celebravit; Innocentius III papa (1198-1216) concilium Lateranense IV, oecum. XII, anno 1215; Eugenius III papa (1145-1153) concilium Remense anno 1148; Innocentius IV papa (1243-1254) concilium Lugdunense I, oecum. XIII, anno 1245; Gregorius X papa (1271-1276) concilium II Lugdunense, oecum. XIV anno 1274; Clemens V papa (1305-1314) concilium Viennense, oecum. XV, anno 1311-1312. 26 GELASIUS, Epistola 14, c. 9 = THIEL 367. 32 NICOLAUS II papa (1059-1061); cf. ANSELMUS episcopus Lucensis, Collectio canonum, lib. I, c. 63 = THANKER I, (Innsbruck 1906) 31-32; cf. quoque JAFFR-WATTENBACH 4424.

citur. Unde non dubium, quia quisquis cuiuslibet ecclesie ius suum detrahit, iniusticiam facit. Qui autem Romane ecclesie privilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in heresim labitur, et cum ille vocetur iniustus, hic est dicendus hereticus, fidem quippe violat, qui adversus illam agit, que mater est fidei, et illi contrarius invenitur, qui [eam] universis ecclesiis pretulisse cognoscitur'. 5

Et Nicolaus primus ad Michaellem imperatorem Grecorum inquit: 'Romane ecclesie privilegia Christi ore in beato Petro firmata, in ecclesia ipsa disposita, antiquitus observata, a sanctis universalibus synodis celebrata atque a cuncta ecclesia iugiter venerata nullatenus possunt minui, nullatenus infringi, nullatenus immutari, quoniam fundamentum, quod deus posuit, humanus non valet amovere conatus et quod deus statuit, firmum 10 validumque consistit, illeque plurimum peccat, qui dei ordinationi temptat resistere. Privilegia, inquam, istius sedis perpetua sunt, divinitus radicata atque plantata sunt, inpingi possunt, transferri non possunt, trahi possunt, evelli non possunt; que ante imperium vestrum fuerunt et permanent, deo gratias, hactenus illibita manebuntque post vos, et quousque christianum nomen predicatum fuerit, non cessabunt immutilata subsistere'. 15

Videtis, dilecti filii, quid predecessores nostri, veri katholici sanctique pontifices, de sedis apostolice auctoritate tenuerint. Videtis, quid sacra concilia Orientalis et Occidentalis ecclesie verbo atque opere docuerint. Cum ergo una et eadem a beato Petro in suis successoribus perseveret auctoritas, nos satis admirari de Basiliensium impietate non possumus, qui apostolice sedis auctoritatem, que iam mille et quadringentis annis intemerata permansit, 20 nostris diebus temerare et mutilare contendunt. Et quod beatissimus Leo in submovenda secunda synodo Ephesina, et Calcedonensi substituenda potuit et perfecit, nos in Basiliensi concilio submovendo et Ferrariensi substituendo non potuisse submurmurant, cum tamen tales et tante cause eius translacionis extiterint, ut maiores in dei ecclesia esse non possent, sicut et Basilienses ipsi, cum concilium ibidem nostra auctoritate vigeret, decreto 25 publice edito sunt professi. Aiunt enim nichil felicius aut gloriosius ecclesie dei posse contingere, quam quod tot populi Orientalis ecclesie, qui numerositate sua fere Occidentalis ecclesie populos adequarent, nobiscum in eiusdem fidei unitate iungerentur nichilque salubrius ab exordio nascentis ecclesie in christiano populo contigisse, quam quod tam diuturnum scisma de medio tolleretur, nichil denique omittendum esse dicebant, quo tante 30 rei fine fruerentur, et non tantum caducam huius mundi substanciam, sed animam debere simul et corpus inpendi. Demonstrant Basilienses hiis verbis, quanta cecitate teneantur, quantaque sit sui sceleris magnitudo, dum rem tanto preconio tamque sublimi predicatione laudatam in posterum tam impudenter, tam impie impedire conati sunt, nephandum scisma, quod, ut inquit Augustinus, omnia sacrilegia excedit, in Occidentali ecclesia susci- 35 tantes, ne scisma Orientalis ecclesie de medio tolleretur. O quantum 'mentita est iniquitas sibi'. Pollicebantur orbi terrarum magno et insigni titulo spiritus sancti, quem congregationis sue profitebantur auctorem, se ad christiani populi pacem unitatemque collectos,

3 tradito *Ms.* || auferre *Ms.* 9 amovere *Ms.* 14 nos *Ms.*

7 NICOLAUS I papa (858-867) *Michaeli imperatori byzantino, die 28 sept. 865* = PERELS (*MGII, Ep. VI*) 474-475. 11 *cf. Rom. 13, 2.* 12 GELASIUS I papa (492-496), *Epistola episcopis Lucaniae etc., anno 494* = THIEL 367. 20 *cf. Concilium Basiliense, 7 sept. 1434* = MANSI 29, 92 E, 93 A. 26 *cf. AUGUSTINUS, Contra epistolam Parmeniani II, c. 12* = MIGNÉ PL 43, 69. 36 *Ps. 26, 12.*

verum per patris sui Belial semitas incedentes, adunata dividere, collecta dispergere omni  
vigilancia studuerunt, abhominandum desolacionis ydolum in dei ecclesia statuentes.

Ceterum et ante translationem nostram ipsa Basiliensis synodus se ipsam per de-  
cretum synodale transtulerat saniori parte concilii, ad quam eligendi loci pro Grecis auc-  
toritas iure fuerat devoluta, translacionem huiusmodi faciente nostrorumque eciam presi-  
dencium et nostra auctoritate fungencium accedente consensu. Huic translacioni oratores  
5 Grecorum, Basilee per id tempus conmorantes, prestitere consensum, clare prospicientes  
alia via haberi non posse sancte unionis effectum, idque publice protestantes propterea  
nobis Bononie supplicarunt, ut translacioni predictae auctoritatem adicientes rem ipsam,  
10 que per alium expediri non posse videbatur, exequi dignaremur, quod tandem maximis  
laboribus et expensis deo adiuvante perfecimus.

Nos ergo consequenti tempore concilium illud apostolica transtulimus auctoritate, mul-  
tis rationabilibus et notoriis causis ita fieri exigentibus, prout in decreto Bononie per nos  
edito plenius continetur. Ex ea congregacione concilii quantus ecclesie dei honor et fructus  
15 accesserit, eciam hostes tam sancti operis credimus non latere. Secuta est enim Grecorum  
unio multis antea seculis concupita. Sublatum eciam est illud Armenorum scisma diutur-  
num, qui fere mille annis et Greci quasi quingentis a Romane ecclesie obediencia et  
devocione discesserant. Cupierunt patrum nostrorum secula ista perspicere, sed minime  
potuerunt, inscrutabili providencia dei hec nostris temporibus reservante. Cui immortales  
20 gracias agimus, quod in presenciarum videamus impletum. Aderit, ut confidimus, miseri-  
cordia eius, prestabitque, ut hiis sanctis operibus aliisque secuturis hostes omnis boni  
operis erubescant ac simul confundantur et pereant.

Verum, quia sibi de Constanciensis concilii auctoritate blandiuntur, oportere perspi-  
cimus, ut eorum in hac parte perfidiam demonstremus. Nemini dubium esse confidimus,  
25 quin tocuis ecclesie una sit fides, nec possit aut potuerit per ulla tempora variari. Si  
ergo decretum a patribus obediencie Iohannis XXIII tempore scismatis Constancie editum  
continet veritatem, oportet evangelio, sacris doctoribus conciliisque concordet, debet ergo  
ex illis intelligenciam sumere et quasi firmamento stabili coherere. Nam, nisi sanctorum  
doctorum intelligencie, ecclesiasticis regulis diffinicionibusque concordet, non potest veri-  
tate muniri. Clamat autem unanimi consensu sanctorum turba doctorum beatissimum  
30 Petrum a domino super universam Christi ecclesiam supremum constitutum esse pastorem  
sibi plenaria potestate concessa. Hoc Cyprianus, hoc Ambrosius, hoc Ieronymus, hoc  
Augustinus, hoc Gregorius, hoc Iohannes Crysostomus, hoc Cyrillus, hoc beatissimus  
Leo tenuere. Et denique omnibus sacris doctoribus vox ista communis est. Hoc idem  
35 Orientisque superiora concilia verbo et opere evidentissime docuere et supremum apicem  
potestatis in sede apostolica collocatum eximie laudis preconio tradidere. Hoc omnis  
scola theologorum, qui proximioribus florere temporibus, qui semper katholice sancteque  
vixerunt et ecclesie dei doctrine et fidei fluentia ingencia tradiderunt, unanimi consensu  
et voce professi sunt. Isti, ut utamur verbis Augustini contra Iulianum, sunt viri docti,

19 hoc *Ms.* 25 est *Ms.* || potuit *Ms.* 27 ewangelio *Ms.* 29 concorderit *Ms.* 32 Ieronimus *Ms.*  
33 Crisostomus *Ms.*

3 concilium Basiliense, 7 maii 1437 = MANSI 31 B, 1361 B-1363 A. 9 cf. *Ep. pontif. I, n. 85, pag. 84-87.*  
12 cf. *Ep. pontif. I, n. 88, pag. 91-99, n. 108, pag. 111-112.* 39 AUGUSTINUS, *Contra Iulianum II, c. 10* =  
MIGNE *PL 44, 701 (tantum allusio).*

graves, sancte veritatis acerrimi defensores adversus garrulas fatuitates. In quibus non possunt Basilienses invenire, quod sperant, si episcopalis synodus ex toto orbe convocaretur; mirum, si tales possent illic facile tot sedere, quia nec isti uno tempore floruerunt, sed fideles et multis excellenciores paucos dispensatores suos deus per diversas etates temporum locorumque distantias, sicut ei placuit atque expedire iudicat, ipse dispensat. 5

Oportet ergo decretum illud sanctorum doctrine et fidei convenire et, quod de sedis apostolice auctoritate super universam ecclesiam docuerunt, unanimi fide et sententia comprobare, quoniam quidquid veritati isti katholice contradicit, alienum a fide esse necesse est. Necesse est ergo talem decreto illi intelligenciam dari, ut veritati huic katholice a christiane religionis exordio perseveranter usque in hec tempora predicate sine hesitatione concordet. Quod si ad discrepantem ab hac veritate intelligenciam pertrahatur, sicut Basilienses pro sua impietate contendunt, necesse est huiusmodi omnem sensum existimare falsum et veritati katholice repugnantem. Quis enim tam iniustus rerum existimator inveniri poterit, qui non intelligat, quoscumque taliter opinantes false erroneeque sentire, cum necesse sit, ut tot patrum sentencie, qui superiori tempore in ecclesia floruerunt, nisi vere esse non possint? Quemcumque ergo sensum sanctorum patrum intelligencie repugnantem falsum atque perversum esse necesse est. 10 15

Nec sibi Basilienses de nomine sui concilii blandiantur. Nam, nisi scripturis divinis sacrisque doctoribus synodalia decreta concordent, nulla atque irrita censentur oportet. 20

Nonne beatus Augustinus duo Affricana concilia, in quibus magnus episcoporum numerus legitur affuisse, et in altero beatissimus Cyprianus, magis existimavit super rebaptisandis hereticis a veritate deviasse, quam consuetudinem ecclesie ab apostolicis usque in ea tempora conservatam? Nec dedignentur de suo errore reprehendi, sed audiant beatissimum Augustinum de unico baptismo contra Donatistas; ait enim: 'Quis autem nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris quam novi testamenti certis terminis contineri eamque omnibus posterioribus episcoporum litteris ita preponi, ut de illa omnino dubitari et disceptari non possit, utrum verum vel irritum sit, quidquid in ea scriptum esse constiterit; episcoporum autem litteras, que post confirmatum canonein scripte sunt vel scribuntur et per sermonem sapienciolem forte cuiuslibet in ea re pericioris et per aliorum episcoporum graviorem auctoritatem doctioremque prudenciam et per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte a veritate deviatum est; et ipsa concilia, que per singulas regiones vel provincias fuerunt, plenariorum conciliorum auctoritati, que sunt in universo orbe christiano, sine ullis ambagibus cedere, ipsaque plenaria sepe priora posterioribus emendari; cum aliquo experimento rerum aperitur, quod clausum erat, et cognoscitur, quod latebat, sine ullo typ[h]o sacrilege superbie', 'sine ulla inflata cervice arrogancie, sine ulla contencione livide invidie, cum sancta humilitate, cum pace katholica, cum caritate christiana'. 25 30 35

Ceterum ut aliqua [de] decreti illius Constancie editi qualitate tangamus, constat per id tempus ecclesiam tribus obedienciis fuisse divisam, constat et synodum illam hunc habuisse progressum, ut in sui principio Iohannis XXIII obediencia sola convenerit, post 40

2 spernant *Ms.* 8 necesse *Ms.* 17 necesse *Ms.* 22 consuetudine *Ms.* 30 deteriolemque *Ms.*

24 AUGUSTINUS, *De baptismo contra Donatistas, lib. II, c. 3* = MIGNÉ 43, 128-129. 40 *Iohannes XXIII* (*Baldassarus Cossa*) 1410-1415.

aliquantum temporis Gregorii, ultimo Benedicti. Non dixit obediencia Gregorii, non Benedicti, que christianitatis pars non modica erat, ante tempus convencionis sue plenarium fuisse concilium, nec prius actitata quasi synodi generalis aut plenarie auctoritate suscepit. Itaque oportuit primo ipsis convenientibus ab obediencia Gregorii, deinde ab obediencia Benedicti novum concilium convocari, tuncque universa ecclesia concurrente plenarie synodi rem et nomen accepit. Quod ergo ante illum articulum ipsius a patribus ibidem consedentibus actum est, universe ecclesie non debet ascribi, sed eis tantum, qui ibidem consedebant et unius tantum obediencie synodum faciebant.

Nec tamen hii omnes in eam sententiam convenerunt, sed nonnulli reclamavere graves viros, qui strepenti multitudine superati, sicut hiis novissimis temporibus, quibus carnales exuberant passiones, factum esse manifestum est, audiri nequiverunt. Nec propterea Constanciensis concilii conclusio revocatur in dubium, qua scismatis diuturni fetore depulso actum est, ut ecclesia uno capite et Christi vicario potiretur, quoniam decreto illo eciam non edito non minus eliminari scisma potuisset.

Ceterum nec plenaria synodus quovis tempore congregata, apostolice sedis auctoritatem valuisset infringere, quoniam sicut Ihesu Christi domini nostri fuit eam instituere, ita ad eum solum immutare aut destituere pertinebat. Cum ergo in conciliis eciam legitime congregatis possint varie affectiones et diverse contingere simultates, quibus in periculum traheretur ecclesia, ut beatissimus Leo et plerique predecessores nostri magistris [experientia] didicerunt, et nos, qui vivimus et residui sumus, manibus pedibusque palpamus: non potuit aliqua universalis synodi constitucione decerni, ut in nullum eventum posset Romanus pontifex congregatam synodum submovere, nec posset se ipsum huius legis vinculo coartare sine gravis salutis sue dispendio, sine sedis apostolice preiudicio, sine fidei et universe ecclesie gravissimo inevitabilique periculo. Nec hoc statuit Constanciense concilium, sed generali lege decrevit synodum non debere transferri, necessitatis aut evidents utilitatis articulum non excludens.

Videtis iam, dilecti filii, que inimicus salutis humane hiis novissimis temporibus venena seminaverit, ut universam ecclesiam vulneraret et ipsum Christi corpus, quod sub ipsa passione crucifixores scindere nequiverunt, crudelissime laceraret. Videtis hoc calle patefacto omnibus heresibus aditum aperiri, apostolice sedis auctoritate contempta, que omnes effugare consuevit. Occurrendum est, dilecti filii, et omni studio resistendum, ut venena ista depereant. Vos ergo, quos non tantum titulus christianitatis, verum eciam scientie claritas et veritatis lumen inducit ac debitum professionis constringit, adeste catholice fidei, adeste veritati, adeste apostolice sedi, que magistra et mater est fidei, adesti illi, que tocius orbis in fide instituit et fundavit ecclesias, adeste illi, que vestri est auctor honoris, vestre est origo dignitatis. Illi rependite vicem, illi affectum reddite filialem. Propugnaculum firmum fidei est, et ut Christi milites tutele sue fidei militatis. Contra has ergo hostis insidias vigilem exhibete miliciam, adeste fortiter, adeste constanter, ut iuxta apostolum peregrinis doctrinis et variis abdicatis fundatissima fides chri-

18 affectiones *Ms.* 19-20 magna expigentia *Ms.* 28 vulneraret *Ms.* 39 peregrinis *Ms.*

<sup>4</sup> *Gregorius XII (1406-1415) || Benedictus XIII (Petrus de Luna) 1394-1417.* <sup>24</sup> *concilium Constanciense, 9 oct. 1417 = MANSI 27, 1159 D-E.* <sup>34</sup> *cf. LEO I papa (440-461), Epistola 16, episcopus Siciliae, c. 1 = MIGNÉ Pl. 54, 696 B-C.* <sup>39</sup> *cf. Hebr. 13, 9.*



stiane religionis exordio predicata, a sanctis doctoribus declarata, a sanctis synodis observata, in sua integritate permaneat et impiorum adinventiones garrule et aniles fabule conticescant, ab eo coronam inmarcescibilem percepturi, cuius ecclesia tam turpiter et impie laceratur, et in cuius sanctis litteris legitur: 'Qui autem ad iusticiam erudiunt alios, lucebunt sicut stelle in perpetuas eternitates'. 5

Datum Florencie, anno incarnationis dominice MCCCCXLI, XII kalendas maii, pontificatus nostri anno XI.

Blondus.

Iohannes de Angeroles.

249.

*Eugenius IV studium Constantini Palaeologi principis pro unione laudat eique auxilium promittit, si ad dignitatem imperialem pervenerit.*

*1441 apr. 22 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 360, 76<sup>v</sup>-77<sup>r</sup>.*

*Ed. GIUSTINIANI, 374-375; RAYNALDUS, ad annum 1441, n. 5; MANSI 31B, 1743, iuxta GIUSTINIANI.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO ET EXCELLENTI CONSTANTINO DESPOTO PALEOLOGO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM. 10

Quanto cum desiderio et animi fervore ob dei reverentiam zeloque catholice fidei cupiat devotio tua, ut sancte hec Occidentalis et Orientalis ecclesie unio domini et salvatoris nostri Ihesu Christi gratia nuper tam solenniter rite et concorditer celebrata, debitum isthic in Constantinopoli et in ceteris Grecie partibus sorciatur complementum, 15  
littere venerabilis fratris Christofori episcopi Coronensis oratoris nostri et plurimorum orthodoxorum virorum relationes nobis et apostolice sedi nunciaverunt.

Nam in ea causa, licet per carissimum in Christo filium nostrum Iohannem Paleologum Romeorum imperatorem hactenus satis tenuiter et tepide sit processum, tua tamen celsitudo rem ipsam locum et perfectionem suam, quantum in se fieri potest, habere vult 20  
et intendit.

Idcirco in manus prefati episcopi oratoris, nostro et apostolice sedis nomine recipientis, super pectus tuum pollicitus es, te ipsum in futurum omnem operam daturum, quo prefata unio, ut premittitur, et omnia, que illius perfectionem postulant, impleantur, 25  
completaque in sui robore et firmitate permaneant.

Quorum omnium gratia, dilecte fili, nos et apostolica sedes primum bonitati divine, que illa pectori tuo insinuavit, tum filiali tue devotioni, que insinuata retinuit et retinet, plurimum congratulamur, simulque cupimus quasque res devotioni tue gratas efficere et operari, volumusque preterea in presentiarum aliquas facere saltem tibi pro gratitudinis 30  
memoria acceptas.

27 insinuant *Ms.*

4 *Dan. 12, 3.* 10 *Constantinus Palaeologus, frater Iohannis VIII imperatoris.*

Igitur favente deo, cuius causam in hac sanctissima re prosequeris et prosequi, ut premittitur, intendis, si te in futurum quandoque in Romeorum imperio huiusmodi succedere aut quovis modo presidere et in imperatorem creari contigerit, et stabilimento prefate unionis cum publicatione et lectione decreti dederis debitum, ut premittitur, comple-

5 mentum,  
 devotioni tue per presentes nostro et apostolice sedis nomine pollicemur auxilia illa, subventiones, et subsidia, que carissimo in Christo filio imperatori prefato pro tuitione et defensione civitatis Constantinopolis polliciti sumus,

10 queque illius culpa et tepiditate impleri non potuerunt, in te ipsum et personam tuam, tunc in predicto imperio presidentem, et ut prediximus unionem huiusmodi iam prius per te perfectam et illic in sui firmitate manurentem perficere, ac debitis provisionibus adimplere.

Illud etiam addentes, ut nunquam Romanam ecclesiam et apostolicam sedem tibi defuturam esse dubites, eidem debitam et devotam reverentiam exhibendo, dum etiam  
 15 per semitam iusticie incesseris atque unionis huiusmodi sacrosancte necessarium complementum tam fideliter quam potenter adhibueris.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragésimo primo, undecimo kal. maii, pontificatus nostri anno undecimo.

## 250.

*Eugenius IV universitatem Parisiensem hortatur, ut auctoritatem Pontificis Romani defendat, eique Antonium de Boratiis nuntium mittit.*

*1441 maii 5 Florentiae.*

*Copia coeva: Wien, Nationalbibliothek, codex Latinus 4 954, 262<sup>v</sup>-263<sup>r</sup>.*

20 EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTIS FILIIS RECTORI ET UNIVERSITATI PARI-  
 SENSI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quia proximis temporibus nonnulla ab iniquis perditisque hominibus scandalum in dei ecclesia ponere conantibus et querentibus sunt disseminata, ut de auctoritate ac superioritate Romani pontificis ac sancte sedis apostolice et alia minorque, quam debeat, opinio habeatur,

25 placuit literas apostolicas in forma libri, quas lator harum dilectus filius Antonius de Boratiis cubicularius et familiaris noster, cui aliqua super predictis et quibusdam aliis quedam commisimus, referenda defert, ad vestram consolationem mittere, ut visis solidissimis irrefragilibusque rationibus ex sacro divinarum scripturarum fonte sumptis, quibus innituntur nostre iusticie fundamenta, gaudeatis, quod pie et laudabiliter fecistis hactenus,  
 30 prout continuo facitis, nobiscum sentire.

Similes eciam libros mittimus carissimo filio nostro regi Francie illustri et dilectis filiis nobilibus viris, eius regni ducibus, ac ceteris universitatibus, ut dogma id verum,

*25 litterae apostolicae « in forma libri » sunt certe eadem ac fuerunt missae etiam aliis universitatibus (cf. doc. n. 248, pag. 25-35). 31 rex Galliae Carolus VII (1422-1461).*

quo lacius erit diffusum, eo com[m]odius bonos et ea, que sunt sencientes, repleat et letificet, eos autem, qui seducti ab iniquis suo infortunio minus recte saperent, vel instruat vel resipiscere faciat vel confundat.

Amplectatur igitur vestra devotio rem dignissimam, et quod hactenus probe fecistis, nostram et sedis predictae auctoritatem contra malignos perfidosque homines tueatur. 5

Datum Florentie, anno incarnationis dominice MCCCC quadragesimo primo, nonis maii, pontificatus nostri anno undecimo.

N. de Cremonensibus.

Dilectis filiis rectori et universitati Parisiensi.

### 251.

*Eugenius IV saluumconductum Nicolao Sagundino in Graeciam pro causa fidei proficiscenti dat.*

*1441 iul. 8 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 375, 257<sup>r</sup>. In margine: Cincius. De curia.*

*Commemoratur apud Waller von Hofmann, Forschungen zur Geschichte der kurialen Behörden vom Schisma bis zur Reformation, II (Roma 1914) 111-112.*

EUGENIUS ETC. UNIVERSIS ET SINGULIS, AD QUOS PRESENTES LITERE PERVENERINT, SALUTEM ET 10  
APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum dilectum filium Nicolaum Sagundinum secretarium et familiarem nostrum pro arduis fidei catholice negociis ad partes Grecie presentialiter destinemus, nos optantes eundem Nicolaum cum eius comitiva et familiaribus in personis, equis et bonis usque ad numerum sex personarum necnon salmis, valisiis, libris, scripturis, rebus et bonis suis qui- 15  
buscumque in eundo, stando et redeundo plena securitate et immunitate et favorabili tractatione gaudere,

universitatem vestram requirimus et hortamur in domino, subditis et officialibus nostris et Romane ecclesie ubilibet constitutis et gencium armorum capitaneis et peditum conductoribus ad nostra et dicte ecclesie stipendia ubicumque militantibus districte precipiendo mandantes, quatinus prefatum Nicolaum cum eius comitiva equitum et peditum, salmis, valisiis, scripturis, libris, rebus et bonis omnibus per nostra et vestra territoria, passus, portus, pontes, flumina et loca quelibet tam per mare quam per terram transire, stare, ire et redire pro nostra et apostolice sedis reverencia absque solutione alicuius angarii, perangarii, theolonii (!), fundinavis, dacia, pesagii vel gabelle vel alicuius cuius- 25

1 *quid ante sunt exciderit, non constat.* 8 *Cremonensibus Ms.* 13 *obtantes Ms.* 21 *comictiva Ms.*  
24 *asque Ms.*

12 *Nicolaus Sagundinus, interpres in concilio Florentino. Monographiam de hoc docto viro praeparavit Franc. BABINGER, sicut mihi scripsit. Epistola consolatoria Bessarionis cardinalis, legati apostolici in Germania, scripta Vindobonae die 11 aug. 1460 Nicolao Sagundino, apud Lud. MOHLER, Aus Bessarions Gelehrtenkreis (Paderborn 1942) 647. Edidi ipse documentum pontificium ei destinatum; cf. Ep. pontif. II, n. 199, pag. 91.*

cumque oneris indicti vel indicandi impositionis exactione libere permittatis nec eidem vel sociis et familiaribus molestiam, noxiam novitatem inferatis nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri; quinimo eundem cum benivolentia benigne recipientes et humaniter pertractantes sic ei pro se et comitiva huiusmodi de securo transitu et  
5 receptu sic liberaliter providere curetis, quod exinde vestra possit devotio apud nos et sedem predictam non inmerito commendari; presentibus post duos annos minime valituris.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice MCCCXLI, VIII<sup>o</sup> idus iulii, pontificatus nostri anno undecimo.

P. de Guastonibus.

252.

*Eugenius IV Coptos Aethiopesque capitulo basilicae S. Petri Romae commendat.*

*1441 oct. 4 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 360, 120<sup>v</sup> (prius 108<sup>r</sup>); diploma originale, sicut Andreas de Horatiis vice-archivarius basilicae S. Petri mecum die 24 iunii 1937 communicavit, ibidem amplius non conservatur; nec in bibliotheca Vaticana, in quam recenter manuscripta archivi basilicae S. Petri allata sunt, illud habetur.*

*Edd. GIUSTINIANI 379; RAYNALDUS, ad annum 1441, n. 2; MANSI 31 B 1748 A-C, iuxta GIUSTINIANI.*

*Commemoratur apud HOFMANN, Orientalia Christiana Periodica 8.(1942) 18-19.*

10 EUGENIUS ETC. DILECTIS FILIIS CANONICIS ET CAPITULO BASILICE PRINCIPIS APOSTOLORUM DE URBE, SALUTEM ETC.

Cum dilectos filios Andream abbatem S. Antonii de Egypto et Petrum diaconum oratores magni principis Constantini imperatoris Ethiopum sive, ut dicitur, presbyteri Iohannis, qui devotionis causa ad almam urbem presentialiter se conferunt, cupiamus pro  
15 maiori eorum edificatione, atque ut predictum imperatorem aliosque sibi subiectos reges et principes ac populos pene innumeros ad unionem cum ecclesia Occidentali, quam apud nos querere advenerunt, facilius adducere et inclinare possint, sanctam dei et salvatoris nostri imaginem, sive, ut dicunt, sanctam Veronicam videre;

et vos constitutionibus ac aliis ordinibus illius ecclesie iuramento firmatis id extra  
20 debita et constituta tempora facere prohibeamini;

devotioni vestre, ut ipsam sanctam nunc, quando non sunt tempora instituta, predictis oratoribus cum debito et solito modo reverenter ostendatis, prohibitionibus supradictis, iuramento, a quo auctoritate apostolica, tenore presentium, vos hac vice tantum reddimus absolutos, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, similibus te-  
25 nore et auctoritate precipimus et mandamus.

Datum Florentie, III nonas octobris, anno XI.

1 permictatis *Ms.*    3 permictatis *Ms.*

12 *Andreas abbas fuit delegatus Iohannis XI patriarchae Coptorum || Petrus diaconus fuit delegatus Nicodemi abbatis abissini Hierosolymitani.*

## 253.

*Eugenius IV Angelo Mauroceno Chiensi gubernatori navium, qui Coptos Aethiopesque ad concilium Florentinum adduxerat, salvoconductum dat.*

*1441 oct. 4 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 360, 119<sup>v</sup>-120<sup>r</sup> (prius 107<sup>v</sup>-108<sup>r</sup>).*

*Edd. GIUSTINIANI 378-379; RAYNALDUS, ad annum 1441, n. 2; MANSI 31 B, 1747 C-E, iuxta GIUSTINIANI.*

*Commemoratur apud G. HOFMANN, Orientalia Christiana Periodica 8 (1942) 16.*

EUGENIUS EPISCOPUS ETC. UNIVERSIS ET SINGULIS ETC.

Cum dilectus filius nobilis vir Angelus Maurocenus miles Sciensis nonnullarum galearum et fustium, quas proprio sumptu tenet, gubernator et dominus, proximis temporibus gratam nobis et plurimum acceptam et nomini christiano gloriosissimam dederit operam, perductis ad nostram presentiam ex partibus insule Rhodi, magni Ethiopum regis Constantini sive, ut dicitur, presbyteri Iohannis, oratoribus, unionem dicti regis et subiectorum sibi populorum pene infinitorum cum Occidentali ecclesia querentibus,

nos eundem Angelum, qui cum ipsis galeis et fustibus aut earum parte ad Orientis partes redire intendit, cupientes plena ubique inter christianos securitate atque immunitate et favorabili tractacione gaudere, universitatem vestram in domino requirimus et hortamur, nostris et Romane ecclesie subditis dantes strictius in mandatis, quatenus eundem Angelum cum predictis galeis et fustibus simul, et separatim navigantem, cum quibus neminem extraneum laedere promisit, in nostris portibus et locis, aliterque ubicunque fuerit obvius, benigne et placide tanquam hominem nobis carum et Romane ecclesie fidelem excipientes, ac in dandis receptu et victualibus favorabiliter liberaliterque tractantes, ire, redire, et morari permittatis, prout fuerit necessarium et ipse a vobis duxerit requirendum. Nos enim favores et alia commoda eidem Angelo et suis fustibus et comitive exhibita grata habebimus et accepta, pro quibus a deo nostro retributionem et nostram ac sedis apostolice gratiam consequamini.

Datum Florentie, IIII nonas octobris, anno XI.

20

## 254.

*Eugenius IV (Andream Chrysobergem) archiepiscopum Colocensem (Rhodi) in insulam Cypri mittit, ut ibidem de pace inter catholicos ritus Latini et Graecos unitos provideat.*

*1441 nov. 5 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 146 A.*

*Ed. RAYNALDUS, ad annum 1441, n. 6; Thomas RIPOLLI, Bullarium ordinis Fratrum Praedicatorum, III (Roma 1731) 143, iuxta Raynaldum.*

2 gallearum Ms.    5 rhodi loco Rhodi Ms.    14 begnine Ms.    16 ipso Ms.    17 commeda Ms.

2 Maurocenus = Morosini, qui capitaneus navium fuit, civis insulae Chios.    5 in navi Mauroceni fuerant adducti ex Oriente in Italiam Copti Aethiopesque, quos Albertus de Sarteano O. F. M. legatus pontificius comitatus est.

*Commemoratur apud IORGA II, 424, sed sub indicatione falsa anni 1447.*

*De Andrea Chrysoberge O. P. passim tractavi in articulis de concilio Florentino, cf. Orientalia Christiana Periodica 3 (1937) 110-140, 403-455; 4 (1938) 157-188, 372-422. Documenta de meritis eius pro causa unionis Graecorum iam ante concilium Florentinum habitis edidit M. H. LAURENT O. P., Echos d'Orient 34 (1935) 414-438, sicut iam ipse indicavi in Epist. pontif. I, n. 23, 24. Etiam Rich. LOENERTZ O. P. tractavit (sicut iam innui in Epist. pontif. I, n. 6, 8), de rebus gestis pro causa unionis a duobus fratribus simulque membris ordinis Praedicatorum Theodoro et Andrea Chrysoberge, a temporibus concilii Constantiensis usque ad mortem Martini V; cf. Archivum Fratrum Praedicatorum 9 (1939) 5-60. Denique documenta de Andrea Chrysoberge a me edita habes in periodico Acta academiae Velehradensis 13 (1937) 13-20, et in collectione Epistolae pontificiae ad concilium Florentinum spectantes, n. 23, 24, 33, 211, 216, 254, 273, 291, 292, 299. Recte P. Richardus LOENERTZ O. P. animadvertit in periodico Archivum Fratrum Praedicatorum 11 (1941) 240, documenta pontificia, Martini V die 12 febr. 1418 pro Andrea Chrysoberge (cf. editionem LAURENT O. P. in periodico Echos d'Orient 34 [1935] 423) et die 26 ian. 1418 pro eius fratre Theodoro (cf. editionem LOENERTZ O. P. in periodico Archivum Fratrum Praedicatorum 9 [1939] 61) loqui de negotiis in causa unionis Graecorum. Andreas Chrysoberges fuit interpres legationis graecae ad Martinum V missae Constantiae, in linguam latinam 36 articulos graecorum de unione vertens, sicut ipse in sermone die 22 aug. 1432 in concilio Basiliensi fatetur: mox (post electionem Martini V) legati Graecorum pontificem adierunt et coram gloriosissimo ac invictissimo Romanorum rege domino Sigismundo semper Augusto pro unionis negotio imperatoris ac patriarche Constantinopolitani voluntatem et vota, triginta et sex articulis palefecerant. Scio, quod verum loquor et quod he manus litteras illas consignatas explicuerunt et que illic continebantur, ex Grecis Latina feceram. Cf. CECCONI, n. 11, pag. 30; hoc documentum iam a me citatum in doc. 42 (I, 31) non refertur, sicut falso affirmavi, ad negotia unionis anni 1433, sed, sicut LOENERTZ demonstravit, ad tractatus de eadem causa anno 1418. Duo alia documenta de Andrea Chrysoberge indicavit LOENERTZ, scilicet bullam provisionis eius, editam in Bullario ordinis Fratrum Praedicatorum 3, 209-210, die 2 maii 1432, et eius salvumconductum, die 7 martii 1437, in Reg. Vat. 374, 242°. Ipse consilium dedi P. Emm. CANDAL S. I., ut ederet epistolam Andreae Chrysobergis Bessarioni missam theologiam (cf. Orientalia Christiana Periodica 4 [1938] 329-371).*

ARCHIEPISCOPO COLLOCENSI. VENERABILIS FRATER, SALUTEM ETC.

Oblata nobis nuper pro parte quorundam episcoporum Graecorum insule Cipri supplicatio in effectu continebat, quod licet olim per dei gratiam Greci Latinis uniti sint

1 Andreas Chrysoberges, archiepiscopus Colocensis (Rhodi) 1431-1447. 2 supplicatio, cuius copia coeva in archivo Vaticano, Reg. Vat. 367, 145 A, habetur (cf. etiam editionem apud RAYNALDUS, ad annum 1441, n. 6), est haec:

*Beatissime ac clementissime pater*

*Quamquam alias tempore divisionis ecclesiarum Latine atque Grece Latini a communione Graecorum licite abstinerent, nunc tamen sublato dissensu in tempore indubitate unionis per sanctitatem vestram, domino faciente, consummate atque perfecte, si Latini Grecis non communicarent, iam non una fides, non una fidelium catholica cunctorum mater ecclesia, iam nil factum putaretur, et decreta vestre sanctitatis, sacrosancto approbante concilio ad perpetuam rei memoriam edita, iam per orbis fines longe lateque vulgata, tanquam irrita cederent in contemptum.*

*Et quoniam, pater beatissime, in regno et insula Cypri Latinis mixtimque Grecis populato, Latini in matrimonialibus, funerealibus et aliis solemnibus publicisque actibus, Grecis non communicant, ut deberent, ymo*

prout iam apud omnes gentes notorium est, tamen Latinorum quidam in insula Cipri commorantes a communione Grecorum illic consistencium abstinere dicuntur, ex quo unionis ipsius effectus, prout deberet, non succedit, prout in ipsa supplicatione, cuius copiam tibi presentibus mittimus interclusam, plenius continetur.

Quare fraternitati tue comittimus et mandamus tenore presentium, quatenus habita<sup>5</sup> super hiis diligenti informatione, si predicta inveneris vera esse, omnibus melioribus modo et forma, quibus id fieri posse videris, habita relatione ad decretum super ipsa unione promulgatum, ut Latini memorati Grecis prefatis communicent iuxta tenorem supplicationis predictae, omni cura et diligentia procures.

Datum Florentie, quinta novembris, anno XI.

10

## 255.

*Eugenius IV Antonium Troianum ordinis Fratrum Minorum commissarium pontificium in Oriente constituit.*

*1441 dec. 15 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 360, 118<sup>o</sup>-119<sup>o</sup> (prius 106<sup>r</sup>-107<sup>r</sup>).*

*Ed. WADDING II, 113-114; HÜNTEMANN 242-243, ex parte.*

*Commemoratur apud RAYNALDUS, ad annum 1441, n. 6; JORGA II, 386.*

*Alia brevia pontificia pro eodem ex anno 1445 in Reg. Vat. 376, 255<sup>r</sup>-257<sup>r</sup>.*

*Antonio Troiano (= de Troia vel Troina) probabiliter attribui debet meritum adducendi Abdalam archiepiscopum Edessae, caeterosque Syros ab Ignatio patriarcha Syrorum Mesopotamiae dependentes, ad unionem cum ecclesia catholica amplectendam, quae feliciter in concilio Florentino die 30 septembris 1444 consummata est.*

*Antonius de Troia fuit commissarius pontificius 1441-1444; huic Petrus de Ferraria O. F. M. 21 maii 1444 succedebat; cfr. Leonh. LEMMENS O. F. M., Geschichte der Franziskanermissionen (Münster i. W. 1929) 25.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO FRATRI ANTONIO TROIANO ORDINIS MINORUM, IN PROVINCIAS TARTARIE, ASSIRIE (!), PERSIE ET ETHIOPIE, AC APUD NACIONES MARONITARUM, DRUSOLITARUM, NESTORINORUM, ET SURIANORUM, LOCIS TERRE SANCTE EXCEPTIS, COMMISSARIO NOSTRO, SALUTEM ETC.

Dum onus universalis gregis dominici superna nobis dispositione iniunctum diligenter attendimus, et nostrum prospicimus imperfectum, videntes quod nequimus circa singula per nosme-

13 Sarianorum Ms.

*quidam eorundem hoc expresse prohibent, quod maioris scanda[li] causam posset verisimiliter generare; ut igitur, pater sancte, huiusmodi scandalis obvietur, ac sancta et salubris unio in ecclesia sancta dei conservetur in evum, supplicant humiliter eidem sanctitati vestre episcopi et alii Grecorum dicti regni fideles, quatenus omnibus dominis episcopis, prelati et aliis Latinis eiusdem regni incolis sub censuris ecclesiasticis et aliis penis precipere et mandare dignemini, quatenus amodo episcopos, prelatos et alios quoscumque Grecos fideles, secundum eorum dignitates et gradus indistincte in processionibus, matrimonialibus, funeralibus et aliis quibuscumque legitimis actibus in suum consor[ti]um benigne et caritative recipiant et admittant, eisdem comuniceant, et sincera in domino caritate pertractent[!], nulla super hoc inter eos preteritorum nola pensata in contrarium faciente, non obstantibus quibuscumque.*

*A. de Mazello.*

*15 cf. epistolam Eugenii IV Alberto de Sarthiano (Sarteano) O. F. M., 22 aug. 1439 datam = Ep. pontif. II, n. 207, pag. 98-99.*

tipsos exsolvere debitum apostolice servitutis, nonnumquam viros vite sanctimonia et sciencie fulgore preclaros, in quibus fervor orthodoxe fidei ac timor domini sanctus permanet, in partem laboris nostri vocamus, ut ipsorum salubri cooperacione, ministerium nobis iniunctum, favente divina gracia, facilius et efficacius exequi valeamus. Sane licet cunctorum christifidelium salutem intente mentis acie  
 5 prosequi et curare ex apostolice servitutis officio teneamur, divinis tamen edocti sermonibus, ex centum ovibus unam amissam, ceteris fere neglectis, reducendam precipue curare debemus, cum et ad oves eas, que perierant, missam se sapientia ipsam declarat. Attendentes itaque, quod ex omni genere humano multi sub dominici gregis titulo et nomine non requiescunt, sed per devia queque longe a lucis veritate aberrantes, per tenebras evagentur, et sic in magna messe paucissimos operarios  
 10 esse videamus; ad personam tuam, que quidem potens opere et sermone in magnis et arduis nobis familiari experientia comprobata est, dirigentes aciem mentis nostre, ac sperantes, quod ea, que tibi committenda duxerimus pro honore dei et propagacione christiani nominis diligenter et fideliter prosequeris

te in provinciis Tartarie, Assyrie, Persie et Ethiopie, necnon apud nationes Maronitarum, Drusolitarum, Nestorinorum et Surianorum, locis Terre Sancte exceptis, commissarium nostrum facimus, constituimus et etiam deputamus.

15 Volentes ac presenti tenore statuentes, quod tu et qui pro tempore fuerit in dictis partibus a te substitutus, super conventus ac personas conventuum illam potestatem, facultatem et arbitrium habeatis, quam Generalis ipse, si adesset, habere dignoscitur; sic tamen, quod tu et substituti prefati et vobis subiecti fratres per omnia dicto Generali obedire et subesse teneamini, preterquam in iis, que huic mandato et commissioni nostre derogare et obviare censeantur. Fraternitates insuper seu  
 20 societates, si quas pietati ydoneas esse prospexeritis, cum opportunis constitutionibus ordinare, et ad tertium ordinem beati Francisci, ad habitum et professionem recipere, et in eodem ordine visitatores et alios officiales instituere valeatis.

Quarum omnium tam dicti tercii ordinis quam congregacionum singulis personis in dictis congregacionibus perseverantibus omnium peccatorum remissionem in mortis articulo, ac vere penitentibus et confessis, auctoritate apostolica impendere valeas et valeant;

necnon fratribus, de quibus tibi aut eis videbitur, ut ad partes predictas vadant, qui etiam tibi et illis obedire teneantur, precipiendi et mandandi, ipsosque ad alias quascumque mundi partes cum facultatibus et auctoritatibus supradictis dirigendi, ac notarios ad actus publicos in favorem fidei conscribendos, creandi et instituendi, simili auctoritate concedimus.

30 Volumus autem, quod per quascumque litteras apostolicas Generali Ministro dicti ordinis seu aliis quoquomodo concessas et concedendas in posterum, gratie, indulta et alia supradicta nullatenus intelligantur revocata.

Non obstantibus apostolicis ac in generalibus ac specialibus conciliis editis constitutionibus et ordinationibus, statutis quoque et consuetudinibus ordinis predicti, ceterisque contrariis quibuscumque,  
 35 etiamsi de ipsis in presentibus adversantur, prorsus volumus hac vice dumtaxat derogari, ipsis alias in suo robore permansuris. Nulli ergo etc. nostre actionis, constitutionis, deputacionis, dationis, statuti, voluntatis et concessionis infringere etc. Si quis etc.

Datum Florentie anno [M CCCC XI], XVIII kalendas ianuarii, anno XI.

2 preclares *Ms.* || timore dieu *Ms.* 4 intende *Ms.* 8 nomen *Ms.* 9 veritatis *Ms.* || sic (= sicut) *Ms.*  
 11 aciem] etiam *Ms.* 17 si tamen *Ms.* 19-20 insuper sono societatis *Ms.* 21 ad duabis vicibus in *Ms.*  
 28 actis *Ms.* 38 in *Ms contra editores*: anno XI.

6 cf. *Matth.* 18, 12; *Luc.* 15, 4. 7 cf. *Matth.* 15, 24. 10 cf. *Luc.* 24, 19. 15 cf. *Ep. pontif.* II, n. 207, pag. 99.



## 256.

*Eugenius IV Iohannem patriarcham Maronitarum laudat eique Antonium Troianum et Petrum Ferrarium, O. F. M. commendat.*

*1441 dec. 16 Florentiae.*

*Diploma orig.: Archivum Romanum Societatis Iesu, Gallia 95 II, 6r.*

*Copia saec. XVIII: Bibliotheca Vaticana, Vat. Lat. 7258; in hoc codice miscellaneo inter alia documenta habetur collectio bullarum et brevium pontificiorum ad patriarchas Maronitarum, missa ab archiepiscopo Avodio, Iosepho Simonio Assemani, die 18 dec. 1715, pag. 43r (non pag. 42, sicut ANAISSI habet; in pag. 42r habetur solum inscriptio epistolae; 42° est pagina vacua) exhibetur hoc brevissimum extractum « Nec hoc dicimus — anno undecimo ».*

*Particula huius epistolae, est edita secundum copiam Vaticanam a Tobia ANAISSI, Bullarium Maronitarum (Roma 1911) 13.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI IOHANNI PATRIARCHE MARONITHARUM, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Existimavimus semper, quando alias ad tuam fraternitatem dedimus, futurum, ut si ille tibi redderentur, maxima tu et populi tue com[m]issi gubernationi leticia afficeremini, quod cum iuxta votum vestrum esse impletum per dilecti filii fratris Petri Ferrarii ordinis Minorum curam et ex litteris tuis augusto proximo datis intellexerimus. Nos eciam letissimos effecer[unt] videntes gratiam dei et donum nostri Iesu Christi esse vobiscum, qui dogmata illius fidei libenter accipitis et solidam de sede apostolica et Petri successore vicario Ihesu Christi spem opinionemque habentes gratias nobis agitis de missis ad vos aliquot instructionibus particularium, in quibus vos errare aut labi posse suspicabamur. 10

Dabit vero, prout confidimus, venerabilis frater, omnipotens deus tibi et illi nationi [suam] gratiam ac, sicut humilitatem, obedientiamque ceterarum virtutum directivas in supradictis nobiscum habuistis, ita per sedis apostolice dogmata, que nunc ampliora mittimus et in dies magis magisque mittere enitimur, impleamini sapientia, sciatisque et possitis non solum vos in via domini conservare, sed populos et nationes proximarum partium et regionum in animarum vestrarum lucrum dirigere, ac ad vitam ducere sempiternam. 15

Ecce enim quia scriptis ad omnia supplere et multis, que inesse possent incognitis satisfacere difficillimum est visum, ad vos mittimus dilectum filium fratrem Antonium Troianum ordinis Minorum, qui cum sit donante domino et doctus et plene instructus, simul cum predicto fratre Petro Ferrario vos diriget, ut fidei catholice et Romane ecclesie normam in omnibus habeatis. 20

7 et 12 pergamena ex parte deleta est. 12 dirrectivas orig. 21 dirriget orig.

1 Iohannes El-Giagi fuit patriarcha Maronitarum (iuxta ASSEMANI) 1404-1445. 4 epistola Iohannis patriarchae Maronitarum ad Eugenium IV papam a me inventa non est. 5 Petrus Ferrarius (de Ferraria) O. F. M. 20 textus instructionum a me inventus non est. 19 Antonius Troianus O. F. M., commissarius pontificius in Oriente cf. doc. n. 255, pag. 41-42. 21 Petrus Ferrarius O. F. M. fil commissarius pontificius in Syria die 21 maii 1444; cf. HÜNTEMANN 369-370.

Quod autem absentes possumus, illud in primis suademus, ut non solum attentionem diligenciamque in accipiendis amplectendisque dei sermonibus et fidei doctrinis prestetis, sed exhibeat animi constantiam, que et certantes in fine faciet converti et multos ex hostibus fidei, qui in principio adversabuntur, ad tante virtutis imitationem animatos con-  
 5 vertet. Sic enim fides nostra a principio crevit, dum eos, qui salutem predicabant, contumeliis primo affectos, postea populi principes et reges sunt secuti et duces ac animarum conservatores cum gaudio acceperunt, quos ceci prius amentesque spernebant.

Nec hoc dicimus, quia de tua et tuorum animi constancia dubitemus, quos scimus acceptis nostris, de quibus supra est dictum, tanta leticia tantaque cum audacia ostendisse gaudium mentis vestre, ut Saracenos in quorundam ex vestris capita furere effeceritis adeo, ut preter rerum iacturam aliqui sint occisi, que quidem omnia tam magno animo pertulistis, ut illud apostolicum de vobis dici possit 'rapinam honorum vestrorum cum gaudio suscepistis', sed iuvat tecum loquendo ad ea exhortari laude ac eterno premio digna, que cum iam feceris et facere dispositum te sencias, conscienciam animi tui  
 15 ex tanto dei dono faciant exultare.

Datum Florencie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo primo, decimo septo kal. ianuar., pontificatus nostri anno undecimo.

C. de Thomacellis.

## 257.

*Eugenius IV Nestorianos ad unionem cum ecclesia Romana amplectendam invitavit eisque nuntios suos, scilicet Antonium Troianum et Petrum Ferrarium, O. F. M., commendavit.*

*1441 dec. 16 Florentiae.*

*Diploma orig. in archivo custodiae Terrae Sanctae.*

*Edd. Bullarium peculiare Terrae Sanctae (Roma 1727) 48-49; Diarium Terrae Sanctae III (Hierosolymis 1910) 117; HÜNTEMANN 264-265, non totum.*

*Sequitur editionem factam in Diario Terrae Sanctae.*

*Ed. HÜNTEMANN 264-265.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTIS FILIIS GENTI ET NATIONI NESTORIANORUM, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.  
 20

Per hec proxima tempora, in quibus exuberanti domini et dei nostri dono nobis est concessum Grecos, apud quam gentem secularis sapientia et rerum divinarum peritia semper claruit, ad nos venire et post varias hinc inde habitas disceptationes Romane ecclesie uniri;

1 attentionem orig.    6 sequi orig.    9 audacia orig.

8 epistola pontificia instructiones de fide continebat.    12 Hebr. 10, 34.    19 de diffusione nestorianismi in Oriente Proximo et Remoto medio aevo cf. E. TISSERANT, in Dictionnaire de théologie catholique, X, 237 sqq.; ibidem etiam alii auctores indicantur, qui de hac quaestione scripserunt.    24 unio Graecorum die 6 iulii 1439.

ac postmodum Armeniis, quibus fidei catholice dogmata dedimus, apud nos existentibus, multorum sermonibus nobis innotuit vos professione christianos gentem esse maximam, quippe quorum populi et apud Indos, Arabas (!) et Ethiopes et per omnem Asiam inhabitent, cum tamen maxima pars sit in Europe partibus constituta, fuitque inprimis letissimum audire vos pro moribus, prudentia et vite instituto ab omnibus nationibus sive aliarum sectarum christianis sive gentilibus paganis, inter quos habitatis aut quibus estis contigui, in magna reverentia haberi.

Que quidem gratissima nobis nova nuperrime renovarunt quidem prestantes viri ex partibus Asie et Cairi et Ethiopie venientes cum ipsis Ethiopum oratoribus, quos domino concedente brevi sentietis Romane ecclesie et sancte sedis apostolice dogmata accepisse, et quod de Grecis Armenisque prius factum fuisse debuistis audivisse, nobis consensisse in catholice fidei unione.

Arserunt vero, dilecti filii, illico viscera nostra in charitatem (!) et a deo inflammata sunt ut nullo pacto duxerimus differendum, quin vos Christi nomine et caractere, ut credimus, insignitos invitaremus incitaremusque, imo per viscera misericordie dei nostri exhortaremur, ut christiani viri ad christiane religionis caput, ad sedem apostolicam ipsumque Christi vicarium veniatis.

Nam si, quod de vestra prudentia credimus, nuntios transmittetis, profecto illis redeuntibus intelligetis magna esse et omni thesauro seculi pretiosiora, que secum referent vestre nationis et secte hominibus, ubicumque sint, cum gaudio communicanda; verum hec ipsa aliaque permulta, quibus nulle littere nostre possent satisfacere, commisimus dilectis filiis fratribus Antonio Troiano, ordinis Minorum, in partibus illis commissario nostro, ac Petro Ferrario, ordinis predicti, ut illa referant nostris verbis, quibus velitis fidem credulitatis plenariam adhibere.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadregesimo primo, decimo septimo calendas ianuarii, pontificatus nostri anno undecimo.

N. de Carbonibus.

*A tergo:*

Dilectis filiis genti et nationi Nestorianorum. — Blondus.

## 258.

*Bulla unionis Coptorum.*

1442 febr. 4 Romae.

*Diploma orig.: Firenze, Biblioteca Laurenziana, Cassella Cesarini; de secundo diplomate originali cf. introductionem pag. IX.*

*Diploma est in forma fasciculi redactum. Inscriptio a tergo: YHIS XPS (= Yhesus Christus). Decretum unionis Iacobinorum cum sancta Romana ecclesia, in quo inserta sunt decreta unionis Graecorum et Armenorum, primo Latine, deinde Arabice. Tertium exemplar in archivo custodiae Terrae Sanctae asservatur. Cum notis: Blondus — A. de Spoleto. Cum subscriptionibus papae et 19 cardinalium; cf. Diarium Terrae Sanctae III (1910) 115-116, nota 5.*

1 unio Armenorum die 22 nov. 1439. 9 unio Coptorum Aethiopyumque die 4 febr. 1442. 23 Antonius Troianus (de Troia) et Petrus Ferrarius (de Ferraria), O. F. M.; cf. de his duo documenta praecedentia.

*Edd. Collectio anonyma bullarum Eugenii IV et Iulii II, Venetiis anno 1514 typis impressa, cuius opusculi exemplum unum habetur in bibliotheca S. Marco, Venezia, Miscell. 1873, n. 24, 2<sup>r</sup>-8<sup>r</sup>, alterum (a R.mo A. MERCATI detectum) in archivo Vaticano, Fondo Gonsalonieri, 87, 62<sup>r</sup>-72<sup>r</sup>. GIUSTINIANI 354-374; WADDING 11, 144-151; HOFMANN III, 29-44; hi tres ad fidem codicis I vel II; MANSI 31 B, 1734C-1743 B, iuxta GIUSTINIANI. Diploma Florentinum (= cod. I) sequor.*

*De synodalibus concilii Florentini scripserunt G. MEERSSEMAN O. P., Les dominicains présents au Concile de Ferrare-Florence jusqu'au décret d'Union pour les Grecs (6 juillet 1439) (cf. Archivum Fratrum Praedicatorum 9 [1939] 62-75); Benvenuto BUGHETTI O. F. M., I francescani al Concilio di Firenze, Firenze 1938 (separatim) et in periodico Studi Francescani, S. 3<sup>a</sup>, 10 (1938) 60-86; Severino GONZÁLEZ S. I., España en Florencia, Madrid 1938 (de synodali Iohanne de Mella cf. etiam Petr. LETURIA S. I., Gregorianum 25 [1944] 367, et Bruno KATTERBACH O. F. M., Referendarii utriusque signaturae a Martino V ad Clementem IX et praelati signaturae supplicationum a Martino V ad Leonem XIII, in collectione Studi e testi 55 [1931] 16-17, 19). De aliis synodalibus Bessarione, Isidoro Kioviensi etc. passim tractavi in articulis meis de concilio Florentino, in introductione partis II epistolarum pontificiarum citatis. De Bessarione mihi placet adhuc indicare articulum Em. CANDAL S. I., Bessarion Nicaenus in concilio Florentino (cf. Orientalia Christiana Periodica 6 [1940] 417-466; de Ambrosio Traversari († iam 1439) librum cardinalis Giov. MERCATI, Studi e testi 90 (1929). Non neglexi merita Ioh. Torquemada O. P. et Fantini Vallarresso († iam 1443) nec aliorum theologorum et synodalium, id quod iam ex eo patet, quod ex meo consilio approbato a meis superioribus iam apparuerunt opera theologica et historica in collectione Concilium Florentinum, Documenta et Scriptores; et alia scripta, Deo favente, in eadem collectione in lucem edentur.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

‘Cantate domino, quoniam magnifice fecit, annuntiate hoc in universa terra. Exulta et lauda, habitatio Syon, quoniam magnus in medio tui sanctus Israhel’. Cantare profecto et exultare in domino decet ecclesiam dei pro hac grandi magnificentia et gloria nominis  
 5 tui, quam hodierna die clementissimus deus operari dignatus est. Toto siquidem corde laudare et benedicere salvatorem nostrum nos convenit, qui sanctam ecclesiam suam novis quotidie accumulatur incrementis. Quanquam autem in populum christianum sua beneficia omni tempore multa ac magna sint, que luce clarius suam erga nos immensam caritatem ostendunt, si tamen accurate inspiciamus, que et quanta his diebus novissimis  
 10 divina clementia facere dignatus est, iudicare certe poterimus hoc nostro tempore plura ac maiora quam a multis retroactis etatibus sue caritatis munera extitisse.

Ecce enim nondum exacto triennio in hac sancta ycumenica sinodo saluberrimam trium magnarum nationum unionem dominus noster Ihesus Christus sua infatigabili pietate ad commune pereneque totius christianitatis gaudium tam copiose effecit. Unde actum  
 15 est, ut totus fere Oriens, qui gloriosum Christi nomen adoratur, ac non parva Septentrionis portio post longa dissidia cum sancta Romana ecclesia in eodem fidei ac caritatis vinculo iam convenerint. Primo etenim Greci et hi, qui subsunt quatuor patriarchalibus sedibus multas gentes nationesque et ydiomata continentibus, deinde Armenii, multorum populo-

rum gens, hodie vero Iacobini, magni etiam per Egiptum populi, sancte sedi apostolice uniti sunt.

Et cum nichil salvatori nostro domino Ihesu Christo gratius sit quam mutua inter homines caritas, nichilque nomini suo gloriosius atque ecclesie utilius esse possit quam ut christiani omni inter se sublato dissidio in eadem simul fidei puritate conveniant, 5 merito nos omnes et cantare pre gaudio et iubilare in domino debemus, quos, ut tantam christiane fidei magnificentiam diebus nostris videremus, divina miseratio dignos effecit. Summa igitur cum alacritate annuntiamus magnalia hec in universa christianorum terra, ut sicut nos pro gloria dei et exaltatione ecclesie gaudio inenarrabili repleti sumus, ita et alios tante letitie participes faciamus, ut omnes uno ore magnificemus et glorificemus 10 deum et sue maiestati, prout dignum est, magnas quotidianasque gratias agamus pro tot tantisque mirabilibus beneficiis, hac etate ecclesie sue sancte collatis.

Et quoniam, qui opus dei diligenter exercet, non modo meritum ac retributionem in celis expectat, sed et apud homines amplam gloriam laudemque meretur, venerabilem fratrem nostrum Iohannem Iacobinorum patriarcham, huius sancte unionis cupidissimum, 15 a nobis et tota ecclesia merito laudandum et extollendum ac communi omnium christianorum favore cum tota sua gente dignum iudicamus. Is enim a nobis per nostrum oratorem ac litteras excitatus, ut ad nos et hanc sanctam sinodum legationem mitteret et se ac suam gentem in eadem cum ecclesia Romana fide uniret, dilectum filium Andream natione Egiptium, abbatem monasterii sancti Antonii apud Egiptum, in quo et habitasse 20 et mortuus esse sanctus ipse Antonius perhibetur, religione et moribus non mediocriter institutum, ad nos et ipsam sinodum destinavit, cui devotionis zelo accensus imposuit atque commisit, ut fidei doctrinam, quam sancta Romana ecclesia tenet et predicat, nomine ipsius patriarche et suorum Iacobinorum reverenter susciperet, deferendam postea per eum ad ipsum patriarcham et Iacobinos, ut et ipsi eandem agnoscerent ratamque 25 haberent et in suis regionibus predicarent.

Nos igitur, quibus voce domini commissum est pascere oves Christi, ipsum Andream abbatem per nonnullos huius sacri concilii insignes viros super articulis fidei et sacramentis ecclesie et quibusque ad salutem spectantibus diligenter examinari fecimus, et tandem, quantum visum est fore necessarium, exposita eidem abbati sancte Romane ec- 30 clesie fide catholica et per ipsum humiliter acceptata, hanc, que sequitur, veram necessariamque doctrinam hodie in hac solenni sessione sacro approbante ycumenico concilio Florentino in nomine domini tradidimus.

Imprimis igitur sacrosancta Romana ecclesia, domini et salvatoris nostri voce fundata, firmiter credit, profitetur et predicat unum verum deum, omnipotentem, incommu- 35 tabilem et eternum; patrem et filium et spiritum sanctum; unum in essentia, trinum in personis, patrem ingenitum, filium ex patre genitum, spiritum sanctum ex patre et filio procedentem, patrem non esse filium aut spiritum sanctum, filium non esse patrem aut spiritum sanctum, spiritum sanctum non esse patrem aut filium, sed pater tantum pater est, filius tantum filius est, spiritus sanctus tantum spiritus sanctus est. Solus pater de 40 substantia sua genuit filium. Solus filius de solo patre est genitus. Solus spiritus sanctus

17 oratorem, scilicet Albertum de Sarteano O. F. M.; litteras, id est epistolam Iohannis XI patriarchae Iacobitarum ad Eugenium IV, die 12 sept. 1440. 27 cf. Ioh. 21, 16-18.

simul de patre procedit et filio. He tres persone sunt unus deus, non tres dii, quia trium est una substantia, una essentia, una natura, una divinitas, una immensitas, una eternitas, omniaque sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. Propter hanc unitatem pater est totus in filio, totus in spiritu sancto, filius est totus in patre, totus in spiritu sancto, 5 spiritus sanctus est totus in patre, totus in filio. Nullus alium aut preceedit eternitate aut excedit magnitudine aut superat potestate. Eternum quippe et sine initio est, quod filius de patre extitit, et eternum ac sine initio est, quod spiritus sanctus de patre filioque procedit. Pater, quicquid est aut habet, non habet ab alio, sed ex se, et est principium sine principio. Filius, quicquid est aut habet, habet a patre, et est principium de prin- 10 cipio. Spiritus sanctus, quicquid est aut habet, habet a patre simul et filio. Sed pater et filius non duo principia spiritus sancti, sed unum principium, sicut pater et filius et spiritus sancti non tria principia creature, sed unum principium. Quoscunque ergo adversa et contraria sentientes damnat, reprobat et anathematizat et a Christi corpore, quod est ecclesia, alienos esse denuntiat. Hinc damnat Sabellium personas confundentem et ipsa- 15 rum distinctionem realem penitus auferentem, damnat arrianos, eunomianos, macedonianos solum patrem verum deum esse dicentes, filium autem et spiritum sanctum in creaturatum ordine collocantes. Damnata et quoscunque alios, gradus seu inequalitatem in trinitate facientes.

Firmissime credit, profitetur et predicat unum verum deum patrem et filium et spiritum sanctum esse omnium visibilium et invisibilium creatorem, qui, quando voluit, bonitate sua universas tam spirituales quam corporales condidit creaturas, bonas quidem, quia a summo bono facte sunt, sed mutabiles, quia de nichilo facte sunt, nullamque mali asserit esse naturam, quia omnis natura, in quantum natura est, bona est.

Unum atque eundem deum veteris ac novi testamenti hoc est legis et prophetarum 25 atque evangelii profitetur auctorem, quoniam eodem spiritu sancto inspirante utriusque testamenti sancti locuti sunt, quorum libros suscipit et veneratur, qui titulis sequentibus continentur.

Quinque Moysi id est Genesi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio; Iosue, Iudicum, Ruth, Quatuor Regum, Duobus Paralipomenon, Esdra, Neemia, Tobia, Iudith, Hester, 30 Iob, Psalmis David, Parabolis, Ecclesiaste, Canticis Canticorum, Sapientia, Ecclesiastico, Isaya, Ieremia, Baruch, Ezechiele, Daniele, Duodecim Prophetis Minoribus id est Osee, Iohelle, Amos, Abdia, Iona, Michea, Naum, Abachuc, Sophonia, Ageo, Zacharia, Malachia; Duobus Machabeorum, Quatuor Evangeliiis, Mathei, Marci, Luce, Iohannis; Quatuordecim Epistolis Pauli, Ad Romanos, Duabus Ad Corinthios, Ad Galatas, Ad Ephesios, 35 Ad Philipenses, Duabus Ad Thesalonicenses, Ad Colocenses, Duabus Ad Thimotheum, Ad Titum, Ad Philemonem, Ad Hebreos; Petri Duabus; Tribus Iohannis; Una Iacobi; Una Iude; Actibus Apostolorum, et Apocalipsi Iohannis.

Propterea Maniceorum anathematizat insaniam, qui duo prima principia posuerunt, unum visibilium, aliud invisibilium, et alium novi testamenti deum, alium veteris esse 40 dixerunt. Firmiter credit, profitetur et predicat unam ex trinitate personam, verum deum dei filium ex patre genitum, patri consubstantialem et coeternum, in plenitudine temporis,

3 cf. FULGENTIUS, *De fide*, c. 4 = Migne PL 65, 674 A-B.  
MANSI 26, 373 D.

24 cf. *constitutiones Nicosienses (1340)* =

quam divini consilii inscrutabilis altitudo disposuit, propter salutem humani generis, veram hominis integramque naturam ex immaculato utero Marie virginis assumpsisse et sibi in unitatem persone copulasse tanta unitate, ut, quicquid ibi dei est, non sit ab homine separatum, et quicquid est hominis, non sit a deitate divisum, sitque unus et idem indivi-  
sus, utraque natura in suis proprietatibus permanente, deus et homo, dei filius et hominis  
filius, equalis patri secundum divinitatem, minor patre secundum humanitatem, immortalis  
et eternus ex natura divinitatis, passibilis et temporalis ex conditione assumpte humanitatis.

Firmiter credit, profitetur et predicat dei filium in assumpta humanitate ex virgine vere natum, vere passum, vere mortuum et sepultum, vere ex mortuis resurrexisse, in celum ascendisse, sedereque ad dexteram patris, et venturum in fine seculorum ad vivos  
mortuosque iudicandos.

Anathematizat autem, execratur et damnat omnem heresim contraria sapientem. Et primum damnat Ebionem, Cherintum, Marcionem, Paulum Samosatenum, Fotinum omnesque similiter blasphemantes, qui percipere non valentes unionem personalem humanitatis ad verbum, Ihesum Christum dominum nostrum, verum deum esse negaverunt, ipsum  
purum hominem confitentes, qui divine gratie participatione maiore quam sanctioris vite merito suscepisset, divinus homo diceretur.

Anathematizat etiam Maniceum cum sectatoribus suis, qui dei filium non verum corpus, sed fantasticum sumpsisse somniantes, humanitatis in Christo veritatem penitus sustulerunt, necon Valentinum asserentem dei filium nichil de virgine matre cepisse, sed  
corpus celeste sumpsisse atque ita transisse per uterum virginis, sicut per aqueductum defluens aqua transcurrit. Arrium etiam, qui asserens corpus ex virgine assumptum anima caruisse voluit loco anime fuisse deitatem. Apol[li]narem quoque, qui intelligens, si anima corpus informans negetur, in Christo humanitatem veram ibidem non fuisse, solam posuit animam sensitivam, sed deitatem verbi vicem rationalis anime tenuisse. Anathematizat  
etiam Theodorum Mo[ysi]suestenum atque Nestorium asserentes humanitatem dei filio unitam esse per gratiam, et ob id duas in Christo esse personas, sicut duas fatentur esse naturas, cum intelligere non valerent unionem humanitatis ad verbum ypostaticam extitisse, et propterea negarent verbi subsistentiam accepisse. Nam secundum hanc blasphemiam non verbum caro factum est, sed verbum per gratiam habitavit  
in carne, hoc est, non dei filius homo factus est, sed magis dei filius habitavit in homine. Anathematizat etiam, execratur et damnat Euticem archimandritam, qui cum intelligeret iuxta Nestorii blasphemiam veritatem incarnationis excludi et propterea oportere, quod ita dei verbo unita esset humanitas, ut deitatis et humanitatis una esset eademque persona, ac etiam capere non posset stante pluralitate naturarum unitatem  
personae, sicut deitatis et humanitatis in Christo unam posuit esse personam, ita unam asseruit esse naturam, volens ante unionem dualitatem fuisse naturarum, sed in unam naturam in assumptione transisse, maxima blasfemia et impietate concedens aut humanitatem in deitatem aut deitatem in humanitatem esse conversam. Anathematizat etiam,  
execratur et damnat Macharium Anthiocenum omnesque similia sapientes, qui, licet vere  
de naturarum dualitate et persone unitate sentiret, tamen circa Christi operationes enormiter oberravit, dicens in Christo utriusque nature unam fuisse operationem unamque voluntatem. Hos omnes cum heresibus suis anathematizat sacrosancta Romana ecclesia affirmans in Christo duas esse voluntates duasque operationes.

Firmiter credit, profitetur et docet neminem unquam ex viro feminaque conceptum a dyaboli dominatu fuisse liberatum, nisi per fidem mediatoris dei et hominum Iesu Christi domini nostri, qui sine peccato conceptus, natus et mortuus humani generis hostem, peccata nostra delendo, solus sua morte prostravit, et regni celestis introitum, quod primus  
5 homo peccato proprio cum omni successione perdiderat, reseravit, quem aliquando venturum omnia veteris testamenti sacra sacrificia, sacramenta, ceremonie presignarunt.

Firmiter credit, profitetur et docet legalia veteris testamenti seu mosaice legis, que dividuntur in ceremonias, sacra sacrificia, sacramenta, quia significandi alicuius futuri gratia fuerant instituta, licet divino cultui illa etate congruerent, significato per illa domino nostro  
10 Ihesu Christo adveniente cessasse, et novi testamenti sacramenta cepisse. Quemcunque etiam post passionem in legalibus spem ponentem et illis velut ad salutem necessariis se subdentem, quasi Christi fides sine illis salvare non posset, peccasse mortaliter. Non tamen negat a Christi passione usque ad promulgatum evangelium illa potuisse seruari, duntamen minime ad salutem necessaria crederentur. Sed post promulgatum evan-  
15 gelium sine interitu salutis eterne asserit non posse servari. Omnes ergo post illud tempus circumcisionis et sabbati reliquorumque legalium observatores alienos a Christi fide denuntiat et salutis eterne minime posse esse participes, nisi aliquando ab his erroribus respiscant. Omnibus igitur, qui christiano nomine gloriantur, precipit omnino, quocumque tempore vel ante vel post baptismum a circumcissione cessandum, quoniam sive quis in  
20 ea spem ponat sive non, sine interitu salutis eterne observari omnino non potest.

Circa pueros vero propter periculum mortis, quod potest sepe contingere, cum ipsis non possit alio remedio subveniri nisi per sacramentum baptismi, per quod eripiuntur a dyaboli dominatu et in dei filios adoptantur, admonet non esse per quadraginta aut octuaginta dies seu aliud tempus iuxta quorundam observantiam sacrum baptisma diffe-  
25 rendum, sed quamprimum commode fieri potest, debere conferri, ita tamen, quod mortis imminente periculo, mox sine ulla dilatione baptizentur, etiam per laicum vel mulierem, in forma ecclesie, si desit sacerdos, quemadmodum in decreto Armenorum plenius continetur.

Firmiter credit, profitetur et predicat 'omnem creaturam dei bonam', nichilque reii-  
30 ciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, quia iuxta verbum domini 'non quod intrat in os, coinquinat hominem', illamque mosaice legis ciborum mundorum et immundorum differentiam ad ceremonialia asserit pertinere, que surgente evangelio transierunt et efficacia esse desierunt. Illam etiam apostolorum prohibitionem, 'ab immolatis simulacrorum et sanguine et suffocato', dicit, illi tempori congruisse, quo ex iudeis atque gen-  
35 tilibus, qui antea diversis ceremoniis moribusque vivebant, una surgebat ecclesia, ut cum iudeis etiam gentiles aliquid communiter observarent et in unum dei cultum fidemque conveniendi preberetur occasio, et dissensionis materia tolleretur, cum iudeis propter antiquam consuetudinem sanguis et suffocatum abhominabilia viderentur, et esu immolaticii poterant arbitrari gentiles ad ydolatriam redituros. Ubi autem eo usque propagata  
40 est christiana religio, ut nullus in ea iudeus carnalis appareat, sed omnes ad ecclesiam transeuntes in eosdem ritus evangelii ceremoniasque conveniant, credentes 'omnia munda

2 cf. FULGENTIUS, *De fide*, cap. 26 = MIGNE PL 65, 701 A. 29 cf. FULGENTIUS, *De fide*, cap. 42 = MIGNE PL 65, 704 C-D. ¶ 1 Tim. 4, 4. 30 Matth. 15, 11. 33 Act. 15, 29. 41 Tit. 1, 15.



mundis', illius apostolice prohibitionis causa cessante etiam cessavit effectus. Nullam itaque cibi naturam condemnandam esse denuntiat, quem societas admittit humana, nec inter animalia discernendum per quemcunque sive virum sive mulierem, et quocunque genere mortis intereant, quamvis pro salute corporis, pro virtutis exercitio, pro regulari et ecclesiastica disciplina possint et debeant multa non negata dimitti; quia iuxta apostolum 'omnia licent, sed non omnia expediunt'.

Firmiter credit, profitetur et predicat nullos extra ecclesiam catholicam existentes, non solum paganos, sed nec iudeos aut hereticos atque scismaticos eterne vite fieri posse participes, sed 'in ignem eternum' ituros, 'qui paratus est dyabolo et angelis eius', nisi ante finem vite eidem fuerint aggregati, tantumque valere ecclesiastici corporis unitatem, ut solis in ea manentibus ad salutem ecclesiastica sacramenta proficiant et ieiunia, elemosine ac cetera pietatis officia et exercitia militie christiane premia eterna parturiant, neminemque, quantascunque elemosinas fecerit, et si pro Christi nomine sanguinem effuderit, posse salvari, nisi in catholice ecclesie gremio et unitate permanserit.

Amplectitur autem, approbat et suscipit sanctam Nicenam synodum trecentorum decem et octo patrum temporibus beatissimi Silvestri predecessoris nostri et magni Constantini piissimi principis congregatam, in qua impia heresis arriana cum suo auctore damnata est, et diffinitum est filium dei patri esse consubstantialem et coeternum.

Amplectitur etiam, approbat et suscipit sanctam Constantinopolitanam synodum centum quinquaginta patrum, beatissimi Damasi predecessoris nostri et Theodosii senioris tempore convocatam, que impium Macedonii anathematizavit errorem, qui spiritum sanctum non deum, sed creaturam asserebat. Quos damnant, damnat, quod approbant, approbat, et per omnia vult ibidem diffinita illesa et inviolata subsistere.

Amplectitur etiam, approbat et suscipit sanctam primam Ephesinam synodum ducentorum patrum, que tertia est in ordine universalium synodorum, sub beatissimo Celestino predecessore nostro et Theodosio iuniore convocatam, in qua impii Nestorii est damnata blasfemia, diffinitumque est domini nostri Iesu Christi veri dei et veri hominis unam esse personam, et beatam Mariam semper virginem non solum christotochon, sed etiam theotochum, hoc est non tantum hominis, sed dei genitricem ab omni ecclesia predicandam.

Damnat autem, anathematizat et respuit impiam secundam Ephesinam synodum, sub beatissimo Leone predecessore nostro et prefato principe congregatam, in qua Dioscorus Alexandrinus antistes, Euticis heresiarche defensor et sancti Flaviani Constantinopolitani pontificis impius persecutor, execrandam illam synodum ad approbationem euticiane impietatis arte et minis attraxit.

Amplectitur etiam, approbat et suscipit sanctam Calcedonensem synodum, quartam in ordine universalium synodorum, sexcentorum et triginta patrum temporibus prefati beatissimi Leonis predecessoris nostri et Martiani principis celebratam, in qua heresis euticianae cum suo auctore Eutice et Dioscoro defensore damnata est, et diffinitum est dominum nostrum Iesum Christum esse verum deum et verum hominem, et in una eademque persona divinam humanamque naturas integras, inviolatas, incorruptas, incon-

6 1 Cor. 6, 12; 10, 22. 9 cf. FULGENTIUS, *De fide*, cap. 28 = Migne PL 65, 704 B. || *Matth.* 25, 41. 12 cf. FULGENTIUS, *De fide*, cap. 39 = Migne PL 65, 704 B.

fusas, distinctasque mansisse, humanitate agente, que hominis sunt, et deitate, que dei. Quos damnat, damnatos habet; quos approbat, approbatos.

Amplectitur etiam, approbat et suscipit sanctam quintam synodum, secundo apud Constantinopolim, tempore beatissimi Vigili predecessoris nostri et Iustiniani principis celebratam, in qua sacri Calcedonensis concilii diffinitio de duabus naturis et una persona Christi renovata est, multique Origenis errores suorumque sequacium, presertim de demonum aliorumque damnatorum penitentia et liberatione, reprobati atque damnati sunt.

Amplectitur etiam, approbat et suscipit sanctam tertiam Constantinopolitanam synodum centum quinquaginta patrum, que sexta est in ordine universalium synodorum, temporibus beatissimi Agathonis predecessoris nostri et Constantini III huius nominis principis congregatam, in qua Macharii Anthioceni et sectatorum heresis condemnata est, et diffinitum est in domino nostro Iesu Christo duas esse perfectas integrasque naturas et duas operationes, duas etiam voluntates, licet esset una eademque persona, cui utriusque nature competere actiones, deitate agente, que dei sunt, et humanitate, que hominis sunt.

Amplectitur etiam, approbat et suscipit omnes alias universales synodos auctoritate Romani pontificis legitime congregatas ac celebratas et confirmatas, et presertim hanc sanctam Florentinam, in qua inter alia Grecorum atque Armeniorum sanctissima unio consummata est, et multe circa utramque unionem saluberrime diffinitiones edite sunt, prout in decretis desuper promulgatis plene continetur, quorum tenor in hunc modum sequitur.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam.

Consentiente ad infrascripta carissimo filio nostro Iohanne Paleologo Romeorum imperatore illustri et locatenentibus venerabilium fratrum nostrorum patriarcharum et ceteris Orientalem ecclesiam representantibus.

Letentur celi et exultet terra; sublatus est enim de medio paries, qui Occidentalem Orientalemque dividebat ecclesiam, et pax atque concordia rediit, illo angulari lapide Christo, qui fecit utraque unum, vinculo fortissimo caritatis et pacis utrunque iungente parietem et perpetue unitatis federe copulante ac continente, postque longam meroris nebulam et dissidii diuturni atram ingrattamque caliginem serenum omnibus unionis optate iubar illuxit. Gaudeat et mater ecclesia, que filios suos hactenus invicem dissidentes iam videt in unitatem pacemque rediisse, et que ante in eorum separatione amarissime flebat, ex ipsorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem et qui christiano censentur nomine, matri catholice ecclesie colletentur. Ecce enim Occidentales Orientalesque patres post longissimum dissensionis atque discordie tempus se maris ac terre periculis exponentes omnibusque superatis laboribus ad hoc sacrum ycumenicum concilium desiderio sacratissime unionis et antique caritatis reintegrande gratia leti alacresque convenerunt et intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam enim laboriosamque indaginem tandem spiritus sancti clementia ipsam optatissimam sanctissimamque unionem consecuti sunt. Quis igitur dignas omnipotentis dei beneficiis gratias referre sufficiat? Quis ante divine miserationis divitias non obstupescat? Cuius vel ferreum pectus tante superne pietatis magnitudo non molliat? Sunt ista prorsus divina opera, non humane fragilitatis inventa atque ideo eximia cum veneratione suscipienda et divinis laudibus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Christe fons misericordie, qui tantum bonum sponse tue catholice ecclesie contulisti atque in generatione nostra tue pietatis miracula demonstrasti, ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum siquidem divinumque munus nobis deus largitus est, oculisque vidimus, quod ante nos multi, cum valde cupierint, aspicere nequiverunt.

Convenientes enim Latini ac Greci in hac sacrosancta ycumenica synodo magno studio invicem  
 usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina spiritus sancti processione summa cum diligentia  
 et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis scripturis plurimisque aucto-  
 ritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium, aliquibus siquidem ex patre et filio,  
 quibusdam vere ex patre per filium procedere dicentibus spiritum sanctum, et ad eandem intelli- 5  
 gentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis, Greci quidem asseruerunt quod id quod dicunt  
 spiritum sanctum ex patre procedere, non hac mente proferunt, ut excludant filium, sed quia eis  
 videbatur, ut aiunt, Latinos asserere spiritum sanctum ex patre et filio procedere tanquam ex duobus  
 principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo, quod spiritus sanctus ex patre pro-  
 cedat et filio. Latini vero affirmarunt non se hac mente dicere spiritum ex patre filioque procedere, 10  
 ut excludant patrem, quin sit fons ac principium totius deitatis, filii scilicet ac spiritus sancti, aut  
 quod id quod spiritus sanctus procedit ex filio, filius a patre non habeat, sive quod duo ponant  
 esse principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium unicamque spira-  
 tionem spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur  
 veritatis sensus, tandem in infrascriptam sanctam et deo amabilem eodem sensu eademque mente 15  
 unionem unanimiter concordarunt et consenserunt.

In nomine igitur sancte trinitatis patris et filii et spiritus sancti hoc sacro universali approbante  
 Florentino concilio diffinimus, ut hec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur  
 sicque omnes profiteantur, quod spiritus sanctus ex patre et filio eternaliter est et essentiam suam  
 suumque esse subsistens habet ex patre simul et filio et ex utroque eternaliter tanquam ab uno 20  
 principio et unica spiratione procedit. Declarantes quod id quod sancti doctores et patres dicunt  
 ex patre per filium procedere spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc signifi-  
 cetur filium quoque esse secundum Grecos quidem causam, secundum Latinos vero principium sub-  
 sistentie spiritus sancti sicut et patrem. Et quoniam omnia, que patris sunt, pater ipse unigenito  
 filio suo gignendo dedit preter esse patrem, hoc ipsum, quod spiritus sanctus procedit ex filio, ipse 25  
 filius a patre eternaliter habet, a quo eternaliter etiam genitus est.

Diffinimus insuper explicationem verborum illorum filioque veritatis declarande gratia et  
 imminente tunc necessitate licite ac rationaliter symbolo fuisse appositam.

Item in azimo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici sacerdotesque in  
 altero ipsum domini corpus conficere debere, unumquenque scilicet iuxta sue ecclesie sive Occiden- 30  
 talis sive Orientalis consuetudinem.

Item si vere penitentes in dei caritate decesserint, antequam dignis penitentie fructibus de com-  
 missis satisfecerint et omissis, eorum animas penis purgatoriis post mortem purgari, et ut a penis  
 huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes  
 et elemosinas et alia pietatis officia, que a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum 35  
 ecclesie instituta. Illorumque animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam  
 incurrerunt, illas etiam, que post contractam peccati maculam vel in suis corporibus vel eisdem  
 exute corporibus, prout superius dictum est, sunt purgate, in celum mox recipi et intueri clare ipsum  
 deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem  
 animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, 40  
 penis tamen disparibus puniendas.

Item diffinimus sanctam apostolicam sedem et Romanum pontificem in universum orbem tenere

34 silicet *M*s.

primatum et ipsum pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum et verum Christi vicarium totiusque ecclesie caput et omnium christianorum patrem ac doctorem existere et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem ecclesiam a domino nostro Ihesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis ycumenicorum conciliorum  
5 et in sacris canonibus continetur.

Renovantes insuper ordinem traditum in canonibus ceterorum venerabilium patriarcharum, ut patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Anthiochenus et quintus Ierusalemitanus, salvis videlicet privilegiis omnibus et iuribus eorum.

10 Datum Florentie in sessione publica synodali solenniter in ecclesia maiori celebrata anno incarnationis dominice millesimo quadingentesimo tricesimo nono, pridie nonas iulii, pontificatus nostri anno nono,

Eugenius episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam.

Exultate deo adiutori nostro, iubilare deo Iacob omnes ubique, qui nomine censemur christiano. Ecce enim iterum dominus recordatus misericordie sue alium dissidii lapidem nongentis et  
15 amplius inveteratum annis de ecclesia sua auferre dignatus est et qui facit concordiam in sublimibus et in terra pax est hominibus bone voluntatis, optatissimam Armenorum unionem sua ineffabili miseratione concessit. Benedictus deus et pater domini nostri Ihesu Christi, pater misericordiarum et deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Intuens nanque piissimus  
20 dominus ecclesiam suam modo ab his, qui foris sunt, modo ab his, qui intra, non parvis agitari turbinibus, ut inter ipsas respirare angustias et ad resistendum fortior assurgere valeat, multis eam quotidie modis consolari et roborare dignatur. Nam et pridem magnam illam Grecorum unionem multas longe lateque continentium nationes et linguas, hodie vero hanc ipsam Armenici populi, qui per Septentrionem et Orientem in magna copia diffusus est, in eodem fidei et caritatis vinculo cum  
25 sede apostolica stabilivit. Hec profecto tam magna et mira sunt divine pietatis beneficia, ut non solum pro utroque, sed ne quidem pro altero satis dignas sue maiestati referre gratias possit intellectus humanus. Quis non vehementer admiretur uno eodemque tam brevi tempore duo sic preclara et tot seculis desiderata opera in hoc sacro concilio fuisse tam feliciter consummata. Vere a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Que enim hominum prudentia vel industria, nisi  
30 gratia dei et cepisset et perfecisset, has tales ac tantas res explere potuisset? Laudemus iugiter et toto corde benedicamus dominum, qui fecit mirabilia magna solus, ipsique psallamus spiritu, psallamus et mente, oreque et opere, quantum sinit humana fragilitas, pro tantis muneribus gratias agamus orantes et obsecrantes, ut quemadmodum ipsi Greci atque Armeni unum cum ecclesia Romana effecti sunt, ita fiant et ceterae nationes presertim Christi caractere insignite et totus denique populus  
35 christianus omnibus odiis bellisque extinctis mutua invicem pace ac fraterna caritate quiescat et gaudeat. Ipsos autem Armenos magnis laudum preconiiis dignos esse merito censemur. Ut primum enim a nobis ad synodum accersiti sunt, tanquam ecclesiastice avidi unitatis spectabiles, devotos et doctos oratores suos cum sufficienti mandato de suscipiendo videlicet quicquid spiritus sanctus hanc sanctam synodum illustraverit, ex remotissimis regionibus per multos labores marisque pericula ad  
40 nos et hoc sacrum concilium destinarunt. Nos vero tota mente, ut nostrum pastorale decebat officium, cupientes tam sanctum perficere opus, sepe cum ipsis oratoribus de hac sancta unione contulimus. Et ne vel parva huic sancte rei dilatio feret, deputavimus de omni statu huius sacri concilii

viros iuris divini et humani doctissimos, qui cum omni cura studioque et diligentia rem istam cum ipsis pertractarunt oratoribus, ab eis accurate inquirentes eorum fidem tam circa divine unitatem essentie et divinarum personarum trinitatem quam domini nostri Ihesu Christi humanitatem et septem ecclesie sacramenta et alia ad fidem orthodoxam et ritus universalis ecclesie pertinentia. Multis itaque adhibitis disputationibus, collationibus et tractatibus postque non mediocrem testimoniorum inspectio- 5 nem, que ex sanctis ecclesie patribus et doctoribus deducta sunt et earum de quibus agebatur rerum discussionem, tandem expedire iudicavimus, ne ulla in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenos hesitatio esse valeat atque idem per omnia sapiant cum sede apostolica unioque ipsa stabilis ac perpetua sine ullo scrupulo perseveret, ut sub quodam brevi compendio orthodoxe fidei veritatem, quam super premissis Romana profitetur ecclesia, per hoc decretum sacro hoc approbante Florentino concilio ipsis oratoribus ad hoc etiam consentientibus traderemus. 10

Imprimis ergo damus eis sanctum symbolum a centum quinquaginta episcopis in ycumenico Constantinopolitano concilio editum cum illa additione filioque ipsi symbolo declarande veritatis gratia et urgente necessitate licite ac rationabiliter apposita, cuius tenor talis est.

Credo in unum deum patrem omnipotentem, factorem celi et terre, visibilium omnium et invi- 15 sibilium. Et in unum dominum Ihesum Christum filium dei unigenitum et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scrip- 20 turas et ascendit in celum, sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum, dominum et vivificantem, qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi seculi. Amen. 25

Hoc autem sanctum symbolum, sicut apud Latinos mos est, ita dicimus per omnes Armenorum ecclesias intra missarum solennia singulis saltem diebus dominicis et maioribus festivitibus decantari vel legi.

Secundo tradimus eis diffinitionem quarti universalis concilii Calcedonensis, in quinto postea et sexto universalibus conciliis renovatam, de duabus naturis in una Christi persona, cuius tenor talis est. 30

Sufficeret quidem sapiens hoc et salutare divine gratie symbolum ad plenam cognitionem et confirmationem pietatis; de patre enim et filio et spiritu sancto perfectionem docet et domini humanationem fideliter accipientibus representat. Sed quoniam hi, qui conantur reprobare predicationem veritatis per proprias hereses novas voces genuerunt, et hi quidem presumentes corrumpere misterium dispensationis domini, que propter nos facta est, alii vero introducetes confusionem permix- 35 tionemque et stulte confingentes unam esse naturam carnis et deitatis et portentuose dicentes passibilem unigeniti divinam naturam, ob hoc volens claudere illis omnem machinationem contra veritatem, presens nunc sancta et magna atque universalis synodus predicationem hanc docens ab initio immobilem decrevit ante omnia fidem trecentorum decem et octo sanctorum patrum manere irrecusabilem, et posteriore tempore propter illos quidem, qui pugnant adversus sanctum, spiritum corroborat doc- 40 trinam de substantia spiritus traditam a patribus centum quinquaginta apud Constantinopolim congregatis, quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi inferentes quod aliquid minus esset in precedentibus, sed eorum intellectum de sancto spiritu scripturarum testimoniis declarantes adversus eos, qui dominationem eius respuere temptaverunt; propter illos autem, qui moliuntur corrumpere

dispensationis misterium et impudenter delirant dicentes purum hominem esse illum, qui ex sancta virgine Maria natus est, suscepit epistolas synodicas beati Cirilli quondam presulis ecclesie Alexandrine ad Nestorium et ad Orientales congruas existentes ad convincendas Nestorii vesanias et ad interpretationem eorum, qui salutaris symboli mentem pro zelo nosse desiderant, quibus etiam consequentissime epistolam coaptavit magne et senioris urbis Rome presulis beatissimi ac sanctissimi Leonis pape, que scripta est ad sancte memorie archiepiscopum Flavianum ad perimendam Euticis malam intelligentiam, utpote congruentem illius magni Petri confessioni et existentem nobis communem quandam columnam adversus prava dogmata et ad confirmationem rectorum dogmatum. His nanque, qui in duos filios dispensationis divine misterium discernere nituntur, obsistit. Et illos, qui passibilem deitatem unigeniti ausi sunt dicere, a sacro cetu expellit. Et his, qui in duabus naturis Christi temperamentum aut confusionem exquirunt, resistit. Et eos, qui dicunt servi formam, quam ex nobis assumpsit, celestem esse aut alterius alicuius substantie, ut dementes abigit. Et qui duas quidem ante unionem naturas domini fabulantur, unam vero post unionem confingunt, anathematizat. Sequentes igitur sanctos patres unum eundemque confiteri filium dominum nostrum Ihesum Christum consonanter omnes docemus eundem perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate, deum vere et hominem vere eundem ex anima rationali et corpore, consubstantialem patri secundum deitatem et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante secula quidem de patre genitum secundum deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos et propter salutem nostram ex Maria virgine dei genitrice secundum humanitatem, unum eundemque Christum verum filium dominum unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum. Nusquam sublata differentia naturarum propter unionem magisque salva proprietate utriusque nature et in unam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum sive divisum; sed unum et eundem filium unigenitum deum verum dominum Ihesum Christum, sicut ante prophete de eo ipse nos Ihesus Christus erudit et sanctorum patrum nobis tradidit symbolum.

Tertio diffinitionem de duabus voluntatibus duabusque Christi operationibus in predicto sexto concilio promulgatam, cuius tenor talis est.

Sufficeret quidem et reliqua, que in ipsa diffinitione concilii Calcedonensis superius enarrata sequuntur usque ad finem, post quem sequitur in hunc modum: Et duas naturales voluntates in eo et duas naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse secundum sanctorum patrum doctrinam adeque predicamus. Et duas naturales voluntates non contrarias, absit, iuxta quod impii asseruerunt heretici, sed sequentem humanam eius voluntatem et non resistentem vel reluctantem, sed potius et subiectam divine eius atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moveri, subiici vere voluntati divine iuxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim eius caro dei verbi dicitur et est, ita et naturalis carnis eius voluntas propria dei verbi dicitur et est, sicut ipse ait: Quia descendendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed eius, qui misit me patris, suam propriam dicens voluntatem, que erat carnis eius; nam et caro propria eius facta est. Quemadmodum enim sanctissima atque immaculata animata eius caro deificata est, non est perempta, sed in proprio sui statu et ratione permansit, ita et humana eius voluntas deificata est, non est perempta, salvata est autem magis secundum deiloquum Gregorium dicentem: Nam velle illius, qui in salvatore intelligitur, non est contrarium deo, deificatum est totum. Duas vero naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inconfuse, inseparabiliter in eodem domino Ihesu Christo vero deo nostro glorificamus, hoc est divinam operationem et humanam operationem secundum divinorum predicatorem Leonem apertissime asserentem: Agit enim utraque

forma cum alterius communione, quod proprium est, verbo scilicet operante, quod verbi est, et carne exequente, quod carnis. Nec enim in quoquam unam dabimus naturalem operationem dei et creature, ut neque quod creatum est, in divinam educamus essentiam, neque quod eximum est divine nature, ad competentem creaturis locum deiiciamus. Unius enim eiusdem tam miracula quamque passiones cognoscimus secundum aliud et aliud eorum, ex quibus est naturis et in quibus habet esse, sicut admirabilis inquit Cyrillus: Undique igitur inconfusum atque indivisum conservantes unum sancte trinitatis brevi voce cuncta proferimus et post incarnationem dominum nostrum Ihesum Christum verum deum nostrum esse credentes asserimus duas eius esse naturas in una eius radiante subsistentia, in qua tam miracula quamque passiones per omnem sui dispensationem conversatus, non per fantasiam, sed veraciter hec demonstravit ob naturalem differentiam in eadem una subsistentia cognoscendam, dum utraque natura cum alterius communione indivise et inconfuse propria vellet atque operaretur, iuxta quam rationem et duas naturales voluntates et operationes confitemur ad salutem humani generis convenienter in eo concurrentes.

Quarto, quoniam hactenus ipsi Armeni preter has tres Nicenam, Constantinopolitam et Ephesinam primam synodos nullas alias universales postea celebratas, nec ipsum beatissimum huius sancte sedis antistitem Leonem, cuius auctoritate ipsa Calcedonensis synodus extitit congregata, susceperunt asserentes eisdem fuisse suggestum tam synodum ipsam Calcedonensem quam memoratum Leonem secundum damnatam Nestorii heresim diffinitionem fecisse, instruximus eos et declaravimus huiusmodi falsam fuisse suggestionem ipsamque synodum Calcedonensem et beatissimum Leonem sancte et recte veritatem de duabus in una persona Christi naturis superius descriptam diffinivisse contra impia Nestorii et Euticis dogmata iniunximusque, ut ipsum beatissimum Leonem, qui vere fidei columna fuit et omni sanctitate et doctrina refertus, tanquam sanctum et in cathalogo sanctorum merito descriptum de cetero reputent et venerentur atque non solum dictas tres synodos, sed omnes alias universales auctoritate Romani pontificis legitime celebratas sicut et ceteri fideles reverentur suscipiant.

Quinto ecclesiasticorum sacramentorum veritatem pro ipsorum Armenorum tam presentium quam futurorum faciliori doctrina sub hac brevissima redigimus formula. Nove legis septem sunt sacramenta, videlicet baptismus, confirmatio, eucaristia, penitentia, extrema unctio, ordo et matrimonium, que multum a sacramentis differunt antique legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant, hec vero nostra et continent gratiam et ipsam digne suscipientibus conferunt. Horum quinque prima ad spiritualem uniuscuiusque hominis in se ipso perfectionem, duo ultima ad totius ecclesie regimen multiplicationemque ordinata sunt. Per baptismum enim spiritualiter renascimur, per confirmationem augetur in gratia et roboramur in fide. Renati autem et roborati nutrimur divina eucaristie alimonia. Quod si per peccatum egri-tudinem incurrimus anime, per penitentiam spiritualiter sanamur; spiritualiter et corporaliter, prout anime expedit, per extremam unctionem, per ordinem vero ecclesia gubernatur et multiplicatur spiritualiter, per matrimonium corporaliter augetur. Hec omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi, quod facit ecclesia; quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum. Inter hec sacramenta tria sunt baptismus, confirmatio et ordo, que characterem id est spirituale quoddam signum a ceteris distinctivum imprimunt in anima indelebile, unde in eadem persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt et reiterationem admittunt. Primum omnium sacramentorum locum tenet sanctum baptisma, quod vite spiritualis ianua est; per ipsum membra Christi ac de corpore efficitur ecclesie. Et cum per primum hominem mors introierat in universos, nisi ex aqua et spiritu renascamur, non possumus, ut inquit veritas, in regnum celorum introire.

Materia huius sacramenti est aqua vera et naturalis, nec refert, frigida sit an calida. Forma autem est : Ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti ; non tamen negamus, quin et per illa verba : *Baptizetur talis servus Christi in nomine patris et filii et spiritus sancti, vel : Baptizatur manibus meis talis in nomine patris et filii et spiritus sancti, verum perficiatur baptisma, quoniam,*  
 5 *cum principalis causa, ex qua baptisma virtutem habet, sit sancta trinitas, instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius sacramentum ; si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum cum sancte trinitatis invocatione, perficitur sacramentum. Minister huius sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare, in casu autem necessitatis non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus vel mulier, immo paganus et hereticus baptizare potest, dummodo formam servet ec-*  
 10 *clesie et facere intendat, quod facit ecclesia. Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpe originalis et actualis, omnis quoque pene que pro ipsa culpa debetur ; propterea baptizatis nulla pro peccatis preteritis iniungenda est satisfactio, sed morientes, antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum celorum et dei visionem perveniunt.*

Secundum sacramentum est confirmatio, cuius materia est crisma confectum ex oleo, quod  
 15 *nitorem significat conscientie, et balsamo, qui odorem significat bone fame, per episcopum benedicto. Forma autem est : Signo te signo crucis et confirmo te crismate salutis in nomine patris et filii et spiritus sancti. Ordinarius minister est episcopus. Et cum ceteras unctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi episcopus debet conferre, quia de solis apostolis legitur, quorum vicem tenent episcopi, quod per manus impositionem spiritum sanctum dabant, quemadmodum actuum*  
 20 *apostolorum lectio manifestat. Cum enim audissent, inquit, apostoli, qui erant Iherosolimis, quia recepisset Samaria verbum dei, miserunt ad eos Petrum et Iohannem, qui cum venissent, oraverunt pro eis, ut acciperent spiritum sanctum ; nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu ; tunc imponebant manum super illos et accipiebant spiritum sanctum ; loco autem illius manus impositionis datur in ecclesia confirmatio. Legitur tamen aliquando*  
 25 *per apostolice sedis dispensationem ex rationabili et urgenti admodum causa simplicem sacerdotem crismate per episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum. Effectus autem huius sacramenti est, quia in eo datur spiritus sanctus ad robur, sicut datus est apostolis die penthecostes, ut videlicet christianus audacter Christi confiteatur nomen ; ideoque in fronte, ubi verecundie sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat et precipue crucem eius, que iudeis*  
 30 *est scandalum, gentibus autem stultitia secundum apostolum, propter quod signo crucis signatur.*

Tertium est eucaristie sacramentum, cuius materia est panis triticeus et vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam iuxta  
 testimonia sanctorum patrum ac doctorum ecclesie pridem in disputatione exhibita creditur ipsum dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum. Deinde, quia hoc convenit dominice  
 35 *passionis representationi. Inquit enim beatus Alexander papa V a beato Petro : In sacramentorum oblationibus, que intra missarum solennia domini offeruntur, panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Non enim debet in calice domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed utrunque permixtum, quia utrunque id est sanguis et aqua ex latere Christi profluxisse legitur, tum etiam, quod convenit ad significandum huius sacramenti effectum, qui est unio populi christiani*  
 40 *ad Christum. Aqua enim populum significat secundum illud apocalipsis : Aque multe, populi multi. Et Iulius papa II post beatum Silvestrum ait : Calix dominicus iuxta canonum preceptum vino et aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi ; ergo cum in calice vinum et aqua miscetur, Christo populus adunatur et fidelium plebs, in quem credit, copulatur et iungitur. Cum ergo tam sancta Romana ecclesia a beatissimis*



apostolis Petro et Paulo edocta quam relique omnes Latinorum Grecorumque ecclesie, in quibus omnis sanctitatis et doctrine lumina claruerunt, ab initio nascentis ecclesie sic servaverunt et modo servant, inconueniens admodum videtur, ut alia quevis regio ab hac universali et rationabili discrepet observantia. Decernimus igitur, ut etiam ipsi Armeni se cum universo orbe christiano conforment eorumque sacerdotes in calicis oblatione paululum aque, prout dictum est, vino admisceant. Forma huius sacramenti sunt verba salvatoris, quibus hoc confecit sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum; nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi et substantia vini in sanguinem convertuntur, ita tamen, quod totus Christus continetur sub specie panis et totus sub specie vini, sub qualibet quoque parte hostie consecrate et vini consecrati separatione facta totus est Christus. Huius sacramenti effectus, quem in anima operatur digne summentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur et membris eius unitur, consequens est, quod per hoc sacramentum in summentibus digne gratia augeatur omnemque effectum, quem naturalis cibus et potus quoad vitam agunt corporalem sustentando, augendo, reparando et delectando, sacramentum hoc quoad vitam operatur spiritualem, in quo, ut inquit Urbanus papa, gratam salvatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementum.

Quartum sacramentum est penitentia, cuius quasi materia sunt actus penitentis, qui in tres distinguuntur partes, quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero. Secunda est oris confessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis, que quidem precipue fit per orationem, ieiunium et elemosinam. Forma huius sacramenti sunt verba absolutionis, que sacerdos profert, cum dicit: Ego te absolvo. Minister huius sacramenti est sacerdos, habens auctoritatem absolvendi vel ordinariam vel ex commissione superiorum. Effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis.

Quintum sacramentum est extrema unctio, cuius materia est oleum olive per episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet, qui in his locis iungendus est, in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel locutionem, in naribus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma huius sacramenti est hec: Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulge[at] tibi dominus, quicquid deliquisti per visum, et similiter in aliis membris. Minister huius sacramenti est sacerdos. Effectus vero eius est mentis sanatio et, in quantum anime expedit, ipsius etiam corporis. De hoc sacramento inquit beatus Iacobus apostolus: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesie, ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum dominus, et si in peccatis sit, dimittentur ei.

Sextum est sacramentum ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino et pathene cum pane porrectione. Diaconatus vero per libri evangeliorum dationem. Subdiaconatus vero per calicis vacui cum pathena vacua superposita traditionem, et similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotii est talis: Accipe potestatem offerendi sacrificium in ecclesia pro vivis et mortuis in nomine patris et filii et spiritus sancti, et sic de aliorum ordinum formis, prout is pontificali Romano late continetur. Ordinarius minister huius sacramenti est episcopus. Effectus est augmentum gratie, ut quis sit ydoneus Christi minister.

Septimum est sacramentum matrimonii, quod est signum coniunctionis Christi et ecclesie secundum apostolum dicentem: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico, in Christo et in

ecclesia. Causa efficiens matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de presenti expressus. Assignatur autem triplex bonum matrimonii. Primum est proles suscipienda et educanda ad cultum dei. Secundum est fides, quam unus coniugum alteri servare debet. Tertium est indivisibilitas matrimonii propter hoc quod significat indivisibilem coniunctionem Christi et ecclesie. Quamvis autem  
 5 ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum sit.

Sexto compendiosam illam fidei regulam per beatissimum Athanasium editam ipsis prebemus oratoribus, cuius tenor talis est.

Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem, quam nisi quisque  
 10 integram inviolatamque servaverit, absque dubio in eternum peribit. Fides autem catholica hec est, ut unum deum in trinitate et trinitatem in unite veneremur, neque confundentes personas neque substantiam separantes. Alia est enim persona patris, alia filii, alia spiritus sancti, sed patris et filii et spiritus sancti una est divinitas, equalis gloria, coeterna maiestas. Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Increatus pater, increatus filius, increatus spiritus sanctus. Immensus pater, immensus  
 15 filius, immensus spiritus sanctus. Eternus pater, eternus filius, eternus spiritus sanctus, et tamen non tres eterni, sed unus eternus, sicut non tres increati nec tres immensi, sed unus increatus et unus immensus. Similiter omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus, et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Ita deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus, et tamen non tres dii, sed unus est deus. Ita dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus,  
 20 et tamen non tres domini, sed unus est dominus. Quia sicut si[n]gillatim unamquamque personam deum ac dominum confiteri christiana veritate compellimur, ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus nec creatus nec genitus, filius a patre solo est, non factus nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a patre et filio, non factus nec creatus nec genitus, sed procedens. Unus ergo pater, non tres patres, unus filius, non tres filii, unus spiritus sanctus,  
 25 non tres spiritus sancti. Et in hac trinitate nichil prius ac posterius, nichil maius aut minus, sed tote tres persone coeterne sibi sunt et coequales ita ut per omnia sicut iam supradictum est, et unitas in trinitate et trinitas in unitate veneranda sit. Qui vult ergo salvus esse, ita de trinitate sentiat. Sed necessarium est ad eternam salutem, ut incarnationem quoque domini nostri Ihesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur, quia dominus noster Ihesus Christus  
 30 dei filius deus et homo est. Deus est ex substantia patris ante secula genitus et homo est ex substantia matris in seculo natus. Perfectus deus, perfectus homo ex anima rationali et humana carne subsistens, equalis patri secundum divinitatem, minor patre secundum humanitatem; qui licet deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus, unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in deum, unus omnino non confusione substantie, sed unitate  
 35 persone. Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita deus et homo unus est Christus, qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad celos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis, inde venturus [est] iudicare vivos et mortuos, ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis et reddituri sunt de factis propriis rationem; et qui bona egerunt, ibunt in vitam eternam, qui vero mala, in ignem eternum. Hec est  
 40 fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Septimo decretum unionis cum Grecis consummate pridem in hoc sacro ycumenico Florentino concilio promulgatum, cuius tenor est talis, prout suprascriptum est.

Octavo cum inter alia sit etiam cum ipsis Armenis disputatum, quibus diebus festivitates annuntiationis beate Marie virginis, nativitatis beati Iohannis Baptiste et consequenter nativitatis et circumcisionis domini nostri Ihesu Christi ac presentationis eiusdem in templo seu purificationis beate virginis Marie celebrari debeant satisque dilucide veritas patefacta fuerit tam sanctorum patrum testimoniis quam consuetudine ecclesie Romane et omnium aliarum universaliter apud Latinos et Grecos; 5 ne igitur in tantis celebritatibus dispar sit christianorum ritus, unde perturbande caritatis occasio posset oriri, decernimus tanquam veritati et rationi consentaneum, ut iuxta totius reliqui orbis observantiam ipsi etiam Armeni festum annuntiationis beate Marie die vicesima quinta martii, nativitatis beati Iohannis Baptiste vicesima quarta iunii, nativitatis vero secundum carnem salvatoris nostri vicesima quinta decembris, circumcisionis eiusdem prima ianuarii, epiphanie sexta ianuarii, presentationis domini in templo seu purificationis dei genitricis secunda februarii debeant solenniter celebrare. 10

His omnibus explicatis predicti Armeniorum oratores nomine sui et sui patriarche et omnium Armeniorum, hoc saluberrimum synodale decretum in omnibus suis capitulis, declarationibus, definitionibus, traditionibus, preceptis et statutis omnemque doctrinam in ipso descriptam necnon quicquid tenet et docet sancta sedes apostolica et Romana ecclesia, cum omni devotione et obedientia acceptant, suscipiunt et amplectuntur. Illos quoque doctores et sanctos patres, quos ecclesia Romana approbat, ipsi reverenter suscipiunt. Quasunque vero personas et quicquid ipsa Romana reprobat et damnat, ipsi pro reprobatis et damnatis habent, profitentes tanquam veri obedientie filii nomine quo supra ipsius sedis apostolice ordinationibus et iussionibus fideliter obtemperare. 20

Lecto autem solenniter in nostra et huius sancte synodi presentia memorato decreto mox dilectus filius Narses Armenus nomine ipsorum oratorum in ydiomate armenico publice hec que sequuntur legit, que incontinenti dilectus filius Basilius ordinis Minorum noster et ipsorum Armenorum communis interpres publice sermone Latino in hunc modum ex scripto legit:

Beatissime pater et sanctissima synode, totum hoc sanctum decretum, quod nunc Latine coram 25 vestra publice lectum est presentia, fuit nobis pridie de verbo ad verbum in nostro ydiomate clare expositum et interpretatum, quod quidem optime nobis placuit ac placet. Ad maiorem autem nostre mentis expressionem eius effectum summatim repetimus. In ipso continetur primo, qualiter populo nostro Armenorum traditis sanctum symbolum Constantinopolitanum cum illa additione filioque, ut in ecclesiis nostris diebus saltem dominicis maioribusque festivitibus intra missarum solennia 30 decantari seu legi debeat. Secundo diffinitionem quarti universalis concilii Calcedonensis de duabus naturis in una Christi persona. Tertio diffinitionem de duabus Christi voluntatibus et operationibus in sexto universali concilio promulgatam. Quarto declaratis, quod ipsa Calcedonensis synodus et beatissimus Leo papa recte de duabus in una persona Christi naturis veritatem diffiniverunt contra impia Nestorii et Euticis dogmata, iubetisque, ut ipsum beatissimum Leonem tanquam sanctum et 35 fidei columnam veneremur, atque non solum has tres synodos Nicenam, Constantinopolitanam et Ephesinam primam, sed et omnes alias universales auctoritate Romani pontificis legitime celebratas reverenter suscipiamus. Quinto brevem formulam septem sacramentorum ecclesie, videlicet baptismi, confirmationis, eucaristie, penitentie, extreme unctionis, ordinis et matrimonii, declarando, que sit cuiuslibet sacramenti materia, forma et minister quodque in sacrificio altaris, dum calix offertur, 40 vino paululum aque admisceri debet. Sexto quandam compendiosam beatissimi Athanasii fidei regulam, que incipit: Quicumque vult salvus esse etc. Septimo decretum unionis concludere cum Grecis in hoc sacro concilio pridem promulgatum continens, qualiter spiritus sanctus ex patre et filio eternaliter procedit et quod illa additio filioque licite et rationabiliter ipsi symbolo Constantinopoli-

tano fuit apposita, quodque in pane triticeo azimo vel fermentato corpus domini conficitur, quid etiam credendum sit de penis purgatorii et inferni ac vita beata et de suffragiis, que pro defunctis fiunt, item de plenitudine potestatis sedis apostolice tradita a Christo beato Petro et suis successoribus atque de ordine patriarchalium sedium. Octavo decernitis, ut de cetero Armeni has festivitates  
 5 infrascriptis diebus more universalis ecclesie celebrare debeant, videlicet annuntiationis beate Marie virginis vicesima quinta martii, nativitatis beati Iohannis Baptiste vicesima quarta iuni, nativitatis salvatoris nostri secundum carnem vicesima quinta decembris, circuncisionis eiusdem prima ianuarii, epiphanie sexta eiusdem ianuarii, presentationis domini in templo seu purificationis beate Marie secunda februarii.

10 Nos igitur oratores nomine nostro nostrique reverendi patriarche et omnium Armenorum, sicut vestra sanctitas in ipso decreto attestatur, hoc saluberrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, preceptis et statutis omnemque doctrinam in ipso descriptam, necnon quicquid tenet et docet sancta sedes apostolica et Romana ecclesia, cum  
 15 omni devotione et obedientia acceptamus, suscipimus et amplectimur. Illos quoque doctores et sanctos patres, quos ecclesia Romana approbat, reverenter suscipimus, quascunque vero personas et quicquid ipsa Romana ecclesia reprobatur ac damnatur, nos pro reprobatis et damnatis habemus, profitentes tanquam veri obedientie filii nomine, quo supra, ipsius sedis apostolice ordinationibus et iussionibus fideliter obtemperare.

Datum Florentie in publica sessione synodali solenniter in ecclesia maiori celebrata anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo nono, decimo kalendas decembris, pontificatus  
 20 nostri anno nono.

Verum quia in suprascripto decreto Armeniorum non est explicata forma verborum, quibus in consecratione corporis et sanguinis domini sacrosancta Romana ecclesia, apostolorum Petri et Pauli doctrina et auctoritate firmata semper uti consuevit, illam presentibus duximus inserendam. In consecratione corporis domini hac utitur forma verborum: 'Hoc est enim corpus meum'. Sanguinis vero: 'Hic est enim calix sanguinis mei, novi et eterni testamenti, misterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum'.  
 25

Panis vero triticeus, in quo sacramentum conficitur, an eo die an antea decoctus sit, nichil omnino refert; dummodo enim panis substantia maneat, nullatenus dubitandum est, quin post predicta verba consecrationis corporis a sacerdote cum intentione conficiendi prolata, mox in verum Christi corpus transsubstantietur.  
 30

Quoniam nonnullos asseritur quartas nuptias tanquam condemnatas respuere, ne peccatum, ubi non est, esse putetur, cum secundum apostolum mortuo viro mulier sit ab eius lege soluta, et nubendi, cui vult, in domino habeat facultatem, nec distinguat, mortuo primo, secundo vel tertio, declaramus non solum secundas ac tertias, sed et quartas atque ulteriores, si aliquod canonicum impedimentum non obstet, licite contrahi posse. Commendatioribus tamen dicimus, si ulterius a coniugio abstinentes in castitate permanserint, quia sicut virginitatem viduitati, ita nuptiis castam viduitatem laude ac merito preferendam esse censemus.  
 35  
 40

26 *Missale Romanum*; cf. *Matth.* 26, 28; *Mc.* 14, 18; *Lc.* 22, 20; *1 Cor.* 11, 25. 34 cf. *Rom.* 7, 3; *1 Cor.* 7, 39. 35 cf. *professio fidei Michaelis Palaeologi* = MANSI 24, 71.

His omnibus explicatis prefatus Andreas abbas nomine dicti patriarche ac proprio et omnium Iacobinorum hoc saluberrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, preceptis et statutis, omnemque doctrinam in ipso descriptam necnon quicquid tenet et docet sancta sedes apostolica et Romana ecclesia, cum omni devotione et reverentia suscipit et acceptat. Illos quoque doctores et sanctos patres, quos ecclesia Romana approbat, ipse reverenter suscipit; quascunque vero personas et quicquid ipsa Romana ecclesia reprobatur et damnatur, ipse pro reprobat et damnatis habet, profitens tanquam vere obedientie filius nomine, quo supra, ipsius sedis apostolice ordinationibus et iussionibus fideliter et semper obtemperare.

Datum Florentie in publica sessione synodali solenniter in ecclesia domus Sancte Marie Novelle, apud quam nunc residemus, celebrata anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragésimo primo, pridie nonas februarii, pontificatus nostri anno undecimo.

*Signum (Rota) papae.*

Blondus.

Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus subscripsi.

15

† [Ego Antonius episcopus Ostiensis, cardinalis Bononiensis, me subscripsi].

† Ego B[randa] episcopus Sabinensis, sancte Romane ecclesie cardinalis, Placentinus vulgariter cognominatus, in testimonium premissorum propria manu subscripsi.

† Ego N[icolaus] tituli S. Crucis presbyter cardinalis propria manu subscripsi.

Ego Dominicus tituli SS. Iohannis et Pauli presbyter cardinalis manu propria subscripsi.

20

† Ego F[ranciscus] tituli S. Clementis presbyter cardinalis manu propria subscripsi.

† Ego A[ngelettus] tituli S. Marci presbyter cardinalis manu propria subscripsi.

† Ego Iulianus tituli S. Sabine presbyter cardinalis manu propria subscripsi.

† Ego Iohannes tituli Sanctorum Nerei et Achilei presbyter cardinalis propria manu subscripsi.

25

† Ego N[icolaus] tituli S. Marcelli presbyter cardinalis propria manu subscripsi.

† Ego G[eorgius] tituli S. Anastasie presbyter cardinalis subscripsi.

† Ego B[essarion] basilice XII Apostolorum presbyter cardinalis propria manu subscripsi.

† Ego A[ntonius] tituli S. Grisogoni presbyter cardinalis propria manu subscripsi.

† Ego Iohannes tituli S. Praxedis presbyter cardinalis manu propria subscripsi.

30

† Ego G[uillelmus] tituli S. Martini in Montibus presbyter cardinalis manu propria subscripsi.

† Ego Iohannes tituli S. Sixti presbyter cardinalis.

† Ego L[udovicus] tituli S. Laurentii in Damaso presbyter cardinalis.

† Ego Prosper S. Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis de Columna manu propria subscripsi.

35

† Ego D[ominicus] cardinalis S. Marie in Via Lata diaconus cardinalis manu propria subscripsi.

16 in codice I, post signum † spatium vacuum, dum in codicibus II et III subscriptio habetur.

1 cf. decretum pro Armenis, in Ep. pontif. II, n. 224, pag. 123-138. 16-38 subscriptiones cardinalium Antonii Correr, Branda de Castiglione, Nicolai Albergati, Dominici Capranica, Francisci Condulmer, Angelotti Fusci, Iuliani Cesarini, Iohannis de Tagliacotio (Tagliacozzo), Nicolai de Acciapaccio, Georgii de Flisco (Fieschi) Bessarionis, Antonii Martini de Clavibus, Iohannis le Jeune (Iuvenis), Guilelmi de Estouteville (Estouteville), Iohannis de Torquemada O. P., Ludovici Scarampo, Prosperi Colonna, Dominici de Capranica.

- † Ego A[lbertus] S. Eustachii diaconus cardinalis manu propria subscripsi.  
 † Ego Petrus S. Marie Nove diaconus cardinalis propria manu subscripsi.  
 Ego B[lasius] patriarcha Ierosolymitanus subscripsi.  
 Ego M[arcus] patriarcha Gradensis subscripsi.  
 5 Ego Petrus Meldensis episcopus, Christianissimi regis Francorum orator, subscripsi.  
 Ego A[lanus] episcopus Avinionensis, Christianissimi Francorum orator, manu propria subscripsi.  
 Ego Bartolomeus archiepiscopus Florentinus subscripsi.  
 Ego Astorgius archiepiscopus Beneventanus subscripsi.  
 10 Ego Latinus de Ursinis archiepiscopus Tranensis subscripsi.  
 Ego Iacobus episcopus Adrianensis subscripsi.  
 Ego Petrus episcopus Paduanus subscripsi.  
 Ego Ludovicus Egitanensis subscripsi.  
 Ego Angelus episcopus Traguriensis subscripsi.  
 15 Ego Christoforus episcopus Ariminensis subscripsi.  
 Ego Iohannes episcopus Zamorensis subscripsi.  
 Ego Franciscus episcopus Brixienis subscripsi.  
 Ego Baptista electus Theatinus subscripsi.  
 Ego Garsias episcopus Ouetensis subscripsi.  
 20 Ego Angelus de Grassis episcopus Arianensis subscripsi.  
 Ego Petrus episcopus Massanus subscripsi.  
 Ego Scipio episcopus Mutinensis subscripsi.  
 Ego Valerius episcopus Sagonensis subscripsi.  
 Ego Benotius episcopus Fesularum subscripsi.  
 25 Ego Iohannes electus Osiliensis subscripsi.  
 Ego Petrus episcopus Turritanus subscripsi.  
 Ego Rodulfus episcopus Civitatis Castellii subscripsi.  
 Ego Nicolaus episcopus Tiburtinus subscripsi.  
 Ego Bassustachius episcopus Lucerinus subscripsi.  
 30 Ego Valentinus episcopus Ortanus subscripsi.  
 Ego Bartholomeus episcopus Cortoniensis subscripsi.  
 Ego Petrus episcopus Aussarensis subscripsi.  
 Ego Christophorus Garatonus episcopus Coronensis subscripsi.

1-2 subscriptiones cardinalium Alberti de Albertis, Petri Barbus (Barbo), postea papae sub nomine Pauli II.  
 3-4 sedes patriarchales latinae: Hierosolyma, Grado. 3-15 subscriptiones patriarcharum latinorum Blasii Molino, Marci Condulmer, episcoporum simulque oratorum regis Galliae Petri de Versailles O. S. R. et Alani de Coetivy, postea cardinalis; archiepiscoporum Bartholomaei Zabarella, Astorgii Agnesi, postea cardinalis, Latini de Ursinis; episcoporum Iacobi Bertucci d'Obizzi, Petri Donati, Ludovici de la Guerra, Angeli Cavazza, Christophori de S. Marcello. 5-15 episcopatus sive archiepiscopatus: Meaux, Avignon, Firenze, Benevento, Trano, Adria, Padova, Idanha (Lusitania), Traù, Rimini. 16-33 episcopatus: Zamora, Brescia, Chieti, Oviedo, Ariano, Massa Maritima, Modena, Sagona, Fiesole, Oesel (Estonia), Torres (Sardinia), Città di Castello, Tivoli, Lucera, Orte, Cortona, Ossevo, Coron (Graecia). 16-33 subscriptiones episcoporum Iohannis de Mella, Francisci de Maverio, Baptistae de Romanis, Garsiae Henriquez Osorio de Oxoma, Angeli de Grassis, Petri dall'Orto, Scipionis de Maynentibus, Valerii de Calderinis, Benotii Federighi, Iohannis Krevel (Krevel) O. Teul., Petri Hispani, Rodulfi O. Er. S. Aug., Nicolai Cesari, Bassustachii Formica, Valentini de Narnia, Bartholomaei Iapacci Rimbertyni O. P., Petri Leonis, Christophori Garatoni.

Ego Rodericus electus Silvensis subscripsi.  
 Ego Marchus episcopus Alexandrinus provincie Mediolani subscripsi.  
 Ego Mateus abbas S. Firmi Verone subscripsi.  
 Ego Angelus abbas S. Appollonii de Canossa subscripsi.  
 Ego Iohannes abbas de Tyro Ianuensis diocesis subscripsi. 5  
 Ego Petrus abbas Gryptefer[r]ate subscripsi.  
 Ego Iacobus abbas S. Salvatoris de Faventia subscripsi.  
 Ego Iacobus de Caritate ab[bas] S. Fidelis subscripsi.  
 Ego Luchas abbas S. Trinitatis de Fonte Benedicto subscripsi.  
 Ego Antonius abbas Montis Plani subscripsi. 10  
 Ego Benedictus abbas S. Pancracii Florentie subscripsi.  
 Ego Petrus abbas S. Felicis subscripsi.  
 Ego Franciscus abbas Sancte Yocunde subscripsi.

*Post has subscriptiones ante versionem arabicam decreti haec habentur:*

Lecto solenniter in presenti synodo hoc decreto Latino sermone, mox in Arabico  
 prefatus Andreas abbas ipsum Iacobinorum decretum publice ibidem perlegit atque in- 15  
 frascripta verba in scriptis Arabice subiunxit, que incontinenti Latine recitata sunt :

Beatissime pater, domine Eugeni, sancte Romane et universalis ecclesie summe pontifex ve-  
 reque Christi vicarie ac beati Petri successor, et sanctissima universalis Florentina synode, totum  
 hoc sanctum decretum cum insertis etiam sanctis decretis unionis Grecorum et Armeniorum, quod  
 nunc in vestra presentia publice lectum est, ego Andreas humilis abbas Sancti Antonii, orator reve- 20  
 rendi patris domini Iohannis patriarche Iacobinorum, habens ipsius decreti per plures dies plenam  
 notitiam et instructionem, cognosco confiteorque omnia in ipso decreto contenta divine ac catholice  
 veritati consona existere.

Nomine igitur prefati domini patriarche omniumque Iacobinorum ac meo, quemadmodum vestra  
 sanctitas attestatur, prefatum saluberrimum synodale decretum cum dictis insertis decretis omnibusque 25  
 suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, preceptis et statutis omnemque doctrinam  
 in ipso descriptam necnon, quicquid tenet et docet sancta sedes apostolica et Romana ecclesia, cum  
 omni devotione et reverentia suscipio et accepto, illos quoque doctores et sanctos patres, quos ec-  
 clesia Romana approbat, reverenter suscipio, quascunque vero personas et, quicquid ipsa Romana  
 ecclesia reprobatur et damnatur, pro reprobatis et damnatis habeo, po[1]licens nomine, quo supra, ipsum 30  
 patriarcham Iacobinosque et meipsum tanquam vere obedientie filios, vestris et sedis apostolice or-  
 dinationibus ac iussionibus fideliter et semper obtemperare.

Blondus.

Io[hannes] de Steccatis.

1-2 episcopus: *Silves (Lusitania), Alessandria (Italia)*. 1-2 subscriptiones episcoporum *Roderici Didaci, Marci de Marinariibus*. 3-13 subscriptiones *abbatum in urbibus (dioecibus) sive vicis Verona, Canossa, Tiro (Genova), Grottaferrata, S. Salvatore (Faenza), San Fedele, SS. Trinità, Monte Piano (Pistoia), San Pancrazio (Firenze), San Felice, Santa Gunda (Arezzo)*.

## 259.

*Eugenius IV Doldio baroni Casimiri magni ducis Lituaniae liberationem Isidori cardinalis ex carcere enixe commendat.*

1442 [post 25 martii] Florentiae.

*Diploma orig., ex parte conservatum in bibliotheca Vaticana in codice Vaticano graeco 1018, cui annexum est.*

*Ed. Giov. MERCATI, Scritti d'Isidoro il cardinale ruteno, in collectione Studi e testi 46 (1926) 158.*

*Ad chronologiam epistolae determinandam praeter notam in fine eius positam, scilicet « anno incarnationis dominicae millesimo quadragesimo quadragesimo secundo » iuvat recolere incarcerationem Isidori Kioviensis ex parte Basilii principis Moscoviae fuisse factam die 19 martii 1441 et fugam illius ex carcere die 15 septembris 1441. Cum haec liberatio Isidori nondum fuerit nota Romae tempore expeditionis epistolae pontificiae, et explicite annus 1442 (secundum stilum curiae) indicatus sit, mihi videtur probabile non multum post diem 25 martii 1442 epistolam fuisse scriptam, et annum pontificatus Eugenii IV (initium 3 martii 1431) fuisse duodecimum. Quia iam die 13 maii 1443 Isidorus Venetias advenit, documentum anno 1443 non ascribendum esse videtur.*

*Punctis editioni textus adiunctis tantum approximative numerum litterarum deletarum indicavi, secutus semper fere editionem cardinalis Mercati; etiam quoad vocabula suppleta eaque uncinis quadratis inclusa semper fere ea retineo, quae Em.mus auctor proposuit.*

[EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI] DILECTO F[ILIO NOBILI VIRO] DOLDIO BARONI,  
DILECTI FILII NOBILIS VIRI CASSIMIRI MAGNI LITUANIE DUCIS [CONSILIARIO SALUTEM ET  
APOSTOLICAM BENEDICTIONEM]

. . . . . anxietate carere, donec sentiamus dilectum filium nostrum Isidorum tituli  
5 Sanctorum [Petri et Marcellini presbyterum cardinalem . . . in pristinam libertatem]  
reductum fuisse; hic profecto nepharius casus plurima molestia ac precipuo dolore . . .  
. . . . . [un]ione [Occidenta]lis et [Orie]ntalis ecclesie vigili et constanti animo  
incubuit et tam salutari fidei christiane negotio per . . . . . honore . . . . . et . . . . .  
et ab [eo]dem captivatus fuerit et ex possessione sui archiepiscopatus eiectus. Auget etiam  
10 dolorem nostrum . . . . ., sed . . . . . nobis et sedi apostolice  
illata extitit. Sed in hac tanta animi perturbatione assumimus . . . . . dil[ectus] filiu[s]  
. . . . . [Cassimirus magnus] Lituaniae dux tanquam catholicus princeps, cui efficaces lit-  
teras scribimus, non patietur . . . . . [co]nsolationem  
nostram, quia tu ipsius regis consiliarius existis, qui ad ea, que dei honorem ac . . . . .  
15 . . . . . es.

Itaque nobilitatem tuam requirimus et hortamur in domino ex corde, ut ob reue-  
ren[tiam] . . . . . zelum . . . . . sed[is apostolice] reuerentiam apud prefa-  
tum ducem ad id, ut firmiter credimus, bene dispositum . . . . . fil . . . . .

*12 haec epistola adhuc saeculo XVII codici Vaticano graeco 807 annexa fuit; cf. MERCATI 157; immo adhuc alia ad eundem Casimirum: MERCATI 88.*



[in]stes . . . nq . . . . . as, ut hanc dei et fidei causam assumat magno animo et dictum cardinalem etiam . . . . . entia, que maxima est, in pristinam libertatem reducat.

Verum cum multa ad dei lau[dem] . . . . . prefa[t] . . . . . erunt, nulla ex suis laudibus maior erit, nullaque amplior quam si memoratum cardina- 5 lem . . . . . a et idem cardinalis postulamus, hoc requirimus et etiam expectamus, ut non modo litteris . . . . . [g]lo[r]iosius efficere poterit, et nos et sedem predictam ad suos et suorum honores . . . . . liberetur, 10 ut tua etiam nobilitas huius laudis et meriti particeps sit, et apud deu[m] . . . . .

[Datum Florentie], anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadra- gesimo secundo . . . . . , [pontificatus nostri anno duodecimo].

*a tergo:*

Dilecto filio nobili viro Doldio baroni, dilecti filii nobilis viri Cassimiri magni Lituanie 15 ducis consiliario.

## 260.

*Eugenius IV Bartholomaeum de Cingulo vicarium ecclesiae Arelatensis et monasterii Montis-Maioris (Montmajour) constituit.*

*1442 oct. 26 Florentiae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 361, 122<sup>o</sup>-123<sup>o</sup>.*

*Ed. ALBANÈS-CHEVALIER, Gallia christiana novissima. Arles (Valence 1900) 832-833; RAY- NALDUS, ad annum 1442, n. 8.*

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO MAGISTRO BARTHOLO (!) DE CINGULO, DECRETORUM DOCTORI, ECCLESIE ARELATENSIS AC MONASTERII MONTIS-MAIORIS, PRO NOBIS ET SEDE APOSTOLICA IN SPIRITUALIBUS VICARIO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Inter sollicitudines varias, quibus assidue premimur, illa potissimum excitat mentem 20 nostram, ut ea, que ad ecclesiarum et monasteriorum omnium statum prosperum expedire cognovimus, ne temporalium ac spiritualium subiciantur incommodis, pervigili studio ac indefessa vigilantia exequamur.

Cum igitur, prout iam fere apud omnes notorium est, iniquitatis filius Ludovicus, olim cardinalis Arelatensis, propter multas et varias rebelliones et facinora contra nos 25 et apostolicam sedem commissa, necnon propter adherentiam et sequellam perditionis alumni Amedei, olim ducis Sabaudie, antipape, per nonnullas sententias latas a nobis, sacro Ferrariensi ac Florentino approbante concilio, damnatus omnibusque dignitatibus,

17 Bartolo de Cingoli. 18 Montmajour, in provincia Arelatensi, monasterium ordinis S. Benedicti.

24 Ludovicus Aleman, privatus dignitate cardinalitia die 11 apr. 1440, restitutus a Nicolao III die 19 dec. 1449.

officiis, honoribus, beneficiis et emolumentis, prorsus privatus existat, ac propterea Arelatensis ecclesia ac monasterium Montis-Maioris predicta, que dictus cardinalis tenebat in commendam, vacare noscantur,

ne ecclesia ac monasterium prefata ob huiusmodi indebitam vacationem variis subiciantur incommodis, in ipsorum ecclesie ac monasterii tam in spiritualibus quam in temporalibus preiudicium, ac eis commissum periculum animarum, provisioni ecclesie ac monasterii predictorum ad presens supersedere volentes,

te, de cuius fidelitate, prudentia et circumspectione in multis aliis nostris et ecclesie alias tibi commissis negotiis, specialem in domino fiduciam gerimus, ecclesie Arelatensis ac monasterii Montis-Maioris predictorum vicarium in spiritualibus et temporalibus usque ad nostrum beneplacitum, auctoritate apostolica facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi curam, regimen et administrationem in eisdem spiritualibus et temporalibus ecclesie et monasterii predictorum plene committendo; omnes et singulos fructus, redditus et proventus ipsorum ecclesie et monasterii recipiendi, colligendi et exigendi, proviso, ne ecclesia et monasterium predicta interim debitis spiritualium et temporalium defraudentur obsequiis, necnon officiales et castellanos deputandi, et cum oportuerit ac tibi visum fuerit, removendi et alios imponendi, agendi etiam et defendendi, et procuratores, syndicos et yconomos constituendi, de receptis et levatis quittandi, liberandi et absolvendi, ac omnia alia et singula faciendi, gerendi et disponendi, que ad curam, regimen et administrationem ecclesie et monasterii predictorum pertinent, ac pro bono et incremento ipsorum ecclesie et monasterii videris expedire, plenam et liberam dicta auctoritate damus et concedimus, tenore presentium, facultatem.

Dilectis filiis capitulo ecclesie Arelatensis ac conventui monasterii Montis-Maioris predictorum, necnon subditis et vassallis eorundem, quatinus tibi in hiis, que ad huiusmodi vicariatus officium pertinent, de consuetudine vel de iure, tibi pareant efficaciter et intendant. Alioquin sententias, censuras et penas, quas rite tuleris in rebelles, ratas habebimus, et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Sic igitur vicariatus officium fideliter et prudenter gerere studeas, quod ecclesia et monasterium prefata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiant incrementa, tuque eterne retributionis premium, ac nostram et sedis apostolice benedictionem et gratiam consequi merearis.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice 1442, septimo kal. novembris, pontificatus nostri anno XII.

De curia. Ia[cobus] de Calvis.

## 261.

*Eugenius IV pro defensione Orientis christiani decimam ecclesiasticam in Orbe catholico colligendam decernit.*

*1443 ian. 1 Romae.*

*Ed. RAYNALDUS, ad annum 1443, n. 13-19, iuxta copiam coevam archivi Vaticani, quam non repperi.*

23 *subintelligas* praecipientes.

*Commemoratur apud M. L. DE MAS LATRIE, Histoire de l'île de Chypre, III (Paris 1855) 24, nota 2; VON PASTOR, Geschichte der Päpste, I<sup>4</sup> (Freiburg i. Br. 1901) 315.*

## AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Postquam ad apicem summi apostolatus divina disponente clementia assumpti sumus, nihil magis desideravimus, nihilque animo nostro sedit ardentius, quam ea efficere, que divini nominis laudem et catholice fidei et religionis christiane augmentum respicerent, et auctoritate nostri summi pontificatus digna esse censerentur. Hoc itaque desiderio inflam- 5  
mati continuas cogitationes operationesque indefessas et maximos conatus adhibuimus, ut Grecos, quos ab ineunte fere etate singulari quadam et precipua charitate pro-  
secuti fuimus, aliosque a cultu et doctrina sacrosancte Romane ecclesie dissidentes, eadem  
divine veritatis lege nobiscum et Romane ecclesie coniunctos esse videremus, quod cum  
maximis curis, laboribus, et sumptibus, mira divine maiestatis clementia nostris tempo- 10  
ribus non inani et secularibus rebus fundata, sed vera et solida in domino letitia asse-  
cuti fuimus,

cum videremus non solum Grecos ceterasque sedes patriarchales una cum Triballis, Illyriis, Walachis, ambobus Sarmatis utriusque Albanie, Iberis, Colchis, aliisque amplissimis nationibus, que omnes Grecam sequebantur ecclesiam, verum et Armenos et Iacobitas 15  
ex extremis mundi partibus per tot maritima et terrestria pericula pro cognitione veri-  
tatis evangelicæ ad presentiam nostram, et huius sacri ecumenici Ferrariensis et Floren-  
tini concilii pervenisse. Ubi factis hinc inde disceptationibus et assiduis disputationibus  
per viros sacrarum literarum peritissimos, demum spiritu sancto illustrati lumen veritatis  
catholice fidei et sacram prefate Romane ecclesie fidem, quam nunquam deus omnipo- 20  
tens errare permisit, debita reverentia assumpserunt, eamque observant, et ritum ac Ro-  
mane ecclesie doctrinam omnes pene huiusmodi nationes et populi venerantur et colunt,  
taliaque huiusmodi spiritualis edificii fundamenta iacta sunt, ut spem firmam habeamus,  
non multo temporis intervallo nostris etiam temporibus, deo auctore, aliorum quoque  
plurium populorum reductionem et conversionem consequi posse. 25

O admirabilem dei benignitatem! O clementissimam dei misericordiam! Quo duce  
populi, quorum quidam quingentorum pene, nonnulli vero nongentorum annorum curriculo  
in eorum ritibus a veritate Romane ecclesie alieni existentes, brevi tempore ad cogni-  
tionis veritatis divine pervenerunt. Quod tantum beneficium et usque ad nostra tempora  
inauditum, quamquam humane operationes humanaque studia et ardentissime sollicitudines 30  
intervenerint, soli tamen deo tribuendum est, qui cum iustissimus sit, nunquam suos mi-  
sericordes ac clementes oculos ab humano genere, presertim a christianis hominibus,  
amovet, sed semper sua clementissima inspiratione pulsat hominum mentes, et salubria  
et sancta infundit consilia. Hec tam felicia et religiose gesta et posteritati consecranda  
considerantes, etsi deficiat mens nostra, deficiat intellectus ad tantorum beneficiorum cu- 35  
mulum et splendorem, divine tamen clementie gratias agimus, eam ex corde assiduis

30 sollicitudinis RAYNALDUS.

13 Triballi = incolae Mesiae inferioris. 14. Illyrii (scilicet Occidentales) = populus ad ora Maris Adriatici; Valachi = pars Rumenuorum; Sarmatae = incolae ad litus Maris Caspii; utraque Albania = Iberi sive Georgiani; Colchi sive incolae regionis inter pontum Euxinum et Iberiam.

precibus obsecrantes, ut ecclesiam sponsam suam ulnis sue benignitatis et gratie semper confoveat.

Verum considerantes iniurias fidei illatas ac christianorum calamitates, miserias, carceres, mortes, atque vincula, que a frequentibus nunciis nostris ex Oriente Septentrio-  
 5 neque venientibus intelleximus, huiusmodi nostra letitia in merorem conversa est, cum innumerabilia sint pericula, que cervicibus christianorum fratrum et proximorum nostrorum illata sunt atque continuo magis iminent.

Illa enim Turcorum natio postquam peccatis christianorum exigentibus tota Asia occupata, eamque partem Europe, quam Greci incolunt, Thraciam, Macedoniam, Illyricum,  
 10 Epirum, Bulgariam, Albaniam fere totam, Aulonem, magnamque Sclavonie partem etiam in parte aquilonari, Gachiam, non parvam Russie plagam iamdiu, ac novissime dominium dilecti filii, nobilis viri Georgii despoti Rascie cum filiis, quos Turcus captivos habet, auri atque argenti mineram, ac subditos numero, ut fertur ducentarum millium animarum, impie servituti subegit, longe magis solito immanis et efferata effecta est;

15 nam inter ceteras inauditas crudelitates, dum excursions in territoria christianorum efficiunt, hominum ac animalium preda onusti redeuntes ducunt quamplurimos simul captivos christianos utriusque sexus uno fune ligatos, et eos, qui aut longis itineribus aut infirmitate aut senectute aut aliis incommoditatibus fessi sequi non possunt, vel in agris aut etiam in medio civitatum christianarum, per quas transeunt, ipso occidunt vel lethali-  
 20 liter vulnerant, ibidemque interemptos aut vulneribus pene exanimatos feris eorum cadavera veneranda laniandaque in vilipendium et dedecus religionis christiane mediis ipsis christianis in urbibus relinquunt.

O quantam immanem et inauditam atrocitatem civitates illas magnitudine periculorum deterritas tolerare oportet! Ii enim immanissimi Christi hostes mirabili celeritate  
 25 advolant, et prius fidelium territoriis adsunt, quam eos ad id parari sentiat. Non religioni, non ordini, non dignitatibus, non sexui, non etati parcentes, non vagientis miserantur infantie. Coguntur mori, qui nondum vivere noverunt, et nescientes malum suum inter hostium manus leti rident,

conducentesque insuper singulis annis in servitatem ex reliquiis dictarum, quas supra  
 30 memoravimus, aliarumque provinciarum, ex Hungarie presertim quondam potentissimo regno, ab aliquo tempore plus solito bellis civilibus occupato, magnam christianorum captivorum multitudinem crudelitibus omnibus sevirioribus brutorum animalium mercatorio more vendentes eosdem, et ad augendam calamitatem pater filium, filius patrem, vir uxorem, uxor virum venundari distrahique videt atque conspicit. O infelicitatum om-  
 35 nium infelicissimam calamitatem atque miseriam! Quorum plurimi cruciatus illos mentis corporisque terribiles pati non valentes, fidem abnegant in animarum et corporum desolationem atque interitum.

Neque his contentus immanis ille Turcus miserabile quoddam execrabileque penarum  
 40 genus in vilipendium christianorum atque iacturam continuo exercet; determinatis namque et statutis temporibus ad omnes christianorum provincias sua sub servitute degentium

11 *lege Gothiam loco Gachiam.* 17 fine RAYNALDUS.

10 *Aulon = statio seu oppidum Illyrici (Occidentalis) in finibus Epiri.*

11 *Gothia = regio Daciae, a Gothis quondam habitata.*

12 *Georgius Branković, princeps Serbiae.*

exactores quosdam transmittit, et ex singulis christianorum familiis unum saltem adolescentem baptizatum et Christo dedicatum, qui ad militarem disciplinam ideonus videatur, et ad impii Machometti sectam de sinu manibusque lachrimantium matrum extorquent atque rapiunt,

et nisi mense septembri proxime preterito deus ipse sua clementia mirabili christianis 5  
in partibus Transilvanis Walachie sub dilecto filio nobili viro Ioanne Vayvoda christiani exercitus duce miraculose, ut omnes testantur, et ipsemet humiliter profitetur, de Turcis gloriosam felicemque victoriam dedisset, de subiicienda et vastanda Hungaria tota crudelissimus ille Turcus, ut a pluribus fide dignis asseritur, consilium habebat.

Hec tot tanta dira christianorum imminencia pericula, afflictiones, cruciatus, calamitates, 10  
et varia mortis genera versantur ante oculos nostre mentis, que cum consideramus, suspiria et lachrymas continere non possumus nec debemus. Quis enim ita a fide christiana, ab humanitate, et charitate existit alienus, qui non moveatur animo, et merore afficiatur audiens christianos tot calamitatum generibus vexari? Certe, qui huiusmodi tormenta atque pressuras patientibus non miseretur, 'fidem negat, et est infideli deterior'. 15

Sed forte deus omnipotens, cuius iudicia iustissima sunt, tantam atrocitatem adversus peculiarem populum suum christianum fieri permittit, ut, cum universa christianitas mutuis discordiis et bellis continuo magis opprimatur et nulla pene ipsius pars huiusmodi calamitatibus vacua sit, — itinera enim latronibus infesta ac clausa, maria obsessa piratis, 20  
bella undique frement, et orbis mutuo sanguine gaudet —, ut, cum nec divina et humana precepta, nec charitas nec humanitas, nec nostre pro viribus operationes ipsos ad pacem deducere possint, saltem deterriti tot periculis cervicibus hominum imminentibus ad concordiam deducantur,

quod maximum ad impetus infidelium comprimendos remedium esset, presertim si omnes venerentur sacrosanctam apostolicam sedem ac nos licet immeritum Christi vicarium, 25  
ut nostra auctoritate ac potentia pace inter Christi fideles stabilita ac composita, vires nostras et ecclesie catholicorumque principum aliorum[que] christianorum adversus tantam infidelium superbiam atque rabiem parare possemus, quod ita desideramus, ut nascentia continuo impedimenta, que effectum huiusmodi nostri pii desiderii perturbant, sic nos excruciant, ut spiritus noster sedula anxietate ac merore vexetur. 30

Verum ad hanc tam necessarie pacis compositionem nostrumque pium desiderium consequendum, inter cetera remedia, transmisimus dilectum filium nostrum Iulianum tituli S. Sabine presbyterum cardinalem, S. Angeli vulgariter nuncupatum, apostolice sedis legatum de latere ad perpetuam pacem sive temporalem inter principes Hungarie et Polonie et aliarum partium finitimarum componendam, 35

necnon venerabilem fratrem Christophorum episcopum Coronensem ad nonnullos in confinibus Hungarie, Moldavie, Lituanie, Walachie, Albanieque principes et communitates, ut compositis rebus illarum partium facilius cetera confici possint.

Paulo vero post transmissionem cardinalis et episcopi predictorum dilectus filius frater

27 aliorum RAYNALDUS.

6 *Iohannes Hunyady Hungarus, voivoda Transsylvaniae ab anno 1441; cf. de eo VON PASTOR, Geschichte der Päpste I, 314-316; A. D. XENOPOL, Histoire des Roumains, I (Paris 1896) 265-266.* 15 *1 Tim. 5, 8, ubi tamen legitur: negavit.* 32 *Iulianus cardinalis Cesarini legatus apostolicus pro Ungaria, Polonia etc. die 1 martii 1442 nominatus.* 36 *Christophorus Garatoni episcopus Coronensis; qua epistola pontificia hoc mandatum acceperit, nescio.*

Iacobus de Bononia ordinis Minorum beati Francisci ad Constantinopolim pro nonnullis Grecorum Armenorumque rebus componendis ordinandisque ad hoc conducentibus fuit a nobis missus,

rediens miserias huiusmodi atque calamitates et, si fieri posset, superioribus maiores se vidisse, Hungarorum presertim aliorumque christianorum, qui quotidie per Constantinopolitanam civitatem fune et ferro ligati ducuntur, propria voce testatur, necnon predictae Constantinopolitane civitatis offensionem noviter a Turcis factam, et periculum imminens nobis non sine summa mentis angustia audientibus enarravit,

atque ex parte charissimi in Christo filii nostri Ioannis Paleologi Romeorum imperatoris illustris ac venerabilis fratris nostri patriarche Constantinopolitani, quibus potest, precibus et suasionibus supplicavit, ut civitatem illam Constantinopolitanam, in Oriente christianorum arcem et munimentum, salubri celerique remedio, imminente periculo proximo, liberare et conservare conemur.

Cum autem ea per dictum Iacobum vix audiverimus, et ecce per charissimum in Christo filium nostrum Ioannem regem Cypri illustrem nobis et venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus per dilectum filium nobilem virum Stephanum Pignolum militem oratorem suum significatum est, regnum Cypri, quod superioribus temporibus propugnaculum fidei catholice erat, maximis subiacere periculis, licet antea sciremus esse sub tributo soldani, et venisse in tam ignominiosa et miserabili servitute, ut pro honore nominis et regis christiani referre pudeat, adeo quod quamplurimi in regno predicto esse dicuntur, qui mori mallent, quam vitam eorum tam turpi servituti subiici, et quod miserabilius et infelicius est, omnes fere provincie christiane regno predicto circumiacentes eidem periculo subiecte esse videntur.

Accedit ad augendum merorem nostrum, quod impius ille soldanus magnam classem parare proposuit, ut ea traiciat adversus regnum predictum et Rhodum aliasque christianorum partes, quod presertim regnum et predictas partes in maximam ignominiam christianorum et iacturam delere intendit, ut idem orator nobis et prefatis cardinalibus constanter asseruit, humilibus precibus lachrimisque exorans atque supplicans, ut in favorem fidei dignaremur de opportuno remedio providere.

Nondum, ut ita dixerimus illo audito, et ecce dilecti filii illustris principis Theodori despoti fratris dicti imperatoris Romeorum, qui Moree dominatur, supervenit orator eadem et similia narrans, et instanter supplicans, ut providere conemur, ne locus ille Moree totque millia animarum illic habitantium in servitatem perveniant Turcorum.

Quid plura dicemus? Totus fere Oriens christianus atque Septentrionis magna pars aut servitatem plus quam per Pharaonem illatam tolerat, aut de proximo, nisi deus iuverit, pati formidat.

19 *expectaretur post venisse in accusativus loco ablativi.*

1 *Iacobus de Primaditiis de Bononia O. F. M.; cf. Ep. pontif. I, n. 74, pag. 74. Hunc fuisse ab imperatore Iohanne VIII pro auxilio contra Turcas pelendo missum, scimus etiam ex epistola adhuc inedita civitatis Florentinae ad illum imperatorem die 7 sept. 1442 (Firenze, Biblioteca Nazionale Centrale, Panciat. 148, 190<sup>r</sup>-191<sup>r</sup>): ...Veniens ad nos religiosus vir Frater Iacobus numptius (!) et orator litteras attulit supereminentie vestre plenas benevolentie et caritatis erga civitatem nostram... De angustiis vero atque difficultatibus, que civitatem Constantinopolim presentialiter urgent, tanquam veri et devoti filii vestri totis affectibus condolemus... 15 Iohannes II de Lusignan, rex Cypri (1432-1462). 24 soldanus Murad II (1421-1451). 30 Theodorus Palaeologus, despotus Peloponnesi.*

Sed finem querelis nec quidem sine lachrimis et suspiriis imponentes, ad remedia  
possibilia recurrendum est, ne furor huiusmodi impiorum crucemque domini nostre salutis  
pretium blasphemantium adversus eos, quos supra diximus, aliasque nationes ita immaniter  
ac crudeliter seivire nomenque christianum extinguere valeat, rogantes ex corde per mi-  
sericordiam domini nostri Iesu Christi omnes et singulos et precipue prelatos et personas 5  
ecclesiasticas, ut prompto animo pro dei laude, pro fide, pro christiana religione ad hanc  
necessariam christianorum defensionem pro viribus se paratos disponant, pro qua non  
solum huius seculi caducam et continuo pereuntem substantiam exponere, sed etiam  
mortem ipsam plurimorum tam veteris quam novi testamenti sanctorum exemplo minime  
formidare debemus ;

ponamus ante mentis nostre aciem divitem illum purpuratum pauperis Lazari non  
miserentem, et qualis superba mens eius in retributione damnata sit.

Illi, qui miseras, calamitates atque pressuras huiusmodi patiuntur, nostri similes sunt,  
de eodem nobiscum formati sunt luto, eisdem compacti elementis, et, quod prestantius  
est, eadem religione et fide nobis coniuncti ; quidquid patiuntur, et nos pati possemus, 15  
vulnera eorum extimemus propria, ut omnes proximorum salutem clementi cogitatione  
pensemus ; liberalem enim atque munificum dominus noster Iesus Christus remuneratorem  
se constituit, cum eternam vice gloriam in futuro temporalia largentibus pollicitus fuerit,  
sperantes in domino, cuius causa agitur, et qui dixit : ' confidite, quia ego vici mundum ',  
quod huiusmodi infidelium conatus frangentur et interitus, quos christianis minitantur, in 20  
ipsum redundabunt, si fideles ipsi, quod ad eos pertinet, efficere properabunt.

Et cum ad predictam infidelium rabiem et potentiam reprimendam in tanto chri-  
stianorum periculo necessaria sit omnino armorum vis ac potentia et maritima classis,  
et terrestris non parvus exercitus, nec ea fieri, educari, et sustentari possit sine gravis-  
simo sumptu, et quoniam nos non tam propter illam gravissimam impensam, ac maximos 25  
sumptus pro Grecorum, Armenorum, et aliorum unione a nobis expositos, quorum sump-  
tum neminem participem fecimus, nec quemquam gravare voluimus, quam propter etiam  
graves molestias et oppressiones quamplurimas, quas Romana ecclesia nostris temporibus  
passa est ac etiam patitur, de presenti pecuniis exhausti sumus, et vires nostre adeo  
exiles facte sunt, ut nullo modo onus tot sumptuum nostre et Romane ecclesie facultates 30  
tolerare possent, volentesque adimplere preceptum omnipotentis dei, quod nobis ab ipso  
conceditur, qui nos licet immeritum speculatorem domus sue constituit. Speculator enim,  
ut sancte memorie Gregorius Magnus predecessor noster dicit, semper in specula altitu-  
dinis stare debet, ut quidquid eventurum est, longe prospiciat.

Hoc sancto admoniti precepto omnibus et singulis Christi fidelibus, ne sanguinem 35  
eorum, qui in tam imminente discrimine forsitan perituri sunt, quod omnipotens sua ineffa-  
bili clementia avertat deus, ipse de manu nostra requirat, hec atrocissima et fidelium  
imminentia pericula, per presentem nuntiamus, ut quelibet pro viribus periculo exposite  
fidei christiane in predictis partibus, et terribili expectatione languentibus christianis,  
auxilium afferat, consilium, et favorem, ne huius calamitatis et persecutionis ignis per omnes 40  
fidelium partes serpat et impetu quodam insuperabili adiacentes partes continue devoret.

12 *expectaretur* qualiter.

11 *cf. Luc. 16, 19-31.*

19 *Ioh. 16, 33.*

33 GREGORIUS I papa (590-604), *Homiliae in Ezechielem,*  
*lib. I, homilia 11 = Migne PL 76, 907 B-C.*

Speramus enim et a certo tenemus, dei ineffabili misericordia confisi et, ut huiusmodi navalis ac terrestris exercitus executionem habere possit, preter alias christianorum utilitates et commoda non modo mare hoc magnum, quod a Gadibus usque Constantino-  
 5 polim et Cyprum extenditur, in quo Afri Mauri quamplurima navigantibus nocumenta  
 afferre solent, secure tuteque a christianis navigari poterit, sed etiam magna lataque  
 christianis sequentur dominia et taliter tam predictorum impiorum quam aliorum infide-  
 lium superbia impietasque reprimetur, quod fides catholica atque religio christiana maxima  
 suscipiet incrementa.

Verum, ut prediximus, cum nos soli huius maritime classis et terrestris exercitus, ut  
 10 deus testis est, expensas facere non possimus, aliorum Christi fidelium et precipue catho-  
 licorum subsidia et auxilia ac presidia requirere compellimur; dignum est enim et mise-  
 ricordie et charitati christiane conveniens, ut persone presertim ecclesiastice in omnibus  
 christianorum partibus constitute aliquid de patrimonio Iesu Christi, de redditibus bene-  
 ficiorum suorum pro tam communi et necessaria reipublice et christiane fidei causa attri-  
 15 buant ad sumptum huiusmodi tolerandum.

Cupientes igitur super his, ut tenemur, salubriter providere, felicitis recordationis Ro-  
 manorum Pontificum predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, ac iustis et necessariis  
 imperatoris, regis ac patriarche predictorum ac nonnullorum principum et aliarum per-  
 sonarum catholicarum supplicationibus annuentes, matura deliberatione prehabita cum  
 20 fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus, ac tam pro civitatis Constantino-  
 politane quam prefati regni Cypri ac Rhodi aliorumque christianorum, quos supra me-  
 moravimus, conservatione atque tutela, et dictarum, quas christianitas perdidit, provin-  
 ciarum recuperatione, et pro hac summa urgenteque necessitate atque evidenti utilitate  
 universalis ecclesie et fidei catholice, unam decimam, alias per Basiliense concilium pro  
 25 sumptibus et expensis ad Grecorum unionem necessariis impositam et per nos confirma-  
 tam, non decretandam neque exigendam, nisi postquam dicti Greci venissent, quam pro  
 tunc, quia aliter pro dictis expensis providere potuimus, et clero compassi exigere nolimus,

omnium reddituum et proventuum ex ecclesiis, monasteriis, et aliis beneficiis quibus-  
 cumque et piis locis habentibus beneficia ecclesiastica, vel decimas sibi unitas, in uni-  
 30 verso orbe consistentium, unius anni a festo resurrectionis dominice proxime futuro in-  
 choandi, et continuo subsequenter quantocyus fieri poterit aut saltem in festo B. Joannis  
 Baptiste ab omnibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, prelatiis, et personis ecclesia-  
 sticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis et infra,

ordinibus mendicantium et S. Marie Servorum, ac monasteriis sororum et monialium  
 35 ordinum quorumcumque ac hospitalibus pauperum dumtaxat exceptis, solvendam, exi-  
 gendam et colligendam secundum taxam in huiusmodi decimis observari solitam et con-  
 suetam, et ad conducendam classem et exercitum fidelium contra infideles convertendam,  
 autoritate apostolica de predictorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio decer-  
 nimus et declaramus per presentes.

40 Et nos, licet immeriti caput simus in terris ecclesie militantis, ut membra nostra  
 prelatos, et nobis inferiores et subditos nostros invitemus extra decimam huiusmodi  
 libenter et liberaliter persolvendam,

*1 constructio grammaticalis est aliquantulum dura aut Raynaldus aliquid omisit.*



incipientes a nobis ipsis, omnium reddituum et proventuum ex communibus servitiis et annatis ad cameram apostolicam spectantibus partem quintam ad eundem usum classis et exercitus fidelium deputamus, ultra id, quod deo favente facere intendimus,

necnon fratres nostri sancte Romane ecclesie cardinales ultro et sponte pro tanto bono tamque pia et necessaria re communem totius christianitatis ac fidei concernente 5 utilitatem, omnium suarum ecclesiarum ac monasteriorum et beneficiorum quorumcumque decimam partem persolvendam liberaliter se paratissimos obtulerunt.

Volumus tamen, ne huiusmodi exigende pecunie in alios usus convertantur quam pro hac necessaria fidei causa et classe et exercitu fidelium parandis etc.

Datum Florentie, anno incarnationis dominice MCDXLII, kal. ianuarii, pontificatus 10 nostri anno XII.

### 262.

*Eugenius IV Alberto de Sartiano (Sarteano) commissionem dat, ut cum Iacobo de Primaditiis observantiae regulari in monasteriis Caphae et Constantinopolis, ordinis Fratrum Minorum, provideat.*

*1443 ian. 3 Florentiae.*

*Diploma orig., adhuc WADDING notum.*

*Ed. WADDING 11, 504.*

DILECTO FILIO ALBERTO DE SARTIANO, NOSTRO IN PARTIBUS ORIENTALIBUS NUNCIO.

Novit tua devotio, multum nobis esse cordi conservationem monasteriorum ordinis tui in Capha et Constantinopoli existentium in observantia regulari; quare simul cum dilecto filio Iacobo de Primaditiis, qui ipsorum locorum condiciones novit, modum adhi- 15 beas, ut ea fiant, que dictorum locorum et familiarum in eis degentium bone dispositioni intelligitis fore necessaria.

Datum Florentiae sub annulo nostro secreto, die III ianuarii, anno etc. MCCCCXLII, pontificatus nostri anno XII.

### 263.

*Bulla translationis concilii Florentini Romam.*

*1443 febr. 24 Florentiae.*

*Copiae coevae: Basel, Universitätsbibliothek, E I 20<sup>b</sup>, 234<sup>v</sup>-235<sup>v</sup>.*

*Wien, Nationalbibliothek, codex Lat. 5080, 260<sup>r</sup>-261<sup>r</sup>; München, Staatsbibliothek, Lat. 85, 348<sup>r</sup>-349<sup>r</sup>.*

*Ed. Conc. Basiliense 3, 991-994.*

*Editionem iuxta codicem Basiliensem E I 20<sup>b</sup> utpote meliorem faciam.*

*15 Iacobus de Primaditiis O. F. M. legationem armenam ad concilium Florentinum comitatus est; cf. ea, quae de hac re scripsi in periodico Orientalia Christiana Periodica 5 (1939) 155.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Miserator et misericors dominus filium suum unigenitum humanam assumere naturam et in unam sibi copulare personam ideo instituit, ut ineffabilis unionis illius virtute non solum collapsa repararetur natura, sed [per] amplexus sponsi et oscula oris sui, sponsa ipsius, 5 sancta proveheretur ecclesia, membra illius nexu quodam firmissimo inter se iungerentur amoris, christianusque populus in concordia pacem et spiritus unitate salutem, in caritatis vinculo gloriam adipisceretur.

Nos itaque, in quantum ex ipsius domini et salvatoris nostri Ihesu Christi, cuius vices licet immeriti gerimus in terris, nobis misericordia conceditur, per eius vestigia incedentes 10 salutem et unitatem et pacem christiani populi ardentem cupimus et supremis studiis procuramus, ad conservacionem huius sacrosancti ycumenici concilii quadam diligencia non immerito invigilamus. In quo mira eiusdem salvatoris nostri benignitate atque clemencia plurima clarissima opera ad ipsius laudem et gloriam, catholice fidei augmentum, populi christiani unitatem, ac sancte sedis apostolice et Romane ecclesie exaltacionem 15 gesta sunt.

Vidimus enim nostris temporibus Grecos, Armenos, Iacobitas et alios pene populos innumerabiles, quorum nonnulli quingentorum pene, quidam vero septingentorum annorum curriculo a ritu et sancta Romane ecclesie doctrina dissidentes extiterunt, in hoc sacro concilio per dei clemenciam sub una divina veritatis lege nobiscum coniunctos ac nos 20 tanquam verum Christi vicarium et Petri successorem ac universalis ecclesie pastorem debita reverencia fuisse complexos.

Verum, cum salvatoris nostri benignitas mensuram non habeat, ut continuo hiis potissimum experimur temporibus, qui ad christiani populi et sui corporis mystici unitatem actus moderatur, pro qua et ipse oravit: Volo, pater, 'ut unum sint, quemadmodum et 25 nos unum sumus', ex infinita ipsius clemencia nostris etiam temporibus concessum esse dignoscitur, ut carissimi in Christo filii nostri Zare Iacob, regis Ethiope, quem vulgo presbyterum Iohannem appellant, divina, ut confidimus, inspiracione excitati, cui plurimi reges et innumerabiles pene populi subiecti sunt, oratores plena potestate suffultos ad suscipiendum in hoc sacrosancto concilio orthodoxe fidei doctrinam, a qua in plerisque 30 articulis aberrant, ad nos venturos expectemus. Cumque nos ad confovendum et accelerandum tam sanctum tamque divinum et toti christianitati necessarium propositum nuncios et oratores nostros misimus, quorum fervor in hoc sancto opere maximus sit et auctoritas apud prefatum potentissimum regem non mediocris,

plurimaque alia opera ad dei laudem et fidei et christiani populi incrementum nobis 35 proposita sunt, in quibus etiam nostram diligenciam — neque magnitudine impensarum neque laborum multitudine territi in illius virtute confisi sumus, cuius instinctu permoti sunt — accommendaverimus speremusque, quod procedente tempore alii plures optati et salutare fructus in fide catholica et ecclesia Christi provenient, presertim si hec sancta synodus in loco maioris auctoritatis et regia et sacerdotali civitate celebrari contigerit;

3 virtus *Ms.*    31 necessarium *Ms.*

24 *cf. Ioh. 17, 22.*    26 Zare Yaqob, rex Aethiopiae (1434-1468). *cf. de eo I. GUIDI, Abyssinie (Église de), Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiast. I, 214; E. CERULLI, L'Étiopia del secolo XV in nuovi documenti storici, in periodico Africa Italiana 5 (1933) 57-112.*

ad almam urbem Romanam, peculiarem civitatem nostram, quam, ut decens est, horum salutarium et divinorum operum participem et adiutricem esse desideramus, aciem nostre mentis direximus, quam tanquam bonorum omnium tam spiritualium quam temporalium uberem ad huiusmodi sancta opera perficienda et religiose ac feliciter consummanda ceteris aliis urbibus sanctiorem et prestantiorem esse arbitramur. In ea enim salvator 5 noster in beato Petro, omnium apostolorum principe, eterna eius providencia sedem apostolicam collocavit, cui miranda ipsius salvatoris provisio beatum Paulum apostolum per dexteras societatis adiunxit. Isti sunt duo fidei propugnacula, per quos evangelium Rome resplenduit, isti sunt veri patres verique pastores, isti sunt, qui una die pro merito, uno loco pro gratia, sub uno persecutore pro parili virtute compassi urbem ipsam 10 sacerdotalem et regiam per sacram Petri sedem caput orbis effectam glorioso cruore martirii Christo domino consecrarunt. 'Omnes enim, sive patriarche cuiuslibet apicem, sive metropolitani primatus aut episcopatum cathedras vel ecclesiarum cuiuscumque ordinis dignitates instituit Romana ecclesia; illam vero solus ipse fundavit, ut supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro eterne vite clavigero celestis simul et terreni im- 15 perii iura commisit'. Cum itaque urbs ipsa tot tantisque divinis muneribus nobilitata et illustrata sit et tanta auctoritate prefulgeat, eciam plurimum apostolorum, martirum atque confessorum reliquiis et sanctimonia fideles undique ad se alliciat, et christiane nationes et populi in ultimis eciam mundi partibus existentes ad dictam urbem confluant, qui eciam plurimum desiderare videantur, ut ad nostram sedem Romanis pontificibus divinitus 20 constitutam redeamus, ut tam apud nos ipsius sedis auctoritate quam apud ipsam sedem presencia et auctoritate nostra maior in christiano populo veneracio et devocio augeatur, cumque cerciores eciam effecti sumus, quod ob nostram in eadem urbe residenciam subditi et fideles nostri et Romane ecclesie, ad quorum pacem et tranquillitatem procurandam et conservandam peculiari quodam studio astricti sumus, maxima pacis et unitatis 25 suscipiet incrementa, et quod per hoc deo propicio expediciores et potenciores futuri sumus ad continuanda pacis et concordie opera, et prout ardentem desideramus, inter alios catholicos reges et principes et populos quietam pacem et unitatem componendam ac stabiliendam,

hoc sacrosanctum ycumenicum concilium Florentinum ad prefatam urbem, locum ydo- 30 neum et securum et omnium rerum ad usum hominum pertinencium tam bonitate et fecunditate soli quam maritima deductione plurimum habundantem, prefatis necessariis et aliis pluribus iustis et rationabilibus causis animum nostrum moventibus ad omnipotentis dei laudem et gloriam, ad heresum errorumque extirpacionem, reformationem morum, pacem, salutem et augmentum populi christiani et reliqua sancta opera duce domino 35 feliciter consummanda, pro quibus predictum concilium ab inicio congregatum extitit,

in nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, ex approbacione prefati generalis concilii nonas ianuarii proxime preteriti, nobis presidentibus in generali congregacione habita, auctoritate apostolica tenore presentium ex nunc transferimus et eadem auctoritate translatum esse in basilica Lateranensi, prima propriaque 40 summi pontificis et vicarii Ihesu Christi sede, die proxima post quintam decimam introitus

32 necessariis *Ms.*

12 *Nicolaus II papa (1059-1061) Mediolanensibus = THANER I, 31-32 = MIGNE PL 145, 91 B-C.*

nostri ad ipsam almam urbem resumendum, continuandum, prosequendum esse decrevimus et declaramus per presentes.

Irrefragibili insuper constitutione ac decreto sancimus, ut omnes et singule securitates et salviconductus, quos in principio huius sacri concilii concessimus, quos de novo extendimus et prorogamus; proinde presentibus litteris inscripti esse et illam vim et efficaciam habere censeantur, ac si de verbo ad verbum de eisdem in hac nostra synodali constitutione mencio facta et inserti ac denotati fuissent.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre translacionis, constitutionis, declaracionis, sanctionis, extensionis et prorogacionis infringere vel ei ausu temerario  
10 contraire.

Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Florencie, anno incarnationis dominice MCCCCXLII, sexto kalendas marcii, pontificatus nostri anno XII.

## 264.

*Franciscus cardinalis Condulmer legatus apostolicus in Graecia constituitur.*

*1443 maii 8 Senis.*

*Copia coeava archivi Vaticani, Reg. Vat. 382, 188<sup>r</sup>-189<sup>r</sup>. In margine: Cincius. — De curia. Ed. Aug. THEINER, *Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia (Romae 1863) 380-381.**

*Commemoratur apud W. VON HOFMANN II, 69.*

*Simile documentum pro Iuliano Cesarini cardinali eique legato apostolico in Oriente, 12 febr. 1444: Reg. Vat. 382, 206<sup>v</sup>-208<sup>v</sup>.*

15 EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO NOSTRO FRANCISCO TITULI SANCTI CLEMENTIS PRESBITERO CARDINALI SANCTE ROMANE ECCLESIE VICECANCELLARIO, IN NATIONE GRECIE ET PARTIBUS SIBI ADIACENTIBUS ET FINITIMIS AC IN OMNIBUS ILLIS ULTRAMARINIS PROVINCIIS ET PARTIBUS APOSTOLICE SEDIS LEGATO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

20 Inter pia et sancta desideria, que deus sua clemencia inspiravit in corde nostro, quam primum divina favente misericordia ad apicem summi apostolatus assumpti fuimus, hoc principium semper fuit, ut videremus Greciam et alios Orientales populos, tot iam seculis a doctrina Romane ecclesie dissidentes, sub eadem divine legis veritate nobis coniunctos esse.

25 Quod cum ineffabili omnipotentis dei benignitate nostris etiam temporibus effectum sit, aliud pium desiderium eadem inspiratione vehementer nos sollicitat, ut Greciam ipsam

3 sanctimus *Ms.* 13 maii *Ms.* *Basiliense, recte marcii in codice Monacensi.*

15 cardinalis *Franciscus Condulmer profectus est Venetiis die 22 iun. 1441, Modonem die 17 iul. advenit, die 20 iul. versus Constantinopolim iter navale facere coepit; Constantinopoli usque ad autunnum anni 1445 mansit, ibidem 15 disputationibus inter Georgium Scholarium et Bartholomaeum Lapacci O. P. episcopum in palatio imperiali habitis in praesentia imperatoris Iohannis VIII Palaeologi, despoti Theodori Palaeologi, patriarchae catholici Gregorii Mammas interfuit.*

et Orientales populos sub acerbissima infidelium op[p]ressione ac tyrannide existentes a tanta immanitate et feda crudelitate liberatos videamus, que oppressio sine maximo christianorum dedecore et gravissima fidelium iactura diucius permanere non potest.

Ad quod sanctum opus eo ardentius inflammamur, quo deus omnipotens expressa continuo sue benignitatis et clementie signa erga christianum populum ostendit; nam superiori anno in Hungarie, Polonie et Walachie partibus parvus fidelium exercitus maxi- 5 mam infidelium multitudinem non sine ingenti eorum strage iteratis preliis superavit.

Hanc felicem occasionem nobis et catholicis principibus ac populo christiano divinitus oblatum non deserentes, per dilectum filium nostrum Iulianum tituli sancte Sabine presbyterum cardinalem, legatum de latere, hoc presenti anno magnum fidelium exercitum 10 parari facimus ad exterminandos Turcos et alios infideles, et gregem dominicum ab eorum feritate liberandum: conamur etiam pro viribus, ut maritima classis fiat, ut terrestri maritimaque catholicorum potentia hoc sanctum opus iuxta desiderium cordis nostri ad prosperum et felicem effectum perducere valeat.

Hac itaque consideratione ac aliis iustis et necessariis causis inducti te, sermone et 15 eloquentia ac operibus potentem, et precipua prudentia ac rerum experientia et aliis magnis clarisque virtutibus eminentem, ad hoc sanctum negotium perficiendum; de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio legatum de latere tanquam pacis angelum auctoritate apostolica deputamus, ordinamus atque constituimus. Et licet presentia tua sine nostra incommoditate carere non possimus, tamen 20 huic communi et publice christianorum utilitati consulentes, de tua eximia probitate et precipuo fidei ac devotionis ardore sumentes in domino fiduciam specialem, circumspectioni tue tenore presentium committimus et mandamus, quatenus te conferas ad ea loca, que ad huiusmodi sanctam expeditionem perficiendam magis oportuna esse cognoveris, et cum quibuscunque dominiis, principibus, dominis magnatibus, communitatibus et universitatibus 25 ac ecclesiasticis personis, cuiuscunque gradus et dignitatis existentibus, etiam si patriarchali, archiepiscopali, episcopali vel alia quavis ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, ac privatis etiam personis, [si] expediens esse putaveris, agas et opereris, quod huiusmodi sancto negotio profuturum esse putaveris et quidquid prudentie tue visum fuerit, quam sine alia nostra directione instructissimam esse iudicamus. 30

Et insuper in illis partibus per te vel alios ab eadem tua circumspectione deputandos, quecumque iniqua et que contra sacros canones existunt, evellas, modereris et destruas ac iusta et laudabilia edificando constituas, edifies et plantas ac deformata reformes, indirecta dirigas et corrigenda corrigas atque statuas in nomine domini, prout celestis gratie infusio tuaque prudentia tibi subministrabit, firma tenentes spe, quod actus tui 35 dirigente, qui novit prava et indirecta in vias planas convertere, per industriam tue circumspectionis ad ipsius dei honorem et gloriam ac fidei catholice augmentum ac nostrum et sedis apostolice decus et honorem et hoc sanctissimum negotium prosperum et felicem exitum consequentur.

Et nichilominus, ut tam salutaris boni votis nostris satisfacias, omni sollicitudine et 40 studio procures, reges et principes et quoscunque alios illarum partium dissidentes et discordiis ac bellis laborantes ad pacem et concordiam reducere, auctoritate nostra mo-

2 liberalitatis *Ms.*    23 committimus *Ms.*    29 quicquid *Ms.*    30 directione *Ms.*    32 moderes *Ms.*

nendo, qui monendi videbuntur, et per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendo, qui tibi compellendi videbuntur, et cum opus fuerit, brachium etiam seculare invocando.

Et insuper circumspectioni tue quecumque a ratione devia reformandi, et [que] ad  
 5 cultum dei ac nostri et apostolice sedis et unionis in Florentino concilio edite observationem  
 et augmentum ac reformationem morum, honestatis cultum, ecclesiarum relevacionem et  
 pauperum animarum et corporum salutem et prosperi ac felicitatis status partium predicta-  
 rum quomodolibet pertinebunt, per te vel dictos deputandos corrigendi, statuendi, preci-  
 piendi, ordinandi, reformandi, concludendi, necnon certa alia agendi, faciendi, concludendi  
 10 et exequendi, que ad plenum et omnimodum legationis de latere officium de consuetu-  
 dine vel iure pertinere dinoscuntur, necnon prefatos reges ac principes et etiam personas  
 ecclesiasticas huiusmodi et alios quoscunque requirendi, monendi, compellendi, eisque  
 precipiendi ac mandandi, et prout tibi et dictis deputandis expediens videbitur, inhibendi  
 eosque ab obligationibus, federibus, colligationibus et promissionibus, votis et iuramentis  
 15 quibuscunque liberandi et absolvendi, ipsaque iuramenta relaxandi, prefatosque reges et  
 principes ac ecclesiasticas personas ad subsidia huic sancto negotio exhibenda tuis hortatio-  
 nibus et aliis oportunitis modis, prout prudentie tue videbitur, inducendi, quibuscunque  
 privilegiis, indulgentiis, exemptionibus in litteris apostolicis generalibus vel personalibus sub  
 quacunque verborum forma vel expressione concessis et que nullum cuiusque, cuius-  
 20 cunque status, gradus, condicionis vel ordinis Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis,  
 Grandimontensis, Cartusiensis, Vallisumbrose, Camaldulensis, Humiliatorum, sanctorum Be-  
 nedicti et Augustini, hospitalium sancti Iohannis Ierosolimitani, sancte Marie Theutonicorum,  
 sancti Iacobi de Spata et Caltrava seu quorumcumque aliorum ordinum existant, in hac  
 parte volumus afferre suffragium, nequaquam obstantibus, plenam et liberam eadem aucto-  
 25 ritate tenore presentium concedimus facultatem. Nos enim sententias sive penas, quas rite  
 tuleris seu inflixeris in rebelles, necnon omnia et singula, que per te sive tuos deputatos  
 super premissis et ceteris aliis rebus ad huiusmodi tuam legationem spectantibus acta,  
 facta ac firmata fuerint, ratas et rata habebimus, ac faciemus auctore domino, usque ad  
 satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

30 Datum Senis anno etc. MCCCCXLIII, octavo idus maii, pontificatus nostri anno XIII<sup>o</sup>.

B. Palavicinus.

## 265.

*Eugenius IV Alberto de Sarteano et Iacobo de Montebrondono O. F. M. facultates ecclesia-  
 sticas pro iis, qui cruciatam adiuvant, dat.*

*1443 maii 28 Senis.*

*Diploma orig.: Firenze, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico, S. Francesco di Fiesole. Cum  
 cordula canapis pendente, sine bulla plumbea; cum nota: Cincius. De curia. A. de Spoleto.*

*Ed. B. BUGHETTI, O. F. M., I Francescani nel Concilio di Firenze (Firenze 1938) 27-30;  
 apud eundem auctorem alia brevia apostolica edita habes de eadem causa.*

*Bernardinus de Senis eandem epistolam, sub data 26 maii 1443, accepit; cf. Archivum Fran-  
 ciscanum Historicum 29 (1936) 494 sqq.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Pia mater ecclesia de fidelium salute sollicita, sicut in palmitibus fidei catholice dilatandis accensa caritatis ardoribus solerter invigilat et fructuosi operis prosecutione laborat, sic vias et modos diligenter exquirat, quibus et hostium ipsius fidei conatibus obviet et vires eorum reprimat et contundat, ut christifideles a noxiis impugnantium incursibus 5 iuvante domino tuti in devotionis fervore et pacis pulcritudine conserventur.

Cum itaque pro evidenti tocius christiane religionis utilitate et fidei catholice exaltatione necnon pro civitatis Constantinopolitane et Hungarie ac Cypri regnorum aliarumque provinciarum christianorum tutela et conservatione quamplures et maximos sumptus nos subire oporteat, quos pro Grecorum, Armenorum 10 et aliorum populorum Orientalium a doctrina Romane ecclesie dudum dissidentium unione exposuimus et preteritorum temporum calamitates sine fidelium suffragiis tolerare non possumus, cumque infideles ipsi, tot preliis et certaminibus superati, viribus et animis fracti ac debilitati sint, hanc nobis et catholicis principibus ac christiano populo occasionem divinitus oblatam non deserentes, magnam classem parari facimus, 15

cum etiam magnus fidelium exercitus in Hungaria per dilectum filium nostrum Iulianum tituli Sancte Sabine presbyterum cardinalem Sancti Angeli nuncupatum, legatum de latere, de nostra commissione paretur, ut terrestri maritimaque potentia Turcos et alios Christi nominis inimicos christianorum exercitus aggrediatur.

Ad quod sanctum opus eo ardentius incitatur, quia Sarraceni civitatem Ierusalem 20 in decessus christianorum occupantes longe magis quam preteritis temporibus adversus christianos sepulcrum dominicum visitantes sevierunt et, quod horrendum dictu est, infideles ipsi barbarica et efferata quadam rabie inflammati ymagines salvatoris nostri Ihesu Christi et beate virginis Marie et aliorum sanctorum ibidem existentes deici fecerunt, ea[s], nephanda turpitudine et variis ignominiarum generibus afficientes, que tam perfide et 25 impie fortassis divina sapientia fieri permisit, ut nos et alii catholici tam atroci et perversa iniuria provocati ad comprimendam huiusmodi nefariam fidei christiane ignominiam illatam ardentius incitaremur.

Nos vero huic dei et fidei cause, que ceteris rebus anteponenda est, omnes nostras cogitationes atque conatus adhibentes, quemadmodum in dicto terrestri exercitu dictum 30 cardinalem Sancti Angeli legatum habemus illique exercitui nostra et sedis apostolice auctoritate presidet, ita dilectum filium nostrum Franciscum tituli Sancti Clementis presbyterum cardinalem, sancte Romane ecclesie vicecancellarium, ad classem huiusmodi contra infideles ipsos conducendam et nationem Grecie et alias nationes christianas a feritate Turcorum et aliorum infidelium liberandas de venerabilium fratrum nostrorum sancte 35 Romane ecclesie cardinalium consilio pronuntiavimus. Que si dei misericordia sequentur, recuperatio sepulcri dominici et Terre Sancte facile sequi poterit.

Cupientes igitur, ut huiusmodi dei et fidei causa libentius adiuvetur, quo fideles ipsi ex hoc dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et nostra auctoritate confisi, omnibus 40

24 ea Ms. 36 que Ms.

31 Iulianus cardinalis Cesarini. 32 Franciscus cardinalis Condulmer.

vere penitentibus et confessis, qui de bonis suis a deo collatis ad expeditionem et alimentum prefate milicie fidelium pro causa huiusmodi congregandi exercitus et classis parande et huius operis expeditione tantum, quantum sue facultates patiuntur, erogaverint et contribuerint et personis ad hoc eligendis et deputandis persolverint, septem annos et  
5 totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus.

Euntibus quoque personaliter contra huiusmodi Turcos et alios Christi nominis inimicos ad bellandum suis vel alienis sumptibus, vel qui aliquem bellatorem contra ipsos transmiserit et per sex menses continuos aluerit et sustinuerit, sive pro expensis unius transmittendi per dictos menses pecunias in predicta causa miserit baroni, comiti, mar-  
10 chioni, duci, principi aut alii temporali domino unum vel plures bellatores iuxta quorumlibet facultatem transmiserint aut alia pia et caritativa subsidia secundum ipsorum devotionem et consilium confessoris sui porrexerint cum effectu, auctoritate apostolica concedimus per presentes, ut quilibet ipsorum aliquem idoneum et sufficientem presbyterum in suum possit eligere confessorem, qui confessionibus persone largientis, euntis vel mit-  
15 tentis diligenter auditis, plenam omnium suorum delictorum, de quibus veraciter corde contriti et ore confessi fuerint, in forma ecclesie consueta veniam et remissionem impendat, etiam si talia forent, propter que sedes apostolica esset merito consulenda, et eandem etiam remissionem peccaminum concedere valeat, quam qui pro recuperatione Terre Sancte accedunt, a sede apostolica consecuti sunt.

20 Et insuper eidem confessori, ut quecumque vota peregrinationis, etiam Sancti Iacobi in Compostella et ad sepulcrum dominicum et quevis sanctuaria, ac alia vota, pro quorum executione pecunia sit exponenda, dummodo persona vovens ad huiusmodi prosecutionem negotii tantum de pecuniis suis tribuat, quantum pro complemento huiusmodi votorum verisimiliter exposuisset. Cetera vero vota, preter castitatis et religionis, si  
25 perpetua fuerint, dummodo vovens ipse duos florenos camere, si temporalia, unum, deputandis huiusmodi tradat, commutare possit.

Necnon quascunque personas a spoliis, rapinis, furtis, usuris, et aliis illicitis lucris quibuscunque, que salva conscientia retineri non possunt et quorum persone certe, quibus restitutio est facienda, ignorantur, si tantundem dictis deputandis vel modicum minus se-  
30 cundum facultates persone huiusmodi ac iuxta conscientiam ipsius confessoris;

necnon quascunque personas ecclesiasticas vel seculares ab apostasiis, iniunctionibus manuum violentarum in clericos, citra tamen mortem et membrorum mutilacionem ac enormem lesionem;

necnon a periuriis, votorum transgressionibus, adulteriis, incestibus ac sortilegiis et  
35 incantationibus, et a quacunque sententia excommunicationis, etiam in casibus Romano pontifici reservatis, satisfacto prius competenter levis et iniurias passis; et super irregularitate, quam propter premissa celebrando divina aut immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium, contraxerint, dummodo pro expensis unius bellatoris per mensem aut dimidium secundum personarum facultates et delictorum exigentiam in subsidium  
40 fidei dictis deputandis persolverit; ac etiam simoniace ad ordines vel beneficia promotos et promoventes erogando ad huiusmodi expeditionem expensas unius armigeri vel plurium pro sex mensibus aut saltem tribus secundum facultates suas et fructuum male per-

20 *subintelligas* commutet. 27 *subintelligas* absolvendi. 30 *subintelligas* erogaverint. 42 *saltem Ms.*



ceptorum valorem et iuxta prefati confessoris consilium et conscientiam absolvere, dispensare et fructus male perceptos remittere omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam, premissorum forsitan occasione contractam abolere valeat, auctoritate apostolica plenariam et liberam tenore presentium concedimus facultatem.

Et ut omnium premissorum iuxta huius sancti operis necessitatem et desiderium 5 cordis nostri celeris executio fiat, dilectos filios Albertum de Sartiano et Iacobum de Montebrondono de Marchia ordinis Minorum professores, de quibus plenam in domino fiduciam obtinemus, omnium in presentibus litteris contentorum executores et nuntios nostros in patriarchatu, provincia, civitatibus et diocesi Aquilegensi auctoritate prefata constituimus, ordinamus atque etiam deputamus, quibus et cuilibet eorum personas ecclesiasticas seculares vel religiosas cuiuscunque ordinis vel dignitatis, bone tamen existimationis et fame, ad huius sancti operis executionem, cum potestate etiam audiendi confessiones ac omnia et singula faciendi presentibus litteris denotata deputandi, quos nunc confirmamus et ad predicta confirmatos esse decernimus, plenam et omnimodam concedimus 10 tenore presentium facultatem. 15

Volumus autem, ut huiusmodi littere et facultates in eis contente nullo modo ad forum iudiciale se extendere possint. Volumus insuper, quod de nominibus et cognominibus personarum, quas ipsos executores et nuncios vel eorum alterum sive deputandos ab eiusdem ex predictis causis a sententiis, censuris et penis huiusmodi absolvere et habilitare, necnon de summa pecuniarum, quam tam huiusmodi quam etiam bonorum ablatorum et votorum commutationem et aliarum rerum predictorum occasione ipsos executores et nuntios sive deputandos predictos percipere contigerit, prefatum legatum vicecancellarium vel ab eodem deputandos certificare procurent, summamque predictam per aliquem seu aliquos deum timentem vel timentes, quem seu quos ad id deputaverint vel substituerint, Venetias quantotius transmittant, qui una cum dicto legato vicecancellario sive ab eodem deputandis agant et inspiciant oculata fide, ut huiusmodi pecunie pro hac fidei catholice utilitate et huius sancti operis expeditione dumtaxat et non in alium usum exponantur atque convertantur ; 20 25

quibus omnibus sub divine ac nostre indignationis penam, ut hoc fideliter et sincera conscientia agant et exequantur, harum serie precipimus et mandamus. Presentibus post annum a data presentium computandum minime valituris. 30

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre relaxationis, constitutionis, ordinationis, deputationis, confirmationis, concessionis, voluntatis, precepti et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. 35

Datum Senis, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio, sexto kal. iunii, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Cincius.

*A tergo:*

Registrata in camera apostolica 1443.

40

## 266.

*Eugenius IV Iohannem VIII Palaeologum imperatorem de laboribus suis pro bello sacro praeeparando certiozem facit eumque hortatur, ut opus unionis foveat.*

*1443 iun. 13 Senis.*

*Copia coeua archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 153<sup>r</sup>.*

*Ed. GIUSTINIANI 383; RAYNALDUS, ad annum 1443, n. 22.*

EUGENIUS CARISSIMO IN CHRISTO FILIO IOHANNI PALEOLOGO IMPERATORI ROMEORUM ILLUSTRIS, SALUTEM.

Accessit ad presentiam nostram dilectus filius noster vir Andiomeiagaris orator serenitatis tue, quem hylari vultu et libenti modo accepimus.

5 Id autem ex hiis, que nobis retulit precipue gratum habuimus, quod pro tua solita corporis qualitate bene valere asseveravit.

Quantum autem ad apparatus classis pro expeditione adversus Teucros pertinet, de quo nos idem orator tui ex parte requisivit, diligenter ei rei operam dedimus continuoque damus, prout orator ipse plene informatus a nobis tue celsitudini latius reserabit.

10 Hodieque a nobis hinc recessit dilectus frater noster F[ranciscus] tituli S. Clementis presbyter cardinalis sancte Romane ecclesie vicecancellarius, quem ob hanc dumtaxat causam ad partes Grecie legatum nostrum et apostolice sedis transmittimus, a quo, cum eandem serenitatem ipsum convenire continget, eris de occurrentibus singulis plenissime informatus.

15 Reliquum est, ut Ihesum Christum dominum nostrum sincero corde exoremus, ut opus istud pro sui sacratissimi nominis honore inceptum prospero eventu secundare dignetur.

Quove vota nostra magis equis et propitiis auribus exaudiat omnipotens deus, curare omni ope et diligentia velit eadem excellentia tua, quod negotium unionis, quam  
20 tantis laboribus et expensis partam fuisse nosti, felicioribus in dies successibus ampliatur.

Datum Senis etc. tercio idus iunii, anno [terciodecimo].

## 267. .

*Eugenius IV Iohanni VIII Palaeologo, imperatori, qui ad papam nuntium miserat, respondet.*

*1443 iul. 6 Senis.*

*Copia coeua archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 154<sup>r</sup>.*

*Commemoratur apud IORGA II, 397.*

<sup>3</sup> legendum Andronicoiagaris (Ἀνδρόνικος ὁ Ἰαγρός; cf. PHRANTSES, *Chronicon II, 13* = PAPADOPOULOS 179 = MIGNE PG 156, 785 B). <sup>8</sup> quo] quos Ms. <sup>21</sup> tercio<sup>mo</sup> Ms.

EUGENIUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO IOHANNI PALEOLOGO IMPERATORI ROMEORUM ILLU-  
STRI, SALUTEM.

Ad presentiam nostram accessit dilectus filius nobilis vir Iohannes Ebrcellus nuntius  
tuus nobisque tue serenitatis literas presentavit, quem nos grate recepimus et literas tuas  
libenti animo legimus. 5

Circa relationem igitur ipsius nuntii et continentiam litterarum predictarum omnia, que  
in materia expeditionis et apparatus classis adversus Teucros disposuimus et ordina-  
vimus, eisdem seriose aperuimus, prout ipse ad presentiam tuam reversus celsitudini tue  
latius reserabit.

Datum Senis, pridie nonas iulii, anno XIII°. 10

## 268.

*Eugenius IV Iohannem Torcello civem Constantinopolitanum constituit militem apostolicum.*

*1443 iul. 9 Senis.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 361, 204<sup>r</sup>-204<sup>v</sup>. In margine: B. Roverella.*

*Iam die 20 aug. 1439 et 9 iulii 1442 Eugenius IV in epistola Ioanni Torcello laudem ex-  
presserat; cf. Ep. pontif. II, n. 206, pag. 97-98. Reg. Vat. 361, 211<sup>r</sup>-211<sup>v</sup>, et IORGA II, 398.*

[E]UGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO IOHANNI TORCELLO  
CIVI CONSTANTINOPOLITANO MILITI APOSTOLICO SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Fidelitas tua et devocio quam ergo nos et Romanam ecclesiam, dum tractaretur glo-  
riosissima Orientalis et Occidentalis ecclesiarum unio, habere et gerere ostendisti, prout  
postea post factam ipsam unionem continuo ostendere non cessas, promeretur, ut te spe- 15  
cialibus graciis et favoribus prosequamur.

Volentes itaque te premissorum intuitu favore prosequi gracie specialis, ut eo arden-  
ciori devocione et fidelitate erga nos et ipsam ecclesiam animeris, quo te maioris honoris  
prerogativa elatum esse cognoveris,

te militem apostolicum auctoritate apostolica tenore presencium facimus et creamus 20  
et sic deinceps perpetuo ab omnibus censi pariter et nominari volumus ac gaudere  
posse et debere omnibus et singulis emolumentis et commodis, honoribus, immunitatibus,  
privilegiis et exemptionibus, que militibus apostolicis a sede apostolica concedi con-  
sueverunt.

Volumus autem, quod tu sive tuus procurator ad hoc specialiter constitutus nomine 25  
tuo in manibus dilecti filii nostri Francisci tituli S. Clementis presbyteri cardinalis sanc-

3 forte legendum Torcellus. 4 receperimus Ms. 14 octidentalis Ms. 18 honeris Ms.

11 Iohannes Torcello, de unione Graecorum bene meritus. 26 Franciscus Cardinalis Condulmer.

teque Romane ecclesie vicecancellarii ac dicte sedis legati debitum fidelitatis prestare debeas in forma solita iuramentum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre factionis, creacionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire.

5 Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Senis anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragésimo tercio, septimo idus iulii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

Gratis de mandato domini nostri pape.

10

Io. de Stectatis.

## 269.

*Eugenius IV Sabam abbatem ordinis S. Basilii Cretensem praedicatorum unionis concilii Florentini in insulis Graeciae, adiectis indulgentiis et aliis facultatibus spiritualibus, constituit.*

1443 aug. 4 Senis.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Later. 400, 121<sup>r</sup>-121<sup>v</sup>. In margine: Chri[stophorus]. Poggius.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO SABE GEORGII NUNCUPATO ABBATI ORDINIS S. BASILII PROFESSORI CRETENSIS DIOCESIS, SALUTEM ETC.

Devocionis tue probata sinceritas, qua nos et Romanam ecclesiam revereris, merito nos inducunt, ut ea tibi favorabiliter concedamus, per que christifidelium animarum saluti  
15 valeat provideri. De tua igitur fide et probitate specialem in domino fiduciam obtinentes ac volentes, ut [ovibus] que veram fidem catholicam recognoscunt, spiritualis cibi alimonia prebeatur,

tibi in omnibus et singulis insulis in partibus Grece constitutis verbum dei auctoritate  
20 nostra proponendi sanctissimamque unionem, que in synodo Florentina, astantibus carissimo in Christo filio Iohanne Paleologo Romeorum imperatore ceterisque prelati et nobilibus ecclesie Orientalis per nos celebrata est, predicandi ac singulas utriusque sexus personas ad viam dicte unionis et veritatis hortandi illasque ad obedientiam et devocionem sedis apostolice reducendi ac iis, qui in tuis predicacionibus interfuerint, quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxandi necnon quarumcumque personarum  
25 cuiuscumque status, gradus, ordinis vel condicionis tibi sua peccata confiteri volentium confessiones pro tempore audiendi ac eas a suis peccatis in omnibus et singulis casibus,

3 factionis Ms. 16 ovibus] omnibus Ms.

11 Sabas Georgii abbas S. Bas. fuit catholicus. An ex orthodoxia byzantina ad fidem catholicam conversus fuerit, nescio. Eugenius IV eidem die 31 iulii 1443 ecclesiam Beatae Mariae de Annuntiatione, graece Calonitise vocata, extra muros civitatis Negropontis (Euboea) sitam concessit, sicut ex documento archivi Vaticani, Reg. Later. 406, 202<sup>r</sup>-204<sup>r</sup> elucet.

in quibus minores penitentiarii in Romana curia possunt, auctoritate nostra absolvendi ac ipsis pro modo culpe salutarem penitentiam iniungendi, prout ipsarum personarum animarum saluti videbis expedire, plenam et liberam auctoritate apostolica facultatem concedimus ac potestatem.

Datum Senis, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragésimo 5 tercio, pridie nonas augusti, anno terciodecimo.

Chri[stoporus] — Gratis de mandato domini nostri pape — Coronensis.

## 270.

*Eugenius IV concilium Lateranense id est continuationem concilii Florentini indicit atque hortatur, ut ad hoc concilium conveniant ii, qui de iure conciliis generalibus interesse tenentur.*

*1443 octobr. 14 Romae.*

*Copia coeva bibliothecae Monacensis, cod. Latini 85, 348<sup>r</sup>-349<sup>v</sup>.*

### EUGENIUS. INDICTIO CONCILII LATERANENSIS. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Humani generis redemptoris dei et domini nostri Iesu Christi, cuius ineffabili provi-  
dentia totum ecclesie corpus sanctificatur et regitur, ac per ipsius assistenciam preter 10  
merita nostra, et ultra quam aut expetere aut efflagitare dignoscamus, dona iam nobis  
et misericordie sue munera quotidie proveniunt, infinita clemencia atque miseracione ad  
almam urbem ad beatissimi Petri sedem, ad sancta sanctorum ad Lateranum patriar-  
chium reversi illa magna cum fiducia amplectimur ac prosequimur desiderio, que divino  
pocius quam humano ingenio aut adiuta aut illustrata videntur. 15

Hinc est, quod, cum ex certis iustis, rationabilibus et necessariis causis animam tunc  
nostram moventibus sacrosanctum ycumenicum Florentinum concilium, cui eo tempore  
presidebamus, ad hanc almam urbem et Lateranensem basilicam, prima post quintam  
decimam adventus nostri diem, restaurandum, continuandum et prosequendum auctoritate  
apostolica et de plenitudine potestatis eodem approbante concilio transtulerimus, 20

quemadmodum in literis inde confectis seriusius continetur, quarum tenor de verbo  
ad verbum sequitur, et est talis :

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM. Miserator et  
misericors dominus etc. *Sequitur textus 348<sup>r</sup>-349<sup>r</sup>; confer documentum n. 263.*

Nos cum instituta iam dies advenerit, et cuncta, propter que resumendum tunc esse 25  
concilium videbatur, nunc magis quam umquam necessaria esse dignoscantur, prefatis ne-  
cessariis et aliis pluribus iustis et rationabilibus causis animam nostram moventibus, ad  
omnipotentis dei laudem et gloriam, ad heresum errorumque extirpacionem, reformacio-  
nem morum, pacem, salutem et augmentum populi christiani, et reliqua sancta opera

11 effligitare *Ms.* 19 nostrorum *Ms.* 21 serioseris *Ms.*

7 Christophorus episcopus Coronensis, in servitio curiae pontificiae per duo fere decennia.

duce domino feliciter consummanda, pro quibus predictum concilium ab inicio congregatum extitit.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, auctoritate, potestate et approbatione similibus tenore presentium predictum Florentinum concilium  
5 ycumenicum translatum ut supra

resumimus, continuamus et prosequimur ac in hic sacri patriarchii Lateranensis concilii aula continuacionem, resumpcionem et prosecucionem habere decernimus et declaramus per presentes, monentes et requirentes omnes et singulos, qui in generalibus conciliis de iure vel consuetudine interesse tenentur, quatenus ad hoc presens sacrosanctum  
10 Lateranense ycumenicum concilium, ut premittitur, continuatum, pro quibus supradictum est exequendis, quamprimum possint, se conferre procurent. Irrefragibili insuper hac constitutione atque decreto iterum sancimus, ut omnes et singule securitates ac salviconductus, quos in principio sacri ycumenici concilii Ferrariensis concessimus, quosque de novo extendimus et prorogamus, perinde presentibus literis inscripti esse et illam vim et  
15 efficaciam habere censeantur ac si de verbo ad verbum de eisdem in hac nostra synodali constitutione mencio facta et inserti ac denotati fuissent.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre resumptionis, continuacionis, prosecucionis, constitutionis, declaracionis, sanctionis, extensionis et prosecucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.  
20

Dat. Laterani in publica sessione synodali solemniter in aula conciliari Lateranensis patriarchii, apud quod nunc residemus, celebrata, anno incarnationis dominice millesimo CCCCXLIII pridie ydus octobr., pontificatus nostri anno terciodecimo.

## 271.

*Eugenius IV Iohannem de Bellavalle administratorem ecclesiae Arelatensis constituit.*

*1443 nov. 20 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 361, 236-238.*

*Ed. imperfecte ALBANÈS-CHEVALIER, Gallia cristiana novissima. Arles 834-836.*

25 EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO MAGISTRO IOHANNI DE BELLAVALLE, ECCLESIE ARELATENSIS ADMINISTRATORI, NOTARIO NOSTRO, SALUTEM ETC.

Universalis ecclesie regimini divina disponente clementia presidentes, potissimam non immerito commisse nobis sollicitudinis partem ad hoc convertimus, ut singule orbis ecclesie nostris commisse vigiliis, votivis gratulentur successibus; illas profecto propensioris cure studio prosequentes, que diutina suorum pastorum ausencia perpesse, dispen-  
30

14 forte legendum proinde.

25 Ioh. VII de Beauvan (1443-9).

diose vacationis subsunt incommodis, ut apostolice sedis ministerio suffulte, spiritualiter et temporaliter digne valeant consolari.

Dudum siquidem ex certis et rationabilibus causis tunc expressis, de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu, pluribus etiam ex venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis electis et abbatibus, apud sedem apostolicam tunc existentibus, id laudantibus et consulentibus, generale concilium apud civitatem Basiliensem tunc constitutum, de ipsa civitate ad nostram civitatem Ferrariensem per quasdam transtulimus et translatum esse declaravimus, ac inter cetera, sub excommunicationis et privationis quorumcumque ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatum, administrationum, officiorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, necnon inhabilitationis, et aliis tunc expressis penis, quas contrafacientes ipso facto incurrere voluimus, omnibus et singulis cuiuscumque status, gradus aut conditionis existerent, etiamsi cardinalatus honore, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali, aut alia quavis ecclesiastica vel seculari prefulgerent dignitate, districtius inhibuimus, ne, ex tunc in antea, in dicta Basiliensi civitate aut alibi preterquam in civitate Ferrariensi huiusmodi concilium aut alius conciliaris actus teneretur, seu aliquod officium ab eo subordinatum exerceretur; nec etiam aliquis in dicta civitate Basiliensi, nisi dumtaxat ad Boemorum articulum, remaneret, nec alium locum quam Ferrarie sub nomine et pre-textu concilii accederet.

Et deinde, ipso concilio in dicta civitate Ferrariensi translato et approbante, omnes et singulos Basilee sub nomine concilii, quod verius conventiculum dici debuit, contra translationem et declarationem nostras huiusmodi venientes, et nonnulla scandala et nepharia tunc presumentes, etiamsi titulis aut dignitatibus prefulgerent antedictis, excommunicationis, officiorum, canonicatum et prebendarum ac beneficiorum suorum huiusmodi privationis penas ipso facto incurrere decrevimus et declaravimus, prout in nostris inde confectis litteris, quas post translationem eiusdem concilii de Ferrara ad Florentiam, in Florentino concilio, illo approbante, per alias nostras litteras innovavimus; ipsosque excommunicationis et privationis ecclesiarum, dignitatum, beneficiorum et officiorum, ac inhabilitationis ad futura, necnon in dictis nostris litteris translationis contentas penas et sententias incurrisse declaravimus, prout in eisdem nostris litteris plenius continetur.

Cum autem postmodum, sicut notaria et fide digna relatione percepimus, ecclesia Arelatensis, ex eo quod, sicut dolenter referimus, iniquitatis alumpnus et perditionis filius Ludovicus, olim tituli sancte Cecilie presbiter cardinalis, ac ecclesie Arelatensis huiusmodi per sedem apostolicam administrator deputatus, sue salutis immemor, ac in sensum reprobum datus, extrema laborans ingratitude ac propria separatus iniquitate, maliciaque confusus, necnon bonorum et honorum, que ab eadem ecclesia Romana indigne fortassis susceperat, factus immemor, malum pro bono retribuens, nedum prefatis nostris litteris non obedire, verum potius ipsius ecclesie Romane unitatem nephando scismati submittere, et tandem in profundum malorum descendens, electioni, immo potius prophanationi de

10 offitiorum *Ms.* || beneficiorum *Ms.* 24 beneficiorum *Ms.* 28 offitiorum *Ms.* 31 posmodum *Ms.*  
34 aministrator *Ms.*

26 *cf. Ep. pontif. II, n. 160, pag. 60-61.* 27. *cf. Ep. pontif. III, n. 239, pag. 12-13.* 33 *Ludovicus Aleman.*

persona iniquitatis filii Amedei olim ducis Sabaudie, qui se ausu sacrilego Felicem V nominari facit, consentire, seu illius auctor existere, ac illi adherere non expavit, sententias, censuras et penas antedictas dampnabiliter incurrando, in scandalum et perniciosum exemplum plurimorum, vacaverit et vacet ad presens, nullusque preter nos hac vice de  
 5 dicta Arelatensi ecclesia disponere potuerit sive potest, pro eo quod nos diu ante privationes et decreta ac declarationes huiusmodi, omnes cathedrales ecclesias per privationes, amotiones, declarationes per nos in antea faciendas vacaturas, ordinationi et dispensationi nostre reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

10 Nos igitur attendentes, quod que notaria sunt, probatione non indigent, ac eandem Arelatensem ecclesiam per sedis apostolice sollicitudinem prospere dirigi et salubriter administrari cupientes, ac quod tu, qui de nobili genere procreatus existis, quem litterarum scientia, vite mundicia, morum honestas, spiritualium providentia et temporalium  
 15 circumspectio aliaque virtutum dona multipliciter adornant, prefatam Arelatensem ecclesiam a quibusvis dispendiis protegere ac tam spiritualibus et temporalibus nostro favore suffultus, adaugere scies et poteris in domino sperantes,

te ad Arelatensem ecclesiam, nostro et dicte Romane ecclesie nomine, usque ad nostrum in eiusdem sedis beneplacitum, de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio, in eisdem spiritualibus et temporalibus regendam et admi-  
 20 nistrandam, auctoritate apostolica tenore presentium committimus, constituimus, deputamus, pariter et ordinamus;

ita quod interim liceat tibi omnia et singula castra, domos, terras, possessiones et loca, census et iura, aliaque bona ad mensam archiepiscopalem Arelatensem pertinentia regere et administrare, ac eorum fructus, redditus et proventus recipere, ac in tuos et  
 25 eiusdem, illius tamen debitis et consuetis supportatis oneribus, usus convertere, ac de receptis quittare, ceteraque omnia et singula facere, que ad veri administratoris officium de iure noscantur pertinere, alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium et preciosorum mobilium eiusdem mense tibi penitus interdicta.

Decernentes, prout est irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis aucto-  
 30 ritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus, vel contigerit imposterum attemptari. Non obstantibus, quod in vicesimo tue etatis anno, ut asseris, constitutus existis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus dicte Arelatensi ecclesie, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, contrariis quibuscunque.

35 Commissum igitur tibi iugum regiminis et administrationis dicte Arelatensis ecclesie devote suscipiens, sic te in illo diligentem exhibeas et etiam studiosum, quod ipsa Arelatensis ecclesia fructuoso administratori gaudeat se commissam, nosque proinde tuam possimus providentiam in domino commendare.

40 Datum Rome, apud S. Petrum, anno incarnationis dominice millesimo CCCXLIII, duodecimo kalendas decembris, pontificatus nostri anno XIII.



## 272.

*Eugenius IV Baptistam de Gentilibus civem Caffensem comitem palatinum creat.*

*1444 ian. 23 Romae.*

*Copia coeava archivi Vaticani, Reg. Vat. 382, 204<sup>r</sup>. In margine: Blondus. De curia.*

*Ed. Aug. THEINER, Vetera monumenta Slavorum meridionalium I (Romae 1863) 381-382.*

*Commemoratur apud HOFMANN, Orientalia Christiana Periodica 5 (1939) 175.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO NOBILI VIRO BAPTISTE DE GENTILIBUS CIVI CAFFENSI, SALUTEM ETC.

Devotio tua, quam ad nos et Romanam ecclesiam habere dinosceris, et operationes tue, quas in reductione Armenorum ad fidei catholice unionem proximis temporibus in civitate Caffensi, prout intelleximus, adhibuisti, promerentur, ut te ac per te natos nos specialibus gratiis et favoribus prosequamur. Volentes itaque te prosequi gratia speciali, ut eo ardentiori devotione ac fidelitate erga nos et ipsam ecclesiam animeris, quo te maioris honoris prerogativa elatum esse cognoveris, te et natos tuos masculos dumtaxat ex tuo corpore legitime natos ac nascituros comites palatinos auctoritate apostolica tenore presentium facimus et creamus, et sic deinceps perpetuo te et predictos natos ab omnibus censeri pariter et nominari volumus ac gaudere posse et debere omnibus et singulis emolumentis, commodis, honoribus et immunitatibus, privilegiis et exemptionibus, que Lateranensibus palatinis comitibus a sede apostolica concedi consueverunt.

Volumus autem, quod tu sive tuus procurator ad hoc specialiter constitutus tam tuo quam tuorum natorum nominibus in manibus dilecti filii camerarii nostri debite fidelitatis prestare debeas in forma debita iuramentum.

Nulli ergo etc. nostre creationis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc.

Datum Rome apud Sanctum Petrum anno etc. MCCCCXLIII, X kalendas februarii, pontificatus nostri anno XIII.

A. de Recanato. 20

## 273.

*Eugenius IV Andreae archiepiscopo Colossensi (Rhodi) mandat, ut Antonio Belucae titulum militis apostolici sub certis caeremoniis assignet.*

*1444 ian. 23 Romae.*

*Copia coeava archivi Vaticani, Reg. Vat. 376, 5<sup>r</sup>. In margine: Blondus. De curia.*

6 spetialibus Ms. 14 spetialiter Ms.

1 *Baptista de Gentilibus civis Caffensis de unione Armenorum merita habuit.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI ANDREE ARCHIEPISCOPO COLOSSENSI, SALUTEM ETC.

Dum virtutum dona, quibus personam dilecti filii nobilis viri Antonii Beluce Rho-  
diensis ab altissimo donatam esse fide digna relatione percepimus, nobilitatem quoque  
generis et fidem devotionemque, quibus sanctam Romanam ecclesiam catholicam (!) colit,  
5 attendimus, dum operationes suas in querenda conservandaque fidei catholice in partibus  
Orientis unione adhibitas consideramus, decens, quin immo debitum reputamus, ut in iis,  
que concernunt sui honoris augmentum, sedem apostolicam sibi reperiat gratiosam;

his itaque rationibus inducti, ut tua fraternitas eundem Antonium in tua presentia  
constitutum a duobus vel tribus militie insignibus decoratis quarumcumque partium viris  
10 militaribus ornamentis insigniri faciat et sibi auctoritate apostolica concedat, quod eadem  
insignia imposterum deferre et se pro milite auctoritate apostolica creato gerere possit,  
cum honoribus, emolumentis et oneribus consuetis et quibus ceteri milites uti et gaudere  
consueverunt concedimus et volumus per presentes.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. MCCCCXLIII, decimo kal. februarii,  
15 pontificatus nostri anno XIII°.

A. de Recaneto.

274.

*Eugenius IV Iulianum cardinalem (Cesarini) legatum in Graeciam mittit.*

*1444 febr. 12 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 382, 206°-208°. In margine: Cincius.*

*Ed. Aug. THEINER, Vetera monumenta Slavorum meridionalium, I (Roma 1863) 382-383.*

*Maior pars huius epistolae eiusdem fere tenoris est ac doc. n. 264, p. 78-80; hanc partem in  
editione omitto.*

EUGENIUS ETC. DILECTO FILIO IULIANO TITULI SANCTE SABINE PRESBITERO CARDINALI SAN[C]TI  
ANGELI NUNCUPATO IN NATIONE GRECIE ET PARTIBUS SIBI ADIACENTIBUS ET FINITIMIS AC IN  
OMNIBUS ILLIS ULTRAMARINIS PROVINCIIS ET PARTIBUS APOSTOLICE SEDIS LEGATO, SALU-  
20 TEM ETC.

Inter pia ac sancta desideria etc. inviolabiliter observari.

Per presentes autem litteras dilectum filium nostrum Franciscum tituli Sancti Cle-  
mentis presbyterum cardinalem, sancte Romane ecclesie vicecancellarium, quem per alias  
nostras litteras maritime classi contra Turcos traiciende prefecimus, et in natione et par-  
25 tibus predictis etiam de fratrum nostrorum consilio legatum cum omnimoda potestate  
deputavimus, non intendimus revocare nec sibi in aliquo derogari volumus per presentes,  
sed quam primum cardinalis legatus vicecancellarius predictus deo duce ad partes pre-  
dictas migraverit, volumus, ut ambo vos huiusmodi legationis officium ad dei honorem

2 persone vel negligenter scriptum persona. 6 hadibitas || debitam Ms. 24 trahiciende Ms.

2 Alias notitias historicas de Antonio Beluca ac eas in hoc documento datas non cognosco. 21 cf. doc.  
n. 264, p. 78-80.

et gloriam et fidei catholice incrementum et nostrum et sedis apostolice statum et honorem certatim administrare et exercere studeatis.

Et cum te in Hungarie, Polonie, Boemie, Dalmatie regnis et Croatia et partibus ipsis regnis subiectis ac dependentibus ab eisdem necnon ad provinciam Salzeburgensem per alias nostras litteras legatum de latere eorundem fratrum nostrorum consilio deputaverimus 5 atque constituerimus, circumspectionique tue, ut negotium tibi commissum facilius exequi valeres, certas alias litteras varias facultates continentes auctoritate apostolica concesserimus, volumus et ex predictorum cardinalium consilio decernimus per presentes, ut in legatione per huiusmodi litteras tibi concessa omnibus et singulis facultatibus in alio 10 legationis officio tibi concessis in omnibus et per omnia ea potestate, que tibi in dictis litteris [est] concessa, ex tunc libere et licite uti possis et valeas, ac si littere facultates predictas continentes de novo circumspectioni tue in presenti legatione concessae fuissent, intendentes et decernentes etiam per presentes, ut harum ambarum legationum officium simul aut successive, prout temporum condiciones postulaverint, ad laudem et gloriam 15 divini nominis et fidei catholice augmentum exerceas atque administres.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. MCCCCXLIII, pridie idus februarii, pontificatus nostri anno XIII°.

De curia  
G. de Puteo.

### 275.

*Eugenius IV patriarchas, archiepiscopos, abbates, magistros hortatur, ut veram doctrinam de processione Spiritus sancti praedicent.*

*1444 martii 4 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat., 376, 35<sup>r</sup>-36<sup>r</sup>. In margine: B. Roverella. De curia.*

*Edd. RAYNALDUS, ad annum 1444, n. 17; GIUSTINIANI 383-384, ambo secundum codicem praedictum; MANSI 31B, 1751E-1752-E iuxta GIUSTINIANI.*

EUGENIUS ETC. VENERABILIBUS PATRIARCHIS, ARCHIEPISCOPIS, ABBATIBUS, DOCTORIBUS, MAGISTRIS 20  
PER ORIENTEM CONSTITUTIS, SALUTEM ETC.

Etsi Christus salvator noster continuo immensa sue benignitatis et clementie dona erga populum christianum ostenderit, in hac tamen sacrosancta ycumenica et deo amabili synodo Florentina precipueque pietatis et caritatis dudum lumen refulsit. Inter Occidentalem enim et Orientalem ecclesiam innumero et ineffabili ipsius salvatoris nostri 25 munere unionem secutam fuisse conspeximus.

In qua synodo, nobis, auctore domino, presidentibus. cum sepius ex utraque parte, doctissimorum et gravissimorum tam venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium quam aliorum prelatorum ac magistrorum adesset multitudo copiosa

ad invicem disputantium, omnis tandem opinionum differentia omnisque dissensio, precipue et singulariter de processione spiritus sancti, que quadringentos circa annos coluctatore generis humani procurante permanserat, ipso spiritu sancto illuminatore sublata atque sopita extitit, prout in synodali decreto superinde confecto clarissime continetur.

5 Et quanquam fides, quam Romana ecclesia de processione spiritus sancti semper tenuit, ex eis, que in prefata synodo diffinita sunt, luce meridiana clarior splendeat, tamen, quia adhuc nonnullos esse in Oriente intelleximus, qui ex hoc, quod Romana ecclesia ex patre filioque procedere spiritum sanctum profitetur, eam tenere et credere opinantur, patrem et filium duo esse principia spiritus sancti;

10 quorum vanam et impiam opinionem tanto vehementius admirati sumus, quanto lucidius omnis Christi ecclesia cognoscit, a prefata Romana ecclesia illud alienum semper fuisse et tamquam erroneum ac impium extitisse semper damnatum;

hanc pravam et impiam opinionem extinguere cupientes, universos vos exhortamur atque requirimus, ut veram ecclesie Romane doctrinam illis aperire et predicare velitis.

15 Prefata nanque Romana ecclesia, omnium fidelium mater atque magistra, tam ex veritatis sententia et auctoritatibus sanctorum doctorum quam ex canonibus per ipsam editis, tam in ycumenico Florentino quam Lugdunensi aliisque pluribus conciliis promulgatis, fidei ac devota confessione semper predicavit et docuit, docet et predicat.

20 quod spiritus sanctus eternaliter ex patre et filio, non tamquam ex duobus principiis, sed tamquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed unica spiratione procedit.

Hec est, venerabiles fratres, pura, simplex et catholica fides, quam prefata sacrosancta Romana ecclesia, que semper beatissimis apostolis Petro et Paulo protectoribus immaculata permansit, continuo predicavit et docuit, contrarium huius veritatis et fidei  
25 tenentes et asserentes dampnavit,

et nos de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu, de novo apostolica auctoritate dampnamus, reprobamus, excommunicamus et anathematizamus, ac pro dampnatis, reprobatis, excommunicatis et anathematizatis habemus, tenemus, et ab omnibus teneri, haberi et reputari decernimus et declaramus, ac  
30 eos cum execrabilis memorie Arrio, Manicheo et Marcione ceterisque aliis divinam veritatem pervertere conantibus annumeramus.

Datum Rome apud Sanctum Petrum etc. anno etc. MCCCCXLIII quarto nonas martii, pontificatus nostri anno XIII.

Io[annes] de Angeroles.

## 276.

*Eugenius IV Christophoro episcopo Coronensi provisionem temporalem auget.*

*1444 martii 9 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 382, 211<sup>r</sup>-212<sup>r</sup>. In margine: Blondus.*

32 Augeroles Ms.

22 cf. *epistolam Agathonis I (678-681) = MANSI 11, 242 B-C.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI CRISTOFORO EPISCOPO CORONENSI, SALUTEM ETC.

Cum alias exigentibus meritis tue erga nos et Romanam ecclesiam devotionis atque fidelitatis et attentis laboribus ac periculis, que subieras eundo sepius Constantinopolim et redeundo ad nos pro tractatu reductionis Grecorum unionis, quorum conclusionem deo auctore obtinuimus cum ingenti gaudio totius populi christiani; 5

de quarta parte officii registratorum litterarum apostolicarum tunc vacante per mortem bone memorie Bartolomei episcopi Valvensis tibi duxerimus providendum;

videntes quod tua fraternitas libenter et assidue perseverans in huiusmodi operibus quotidie laborat in exactione decimarum pro classe armata adversus perfidos Christi hostes impositarum, et disposita est ipsam classem conscendere, ut hanc etiam laudabilem 10 operam nostro et Romane ecclesie honori statuique impendat, et propterea cupientes taliter tibi providere, quod tuum statum decenter valeas sustentare;

fraternitate tue de alterius medietatis predicti officii, quam certo tempore apud nos dignis causis retinuimus, medietate pariter auctoritate apostolica tenore presentium providemus, ut ex quatuor dicti registratorum officii partibus duas partes integre habeas 15 ipsisque et earum emolumentis et utilitatibus, quoad vixeris, tamquam tuo officio perfruaris.

Mandamus itaque omnibus et singulis, ad quos spectat, quatenus te ad predictam aliam partem officii, quam, ut supradiximus, nobis dudum reservavimus, recipiant et admittant, ut ipsa etiam sicut prius alia tibi quarta parte exhibita uti valeas et gaudere, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre provisionis 20 et mandati infringere etc.

Datum Rome apud S. Petrum etc. MCCCCXLIII<sup>o</sup>, nonis marcii, anno XIII<sup>o</sup>.

Gratis de mandato domini nostri pape

A. de Racaneto (!).

## 277.

*Eugenius IV Orientales contra Turcas aarvat.*

*1444 sept. 3 Romae.*

*Ed. RAYNALDUS, ad annum 1444, n. 3, iuxta copiam coevam archivi Vaticani, quae a me reperta non est.*

EUGENIUS ETC.

25

Inter cetera pia et sancta desideria, que deus omnipotens sua clemencia inspiravit in corde nostro, primum videmus Grecos et plurimos Orientales populos, tot seculis a

5 auctore *Ms.* 14 mediatis *Ms.*

1 *Christophorus Garatoni episcopus Coronensis 1437-1449, sed absens a sua dioecesi Peloponnesi in curia pontificia et in legationibus pontificiis sibi commissis strenue pro ecclesia laborabat.* 7 *Bartholomaeus episcopus Valvensis (Valva, in provincia Salerno) † dec. 1442. 27 cf. doc. n. 264, pag. 78.*

ritu Romane ecclesie dissidentes, divina suffragante misericordia sub eadem divine legis veritate nobiscum coniunctos esse,

aliud sanctum desiderium nos sollicitat et continuo animum nostrum inflammat, ut nationem Grecam et alios fideles Orientales populos sub acerbissima infidelium oppressione ac tyrannide existentes a tanta immanitate et crudelitate liberatos videremus, quod, ut deo propitio nostris temporibus assequi possimus,

ultra maximum fidelium exercitum, qui in partibus Hungarie pluries paratus plenisque victorias adversus Turcos et alios infideles adeptus extitit, cui venerabilis frater noster Iulianus episcopus Tusculanus cardinalis sancte Romane ecclesie preest,

parari insuper fecimus maximam classem, cui dilectus filius noster Franciscus cardinalis Venetiarum, sancte Romane ecclesie vicecancellarius, etiam apostolice sedis legatus, nostre et dicte sedis autoritate presidet, in terrestribus maritimisque exercitibus, ut Europe partes a crudelissimo Turcorum iugo, deo propitio liberentur.

Datum Rome apud S. Petrum anno MCDXLIV, III nonas septembris, pontificatus nostri anno XIV.

## 278.

*Bulla unionis Syrorum.*

1444 sept. 30 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 376, 195<sup>r</sup>-196<sup>v</sup>. In margine: Io[hannes] Aurispa. Edd. GIUSTINIANI 384-387, RAYNALDUS, ad annum 1444, n. 15-16, ambo secundum codicem praedictum; MANSI 31B, 1752E-1755C, iuxta GIUSTINIANI.*

*De unione Syrorum monophysitarum in concilio Florentino tractavit HEFLE-LECLERCQ 7, 1105-1106.*

EUGENIUS ETC. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Multa et admirabilia diebus nostris et longe maiora quam aut ipsi nos expetere aut cogitare possemus, ineffabilis divine miserationis clementia ecclesie sue sancte dona largitur, unde et fidem orthodoxam dilatari et novos in dies ad obedientiam sedis apostolice populos redire ac nobis et omnibus Christi fidelibus letitiae et exultationis causas cotidie renovari sentimus, ita ut merito cum propheta in iubilatione fidelibus populis sepenumero dicere provocemur: 'Venite et exultemus domino, iubilemus deo salutaris nostro', 'quoniam magnus dominus et laudabilis nimis in civitate dei nostri, in monte sancto eius'. Vere, cum in ecclesia catholica, que est dei civitas in monte sancto apostolice sedis et Petri auctoritate fundata, semper magna et inscrutabilia operatus sit deus, cuius omnipotentiae et sapientiae non est numerus, hoc tamen singulare atque precipuum illi prestitit ineffabilis providentia conditoris, ut orthodoxa fides, que humanum genus sola vivificat, sola sanctificat, in monte illo sancto, in una et immutabili semper maneat confessione veritatis, et dissensiones, que adversus ecclesiam de terrenarum opinionum

9 Iulianus cardinalis Cesarini, legatus apostolicus pro Graecia, ab 12 febr. 1442, mortuus in pugna apud Varna (Bulgaria) die 10 dec. 1444. 10 Franciscus cardinalis Condulmer, legatus apostolicus pro Graecia, ab 8 maii 1443. 22 Ps. 94, 1, 3. 23 Ps. 47, 2.

varietate nascuntur et a petre illius soliditate disiungunt, ad montem illum redeuntēs exterminantur et eradicentur; quo fit, ut ad eius gremium confluentes populi atque nationes in unam cum ipso conveniant fidei veritatem.

Hec autem dei munera tam magna, tam excelsa, tam insolita, non meritis nostris profecto nobis conspiciere ipsius bonitatis immensitas, sed sua sola benignitate et dignatione concessit, ut post unionem Grecorum in sacro ycomenico concilio Florentino, qui cum Romana ecclesia in quibusdam articulis discrepare videbantur, ac post reductionem Armenorum et Iacobitarum, qui variis opinionibus involuti, omni tandem dissensione relicta in unam rectam veritatis semitam convenerunt.

Ecce nunc iterum ipso cooperante domino alie nationes de longinquo convenerunt, inter Tygrim et Euphratem, Mesopotamiam habitantes, que de processione spiritus sancti et aliis quibusdam articulis non recte sentiebant.

Multa igitur nobis et omnibus Christi fidelibus est causa letandi, quia iam annuente domino Romane ecclesie splendidissima de fidei veritate assertio, que munda semper fuit ab omni macula falsitatis, etiam apud Orientem ultra Euphratis terminos novis corruptionibus micat, adeo, ut venerabilem fratrem nostrum Abdalam archiepiscopum Edesse, venerabilis fratris nostri Ignatii patriarche Syrorum atque totius nationis sue legatum ad hanc usque almam urbem ad presentiam nostram et sacrum hoc Lateranense ycomenicum concilium traxerit et vocarit humiliter et devote postulante, ut eam fidei regulam, quam sacrosancta Romana profitetur ecclesia, eisdem traderemus.

Nos autem, qui inter cunctas sancte sedis apostolice sollicitudines hanc primam et precipuam curam gerimus, prout semper gessimus, evangelii scilicet defendere veritatem et orthodoxam fidem, exterminatis heresibus longe lateque diffundere et propagare, quosdam ex venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus delegimus, qui accersitis ex hoc sacro concilio aliquibus in sacra pagina magistris, cum predicto archiepiscopo de difficultatibus, dubiis et erroribus illius nationis conferrent illumque ipsum examinarent ac ei catholice veritatis disciplinam aperirent et tandem de integritate fidei ecclesie Romane plene illum instruerent et docerent.

Quem cum per omnia de fide et moribus recte sentientem invenissent, tribus dumtaxat exceptis articulis, de processione scilicet spiritus sancti, de duabus in Christo Ihesu salvatore nostro naturis ac totidem in illo voluntatibus et operationibus, veritatem illi fidei orthodoxe patefecerunt, aperuerunt sacrarum literarum intellectus, attulerunt sanctorum doctorum testimonia, et que materie congruebant, rationes verissimas induxerunt.

Quorum intellecta doctrina archiepiscopus ipse dubitationibus suis omnibus plene satisfactum esse contestans, tam de spiritus sancti processione quam de duabus naturis et duabus voluntatibus et operationibus in Christo Ihesu domino nostro talia sentire professus est, ut veritatem fidei plene intelligere videretur profitereturque se nomine prefati patriarche totiusque nationis et suo omnem fidem omnemque doctrinam suscepturum, quam eidem hoc sacro approbante concilio traderemus.

Propter que omni in Christo exultatione perfusi gratias immensas deo nostro effudimus, quia votum nostrum in salutem nationis illius videmus adimpletum.

22 defendere *Ms.*

17 *Ignatius patriarcha Syrorum monophysitarum.*

Diligenti itaque cum fratribus nostris et sacro concilio tractatu prehabito fidem atque doctrinam, quam sacrosancta Romana tenet mater ecclesia, eodem sacro approbante concilio, eidem archiepiscopo prefatis nominibus recipienti tradere et assignare decrevimus.

5 Hec est igitur fides, quam semper sacrosancta Romana tenuit, predicavit et docuit mater ecclesia, quamque ad presens tenet, predicat, profitetur et docet; hanc dictum Abdalam archiepiscopum vice et nomine prefati patriarche Syrorum, totius nationis illius atque suo in iis tribus articulis suscipere et perpetuis in futurum temporibus custodire et observare decernimus.

10 In primis, quod spiritus sanctus ex patre et filio eternaliter est et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex patre simul et filio et ex utroque eternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit.

Tenet insuper, profitetur et docet unum eundemque dei et hominis filium dominum nostrum Ihesum Christum esse perfectum in deitate et perfectum in humanitate, deum verum et hominem verum  
15 ex anima rationali et corpore, consubstantiali patri secundum deitatem et consubstantiali nobis secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante secula quidem de patre genitum, in novissimis autem diebus eundem propter nos et propter salutem nostram ex Maria virgine dei genitrice secundum humanitatem natum, unum eundemque Christum verum dei filium unigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata diffe-  
20 rentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque nature, et in unam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum sive divisum, sed unum et eundem dei et hominis filium dominum nostrum Iesum Christum.

Credit insuper, profitetur et docet in uno domino Iesu (!) Christo duas naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse, secundum sanctorum patrum doctrinam,  
25 duas etiam naturales voluntates, unam divinam, alteram humanam, non contrarias, sed humanam eius voluntatem subiectam eius divine atque omnipotenti voluntati. Et quemadmodum eius caro animata sanctissima deificata est, non perempta, sed in proprio sui statu et ratione permansit, ita humana eius voluntas deificata est, non perempta, sed salvata magis atque perfecta.

Hanc fidem eundem Abdalam archiepiscopum nominibus, quibus supra, suscipere,  
30 corde tenere et ore profiteri debere decernimus.

Ordinamus insuper atque decernimus, ut eisdem nominibus recipere et amplecti debeat, quecumque per sacrosanctam Romanam ecclesiam diffinita et sancita diversis temporibus sunt, presertim decreta Grecorum, Armenorum atque Iacobitarum in sacro ycu-  
35 menico (!) concilio Florentino edita, que, cum in arabico traducta ipse Abdalam archiepiscopus accurate legisset ac laudasset, ad uberiores et pleniores omnium eruditionem sibi nominibus, quibus supra, recipienti consignari fecimus; quoscumque etiam doctores et sanctos patres sacrosancta approbat et suscipit Romana ecclesia, nominibus, quibus supra, approbare et suscipere debeat; et quascumque personas seu quicquid aliud ipsa damnat et reprobat, pro damnatis et reprobatis, nominibus, quibus supra, habere debeat.

40 Promittens tanquam verus filius obedientie, nominibus, quibus supra, ipsius apo-

10-12 cf. *bullæ unionis Græcorum* = *Epist. pontif. II, n. 176, pag. 68-79.* 13-22 *Concilium Chalcedonense, actio 5* = *MANSI 7, 115 B-C.* 23-28 *Concilium III Constantinop., actio 19* = *MANSI 11, 368 A-D.* 36 cf. *Decretum pro Armenis* = *Ep. pontif. II, n. 224, pag. 123-138.*



stolice sedis ordinationibus et iussionibus, medio iuramento, devote semper et fideliter obedire.

Nulli ergo etc. nostre constitutionis et ordinationis infringere etc. Si quis etc.

Datum Laterani in publica sessione synodali, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragésimo quarto, pridie kalendas octobris, pontificatus nostri anno 5 quartodecimo.

Coll[ationatum] per me P. Parvi Ioannis.

De curia  
A. de Strata.

279.

*Eugenius IV Iohanni patriarchae Maronitarum gaudium exprimit de decretis concilii Florentini ab hoc et eius populo acceptatis, eum hortatur, ut cum praelatis suis et fidelibus in unione catholica permaneat adiuvantibus praedicatoribus ordinis Mendicantium, promittit se esse satisfacturum desideriis patriarchae, sollicitat auxilium regis Aragoniae, dat ei facultatem impertiendi benedictionem apostolicam, mittit ei mitram et stolam.*

[1444 mart. 3 - 1445 mart. 3 Romae]

*Copiae saec. XVII, bibliothecae Vaticanae, Barber. Lat. 878, 226<sup>r</sup>-227<sup>r</sup> (prius pag. 455-456), Arch. Vaticani, Arm. 39, 7A, 320<sup>o</sup>-321<sup>o</sup>.*

*Edimus textum iuxta Ms. archivi Vaticani (= A), ex quo ipse Leo Allatius copiam collectioni suae inseruit; aliqua vocabula, quae in Ms. archivi Vaticani aliquantulum destructo desunt, ab Allatio desumimus.*

EUGENIUS ETC. VENERABILI FRATRI IOHANNI PATRIARCHE MARONITARUM, SALUTEM ETC.

Non possumus litteris explicare, quanto gaudio elati fuimus legentes fraternitatis tue 10  
litteras, quibus nobis significas te ac populum tibi commissum lumine spiritus sancti illustratos unionem cum Romana ecclesia edidisse ac decreta nostra, que dilectus filius noster Antonius Troianus ordinis Minorum professor orator noster, vir vita et religione ac fide comprobatus detulit, sancte Romane ecclesie dogmata et veritatem catholice fidei ac evangelica precepta continentia, debita reverentia complectentes; de eo maiorem in 15  
domino letitiam nobis attulit, quia tua fraternitas his etiam literis affirmat te et prefatum populum, quamdiu vixeritis, huiusmodi sancta decreta inviolabiliter observaturos esse. Nihil enim magis desiderare debemus, quam ut homines deum omnium creatorem recta et catholica fide recognoscant et per viam mandatorum suorum incedant, qua relicta 20  
animarum salus nullo modo sequi potest.

Itaque sinceritatem tue devotionis et fidei et precipuam diligentiam, qua usus es, ut hec salutaris unio efficiatur, in domino plurimum commendamus et laudibus extollimus, hortantes fraternitatem tuam ex corde, quod continuo invigiles, quod populus predictus unionem et decreta huiusmodi constanti devotione observent et fixis radicibus in animis ipsorum confirmant, ut salutem animarum suarum consequi valeant et in bonis etiam 25  
temporalibus dei benignitate augeantur; ad quod consequendum oportet, sicuti ordinavimus, ut viri religiosi ac fratres ordinis Mendicantium in sacris literis periti et honeste

vite veritatem catholice fidei et Romane ecclesie apud populum illum continuo predicent et ad observationem huiusmodi veritatis et cultum eos inflamment.

Nos vero deo gratias agimus, cuius clementie attribuende sunt sancte inspirationes in Grecos, Armenos, Iacobitas et alios Orientales populos et predictum tuum populum, 5 qui veritatem catholice fidei recognoscentes unionem cum Romana ecclesia ediderunt, cui soli, quamvis nos omnes cogitationes nostras omnesque conatus exhibuerimus, ut hec sancta unio nostris efficeretur temporibus, hec laus et gloria attribuenda est, et pie credendum huiusmodi unionem futuris temporibus duraturam, cum ipse deus, qui huius tam salutaris boni actor exstiterit, hoc ipsum conservare dignabitur.

10 Nos vero, ut in dictis populis maior veritatis et unionis huiusmodi fervor permaneat, tantum operabimur, quantum hec dei causa postulat et requirit. Volumus tamen et tibi iniungimus per presentes, ut archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiasticis personis ac populo tibi commisso nostram et apostolicam benedictionem exhibeas eosque hortaris, ut persistent constanter in unione prefata. Nam deum fautorem et propitium habebunt 15 et nos dispositi sumus, personam tuam ac archiepiscopos, episcopos, personasque ecclesiasticas et predictum populum apostolicis favoribus et gratiis prosequi sincera et paterna voluntate.

Itaque tua fraternitas in rebus opportunis et necessariis in partibus illis occurrentibus recursum habeat ad dilectum filium fratrem P. ordinis Minorum professorem guardianum 20 Baruti virum gravem ac honeste vite, qui nos advisabit, et iuxta rerum exigentiam, quantum cum deo poterimus, fraternitati tue et ceteris aliis satisfacere curabimus.

Denique providimus cum carissimo in Christo filio Alfonso Aragonie etc. rege illustri iuxta advisamenta nobis facta, ut christiani in illis partibus morantes secure inde recedere possint et ut veram religionis christiane professionem efficere valeant, et cetera alia pro 25 viribus operaturi sumus, que ad dei laudem et gloriam et incrementum fidei christiane pertinere existimabimus, ac hanc dei et fidei causam, ut tenemur, deo propitio reliquis rebus preponemus.

Mittimus fraternitati tue mitram et stolam, quas postulasti pro benedictione facienda, dispositi sincera voluntate omnia efficere, quantum honestas suaserit, que honorem per- 30 sone tue ac tuorum concernere poterunt.

Datum Rome, anno XIII.

## 280.

*Eugenius IV Fabium vicarium Bosnae et regionum finitimarum ordinis Minorum eiusque successores facultatibus ecclesiasticis providet et commendat.*

1445 febr. 16 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 377, 4<sup>o</sup>-6<sup>o</sup>. In margine: Blondus.*

*Edd. WADDING 11, 232-234; Aug. THEINER, Monumenta historica Hungariae II, 228; HURMUZAKI II, pars 1, 711-714, iuxta THEINER; HÜNTEMANN 421-422, iuxta Reg. Vat. 377.*

EUGENIUS EPISCOPUS ETC. CARISSIMIS IN CHRISTO FILIIS REGIBUS ET CARISSIMIS IN CHRISTO FILIABUS REGINIS AC VENERABILIBUS FRATRIBUS ARCHIEPISCOPIB NECNON DILECTIS FILIIS ABBATIBUS ET ALIIS ECCLESIASTICIS PRELATIS AC PERSONIS, ET VAYVODIS, PRINCIPIBUS, BARO-

NIBUS, NOBILIBUS, MILITIBUS, CIVITATUM COMMUNITATIBUS AC TERRARUM, CASTRORUM, OPPIDORUM, VILLARUM ALIORUMQUE LOCORUM UNIVERSITATIBUS EORUMQUE CIVIBUS, INCOLIS ET HABITATORIBUS UNIVERSIS MOLDAVIE, VALACHIE, BULGARIE ET RASCIE ALIORUMQUE REGNORUM ET PARTIUM UBILIBET CONSISTENTIUM, AD QUOS PRESENTES LITTERE SEU EORUM TRANSUMPTA PERVENIRENT, SALUTEM ETC.

5

Inter desiderabilia cordis nostri illud intensis desideriis affectantes, ut vinea domini Sabaoth, ad cuius curam et custodiam sumus licet immeriti constituti, debitum reddat suis temporibus fructum, libenter eius culture intendimus, et ad eam vigiles ac fideles operarios transmittimus, per quorum sollicitudinem diligentem et diligentiam sollicitam vinea ipsa ab omni mundana sorde purgata in conspectu regis eterni se gaudeat de victis hostibus triumphasse.

10

Ineffabilis siquidem divine maiestatis clementia efficere dignata est, ut nostris temporibus Greci, Armeni et Iacobite a ritu Romane ecclesie dissidentes iteratis disputationibus per gravissimos in theologia magistros et tam divini quam humani iuris doctores hinc inde editis, nobis in Ferrariensi et Florentino ycomenico presidentibus, nobiscum et cum ipsa ecclesia in eadem divine veritatis sententia unirentur, ac doctrinam sanctorum patrum necnon evangelicam veritatem, quam semper predicta ecclesia tenuit, docuit et predicavit ac tenet, docet et predicat, debita cum reverentia acceptarent;

15

quorum exemplo provocati nonnulli alii orientales populi, postquam ad almam urbem redivimus, spiritus sancti lumine illustrati, huiusmodi salutarem et veram prefate ecclesie doctrinam eiusque sancta dogmata precipuis devotione et reverentia complexi fuere. Est quippe ineffabilis hec dei omnipotentis misericordia, que nullo modo explicari potest; hac nimirum misericordia, qua mensura penitus carente, effectum est, ut Grecorum natio, que sub atrocissimo Turcorum iugo et immani eorum tyrannide languebat et iam prope extincta fuerat, per terrestrem, cui venerabilis frater noster Iulianus episcopus Tusculanus, et maritimum fidelium exercitum, cui dilectus filius noster Franciscus tituli sancti Clementis presbyter cardinalis, sancte Romane ecclesie vicecancellarius, apostolice sedis legati presunt, fere liberata esse dinoscitur, inducti pariter et confisi ac sperantes, quod illa uberiolem sue dextere clementiam porrigente quelibet errantes oves ad unum ovile reducantur;

20

attendentes quoque, quod dilecti filii Fabianus de Bachia vicarius et fratres vicarie Bozne nuncupati ordinis fratrum Minorum regularis observantie, qui in partibus presertim septentrionalibus honorem dei et propagationem christiani nominis diligenter ac fideliter prosequentes, pro orthodoxe fidei necnon divini cultus et religionis augmento plurimum laborem et studia fructuosa impendere poterunt ac libenti animo impendent,

25

ipsos Fabianum ac illius successores, qui pro tempore erunt, prefate vicarie vicarios in Ungarie, Bozne, Moldavie, Valachie, Bulgarie, Rascie necnon Slavonie ac omnibus et singulis regnis seu partibus, ad que seu quas vicario Bozne huiusmodi se extendere dinoscitur, inquisitorem et inquisitores heretice pravitatis perpetuo facimus et etiam deputamus;

30

3 Volachie Ms. 22 nullo • Ms. 37 Volachie Ms.

31 Fabianus de Bachia O. F. M., vicarius Bosnae, inquisitor et commissarius apostolicus; cf. WADDING XI<sup>3</sup>, 232, 297, 237-238.

et ut facilius populos illarum partium ad veram divini nominis cognitionem ac prefate ecclesie unitatem reducere et errantes ab erroribus revocare possent, quamplurimas et diversas eis gratias, concessionem, facultates et indulta, presertim divinum cultum et animarum salutem concernentes concessimus per diversas nostras litteras, prout in illis, quarum tenores de verbo ad verbum presentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur.

Cupientes igitur, ut Fabianus et alii vicarii ac fratres predicti pro tempore existentes, quibus etiam tenore presentium iniungimus, ut sanctissimam Grecorum, Armenorum, Iacobitarum et aliorum populorum cum Romana ecclesia unionem huiusmodi in regnis seu partibus predictis publice nuntient et predicent, ac quoscunque de fide non recte sentientes, seu alios diversis erroribus inquinatos ad huiusmodi unionis susceptionem verbo et exemplo, prout illis spiritus sanctus suggesserit, exhortentur in domino et requirant, ut abiectis penitus erroribus, prefate ecclesie doctrinam et sanctorum patrum dogmata precipua devotione et reverentia suscipiant, ac per mandatorum domini nostri Ihesu Christi semitam incedant, ut tandem eternam beatitudinem dei misericordia consequantur, inquisitionis officium et alia per nos eis iniuncta huiusmodi facilius exequantur;

vos universos et singulos predictos obsecramus in domino, et per aspersionem sanguinis domini nostri Ihesu Christi exhortamur, vobisque in remissionem vestrorum peccaminum iniungimus, ut Fabiano, vicariis et fratribus predictis pro tempore in premissorum executione, quotiens pro illorum parte fueritis requisiti, efficaciter assistentes, opportuna eis auxilia, consilia et favorem impendatis, nec permittatis ipsos vel eorum aliquos per quoscunque seculares vel ecclesiasticos, fideles aut infideles, cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, directe vel indirecte quovis quesito colore super executione huiusmodi impediri, molestari seu perturbari,

impeditores, molestatores seu perturbatores quoslibet vos, carissimi in Christo filii reges, et carissime in Christo filie regine, vayvode, principes, barones, milites, nobiles et alie seculares persone, per privationes bonorum temporalium et coercitiones personarum, necnon vos, venerabiles fratres nostri archiepiscopi, episcopi, et dilecti filii ecclesiastice persone predictae, quotiens opus fuerit, aggravando et reaggravando per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocando ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Nos enim pro efficaciori et faciliori premissorum executione Fabiano, vicariis et fratribus prefatis vos et quemlibet vestrum, si per eos requisiti, ipsis, ut premittitur, assistere recusaveritis vel neglexeritis, seu aliquis vestrum recusaverit vel neglexerit, ad id per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, etiam cum invocatione brachii secularis, appellatione remota, compescendi, necnon in premissis et circa ea quecunque necessaria seu quomodolibet opportuna faciendi et exequendi plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem.

Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape octavi predecessoris nostri, illis presertim, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem vel diocesim nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultram unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a sede predicta deputati contra quoscunque procedere seu alii vel aliis vices suas committere presumant, et de duabus dietis in concilio generali ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon indulgentia, qua dicto ordini a sede predicta asse-

ritur fore concessum, quod ipsius ordinis fratres non teneantur se intromittere de quibuscunque negotiis, que ipsis per dicte sedis litteras committuntur, nisi in eis de concessione huiusmodi plena et expressa mentio habeatur, ceterisque contrariis quibuscunque;

aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet privilegiis, indulgentiis ac litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existent, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differi, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. 10

Et insuper, ut vos aliique christifideles predicti ipsis Fabiano, vicariis et fratribus prefatis in executione premissorum eo promptius assistatis et assistant, eis auxilium, consilium vel favorem pro viribus subministrando, ut prefertur, quo ex hoc dono celestis gratie vos conspexeritis et se conspexerint esse refectos, vobis omnibus et singulis aliisque personis utriusque sexus vere contritis et confessis, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, trecentos dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus per presentes, ipsis presentibus perpetue valituris. 15

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragésimo quarto, quartodecimo kal. martii, pontificatus nostri anno quartodecimo. 20

Coll[ationatum] per me P. Parvi Iohannis.

De curia  
M. de Corneto.

## 281.

*Eugenius V Stephanum Thomam regem Bosnae legitimum declarat.*

*1445 maii 29 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 377<sup>r</sup>, 77<sup>r</sup>. In margine: Blondus.*

*Edd. A. THEINER, Vetera monumenta Slavorum Meridionalium, I (Roma 1863) 388 iuxta Reg. Vat. 377; RAYNALDUS, ad annum 1445, n. 23 magna ex parte; Petr. BALAN, Delle relazioni fra la Chiesa Cattolica e gli Slavi (Roma 1880) 237-238, iuxta copiam saec. XVII in archivo Vaticano, Arm. XXXII, vol. 19, 258<sup>o</sup>.*

*Commemoratur apud Eus. FERMENTŽIN, Acta Bosnae = Monumenta spectantia historiam Slavorum, 198.*

EUGENIUS EPISCOPUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO STEPHANO THOME BOSNE REGI ILLUSTRIS, SALUTEM ETC.

Divina superveniens largitas plerumque in nonnullis sic sue gratie dona diffundit, quod si qui defectum natalium patiuntur, per suarum grandia virtutum merita supplentes, quod in eis ortus odiosus ademit, merentur ad regium fastigium etiam promoveri; virtutis enim decus facile omnem solet nature abstergere maculam, et vita insignis abolet, si quod a parentibus minus honestum ad genitos transfusum esse videatur. 25

21 *Stephanus Thomas Ostojić, rex Bosnae (1444-1461).*

Attendentes igitur, quod postquam ob multarum magnarumque virtutum dona, quibus personam tuam illarum largitor dominus insignivit, in regium culmen ascendisti, purum te atque incontaminatum ab hereticorum, qui predicti regni partes iam diu obtinuerunt, vulpina et fraudulenta versutia et pestiferis fallaciis ut catholicus princeps conservasti, nec solummodo nos in verum summum Romanum pontificem, Ihesu Christi indubitatum vicarium ac beati Petri celestis clavigeri unicum successorem pure ac simpliciter recognovisti, verum etiam extento brachio regie maiestatis nos, ecclesiam et fidem orthodoxam a scismaticorum et hereticorum lupina rabie defensas, ipsosque de tui regni finibus extirpare studeas, ac insuper quod defectum natalium, quem, ut ipse asseris, pateris de Ostoya clare memorie rege Bosne genitore tuo uxurato et cum alia coniugata natus, quamplurium virtutum favoribus redimis,

tuis in hac parte supplicationibus inclinati, in prefato regno Bosne ac quibuscumque aliis regnis, dominiis, civitatibus, terris, castris, villis, locis ceterisque bonis omnibus dicti genitoris ac agnatorum et cognatorum necnon aliorum quorumcumque tam ex testamento quam intestato etiam cum preiudicio quorumcumque succedentibus ab intestato succedere, necnon ad quascumque etiam regias et maiores dignitates ac honores assumi et prefici, eaque gerere et exercere libere et licite valeas perinde ac si de legitimo thoro natus esses,

auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus, teque ad iura nature et quoslibet actus legitimos reintegramus, approbantes etiam assumptionem de te factam ad regium culmen, ac omnia et singula per te in eo gesta, tibi que concedentes, quod in omnibus gratiis pro te vel per te de cetero a sede apostolica quomodo libet impetrandis nullam de defectu et dispensatione huiusmodi mentionem facere tenearis.

Non obstantibus predicto defectu ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon legibus imperialibus et statutis municipalibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre dispensationis, reintegrationis, approbationis et concessionis infringere etc. Si quis autem etc.

Datum Rome, apud S. Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, quarto kal. iunii, pontificatus nostri anno quintodecimo.

Gratis de mandato domini nostri pape.

A. de Corneto.

A. Dardanōn. Coll[ationavit] F. Lauez[ius].

## 282.

*Eugenius IV Isidorum cardinalem laudat eumque hortatur, ut in zelo unionis promovendae crescat.*

1445 iun. 11 Romae.

*Diploma orig.: codici Vaticano graeco 133 affixum.*

*Edd. G. HOFMANN, Orientalia Christiana 6 (1926) 291; Theod. FROMMANN, Kritische Beiträge zur Geschichte der Florentiner Kircheneinigung (Halle a. S. 1872) 162, Anmerkung 3, iuxta copiam Leonis Allatii (Barberinus Lat. 878).*

8 deffensas Ms. 10 Bone Ms. 32 Alibi scribitur A. de Dardanonibus.

10 Stephanus Ostoja, rex Bosnae (1398-1404, 1408-1418).

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI. DILECTO FILIO ISIDORO, TITULI SANCTORUM PETRI ET MARCELLINI PRESBYTERO CARDINALI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Gratum nobis est, quod crebro ad nos scribas ac certiores facias de hiis presertim rebus, que istic geruntur, sive ad ecclesiasticum sive ad secularem statum pertineant, teque id sepius facere volumus; nam cum hanc curam ecclesiarum unionis ac infidelium 5 destructionis impense geramus, acceptum nobis ac gratum est scire in dies, quo in statu res se habent, ut favente domino, in quantum fieri potest, provideamus.

Te vero, fili, exhortamur in domino, ut in facto unionis tui similis sis, tecum ipse certes ac te in dies superes; nam si, antequam sacrosancte Romane ecclesie filius esses, tantum unionis studio invigilabas, quantum nos ipsi novimus, intelligis profecto, quantum 10 nunc debeas, [c]um eiusdem ecclesie non parvum iam membrum factus es.

Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, tertio idus iunii, pontificatus nostri anno quintodecimo.

B. de Urbino.

*A tergo:*

DILECTO FILIO ISIDORO, TITULI SANCTORUM PETRI ET MARCELLINI PRESBYTERO CARDINALI. 15

283.

*Bulla unionis Chaldaeorum Maronitarumque Cypri.*

1445 aug. 7 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 377, 174<sup>r</sup>-176<sup>r</sup>. In margine: Blondus.*

*Edd. GIUSTINIANI 387-389; RAYNALDUS, ad annum 1445, n. 21-22; Samuel GIAMIL, Genuinae relationes inter sedem apostolicam et Assyriorum Orientalium seu Chaldaeorum ecclesiam (Roma 1902) 9-12; HOFMANN III, 51-5; hi auctores ad fidem codicis supradicti; MANSI 31 B, 1755 D-1757 B, iuxta GIUSTINIANI; RIPOLL, Bullarium ordinis Fratrum Praedicatorum, III, 177-178, iuxta RAYNALDUS.*

*De unione Chaldaeorum Maronitarumque Cypri tractavit HEFELE-LECLERCQ VII, 1106; de unione Chaldaeorum Eug. TISSERANT, Nestorienne (L'Église), DTC XI, 225-227.*

EUGENIUS ETC. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Benedictus sit deus et pater domini nostri Ihesu Christi, 'pater misericordiarum et deus totius consolationis', qui vota et pia desideria nostra, quibus pro debito nostri pastoralis officii salutem christiani populi anhelamus et continuis, quantum ex alto nobis permittitur, operibus confovemus, multis magnisque favoribus in dies prosequitur et ultra 20 quam mereamur, felicibus comitatur effectibus.

1 Isidoro orig. 8 filii. 10 in vocabulo novimus una linea verticalis omissa est, ita ut facile legi possit nominis. 15 Isidoro orig. 21 affectibus Ms.

17 2 Cor. 1, 3.

Sane post celebratam in ycumenico concilio Florentino Orientalis ecclesie cum Occidentali unionem, post Armenorum Iacobitarumque et Mesopotamie populorum reductionem venerabilem fratrem nostrum Andream archiepiscopum Colocensem ad partes Orientis et Cipri (!) insulam destinavimus, ut et Grecos et Armenos et Iacobitas ibidem degentes  
 5 predicationibus suis et decretorum pro eorum unione et reductione editorum expositionibus et declarationibus in suscepta fide confirmaret, et quos ex aliis sectis a vera doctrina alienos, tam Nestorii quam Macharii sectatores inveniret, monitionibus et exhortacionibus nostris ad fidei veritatem reducere conaretur.

Quod pro sua sapientia aliisque virtutibus, quibus eum largitor gratiarum dominus  
 10 insignivit, diligentissime prosecutus, post diversas multiplicesque disputaciones, post varios tractatus, eliminata tandem ex eorum cordibus primum omni Nestorii impuritate, qui purum hominem Christum esse et beatissimam virginem non dei, sed Christi genitricem asseverabat, deinde Macharii Antiocheni impiissimi qui, quanquam Christum verum deum et hominem esse profitebatur, divinam tamen solum in eo voluntatem et operationem,  
 15 humanitati eius parum tribuens, esse asseverabat:

venerabiles fratres nostros, Timotheum metropolitam Caldeorum, quos ad hec usque tempora nestorianos, eo quod Nestorium sequebantur, in Cypro vocaverunt, et Heliam episcopum Maronitarum, qui cum sua natione Macharii dogmatibus in eodem regno infectus tenebatur, cum omni multitudine populorum et clericorum in insula Cypri ei sub  
 20 iecta ad veritatem fidei orthodoxe divino sibi assistente numine convertit, fidemque et doctrinam, quam semper sacrosancta coluit et observavit ecclesia, eisdem presulibus et omnibus ibidem eis subiectis tradidit; quamque prefati presules in publica et magna congregatione diversarum nationum in eodem regno existentium, in metropolitana ecclesia S. Sophie habita summa cum veneratione susceperunt.

Quo facto Caldei quidem prefatum Timotheum suum metropolitam, Helias vero Maronitarum episcopus nuntium, de fide Romane ecclesie, que 'domino providente et beato Petro apostolo opem ferente semper immaculata permansit', solemnem professionem emisuros ad nos usque miserunt et coram nobis in hac sacra ycumenici Lateranensis concilii generali congregatione fidem ipsam atque doctrinam Timotheus ipse metropolita primum  
 30 in lingua sua Caldea Grece interpretatam et de Greco in Latinum traductam, reverenter et devote, ut sequitur, professus est:

Ego Timotheus archiepiscopus Tarsensis Caldeorum, qui in Cypro sunt, metropolita, pro me meisque omnibus in Cypro existentibus populis profiteor, voveo atque promitto immortali deo patri et filio et spiritui sancto, demum tibi, sanctissime et beatissime pater,  
 35 Eugenio pape IV<sup>to</sup> et huic sacrosancte apostolice sedi et sancte huic et venerabili congregationi, quod de cetero semper manebo sub obediencia tua et successorum tuorum ac sacrosancte Romane ecclesie tanquam sub unica matre et capite omnium aliarum.

Item, quod de cetero semper tenebo et profitebor spiritum sanctum procedere ex patre et filio, sicut docet et tenet sancta Romana ecclesia.

7 Maccharii Ms. 13 Maccharii Anthiocheni Ms. 16 Thimoteum Ms. 17 Maccharii Ms. 25 Thimoteum Ms. 29 Thimoteus Ms. 32 Thimoteus Ms.

3 Andreas Chrysoberges O. P. 16 Timotheus metropolita, sicut alia occasione enucleatius ostendam, in fide catholica perseveravit. 17 Elias episcopus Maronitarum remansit catholicus. 26 Pseudo-MARCUS = HINSCHIUS 453. 37 cf. Pseudo-ATHANASIIUS = HINSCHIUS 452.



Item, quod de cetero semper tenebo et approbabo duas naturas, duas voluntates, unam ypostasim, et duas operationes in Christo.

Item, quod de cetero semper confitebor et approbabo omnia septem sacramenta ecclesie Romane, prout ipsa tenet, docet et predicat.

Item, quod de cetero nunquam in sacra eucaristia oleum apponam. 5

Item, quod de cetero semper tenebo, confitebor, predicabo et docebo, quidquid tenet, confitetur, docet et predicat sacrosancta Romana<sup>8</sup> ecclesia, et quidquid ipsa reprobat, anathematizat et damnat, reprobato, anathematizo et damno, et in futurum semper reprobabo, anathematizabo et damnabo, specialiter impietates et blasphemias nequissimi heresiarche Nestorii et omnem aliam heresim extollentem se adversus hanc sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. 10

Hec est fides, pater sancte, quam tenere et observare ac teneri et observari facere ab omnibus suppositis meis voveo atque promitto, et unumquemque illam respicientem et contra eam sese [er]igentem privare omnibus bonis et beneficiis<sup>9</sup> suis eundemque excommunicare et hereticum et damnatum denunciare et, si pertinax<sup>14</sup> fuerit, degradatum curie tradere seculari spondeo, polliceor atque promitto. 15

Deinde similem per omnia professionem dilectus in Christo filius Ysach nuntius<sup>18</sup> venerabilis fratris nostri Helie episcopi Maronitarum ipsius vice et nomine, reprobando Macharii de unica voluntate in Christo heresim, cum multa veneratione emisit.

Pro quarum quidem professionum religione et tantarum<sup>20</sup> animarum salute deo et domino nostro Ihesu Christo, qui temporibus nostris tanta fidei incrementa largitur, tot christianis populis beneficia donat, gratias immensas agentes, easdem professiones recipimus et approbamus, ac eosdem metropolitam et episcopum in Cypro et subiectos ad gremium sancte matris ecclesie suscepimus, ac ipsis manentibus in prefata fide, obedientia et devotione, hiis gratiis et privilegiis insignimus, imprimis. 25

quod nemo predictos Caldeorum<sup>28</sup> metropolitam et Maronitarum episcopum, eorundem clericos et populos neque ex populo et clero quempiam de cetero audeat hereticos appellare, aut Caldeos de cetero nestorianos nominare presumat. Quod si quispiam mandati huiusmodi contemptor extiterit, iubemus ab eius Ordinario excommunicari tamdiu, quamdiu distulerit condigne satisfacere, aut Ordinarii arbitrio aliqua alia temporalia<sup>30</sup> pena mulctari.

Item, quod prefati metropolita et episcopus eorumque successores in omnibus et quibuscumque honoribus, episcopis a com[m]unione sacrosancte Romane ecclesie separatis continuo preferantur.

Item, quod possint de cetero censuras in suos subditos exercere, et quos de cetero rite excommunicaverint, pro excommunicatis, et quos absolverint, pro absolutis ab omnibus habeantur. 35

Item, quod prefati presules et sacerdotes et clerici eorum libere possint in ecclesiis catholicorum divina celebrare, et catholici in ecclesiis eorundem.

Item, quod de cetero prefati presules et clerici et laici eorum utriusque sexus, qui 40 unionem et fidem hanc susceperint, possint in ecclesiis catholicorum sepulturas eligere,

<sup>8</sup> anatematizat || anatematizo *Ms.*

<sup>9</sup> anetematizabo || blasphemias *Ms.*

<sup>14</sup> religentem *Ms.*

<sup>18</sup> Mac-

charii *Ms.* <sup>38</sup> earundem *Ms.*

et cum catholicis matrimonia, more tamen Latinorum catholicorum, contrahere, ac omnibus beneficiis, immunitatibus et libertatibus gaudere et frui, quibus ceteri homines catholici tam laici quam clerici in dicto regno potiuntur et gaudent.

Nulli ergo etc. nostre receptionis, approbationis, susceptionis, insignitionis et iussionis  
5 infringere etc. Si quis etc.

Datum Rome apud S. Petrum, anno etc. millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, septimo idus augusti, pontificatus nostri anno quinto decimo.

Collationavit F. Lauez[ius].

10

De curia.  
L. de Costiaris.

## 284.

*Eugenius IV Iacobo de Primaditiis O. F. M. subsidium pro monasterio franciscano Constantinopolitano ex pecunia pro bello contra Turcos collecta concedit.*

1445 nov. 30 Romae.

*Diploma orig.: Milano, R. Archivio di Stato, Bolle e Brevi papali.*

EUGENIUS PP. IIII. DILECTE FILI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Alias cupientes locum tui ordinis in civitate Constantinopolitana nostris expensis per te incohatum in suis structuris continuari concessimus atque commisimus tibi, ut de pecuniis pro classe adversus Turchos armanda inventis et paratis acciperes ducatos qua-  
15 dringentos.

Audientes itaque dictum locum alia structurarum edificatione atque reparatione plurimum indigere, intelligentesque eundem maximum in fide catholica fructum afferre, et captivos a Sarracenis Turchisque fugientes, vulneratosque in classe nostra adversus eosdem Turchos missa maxima accipere commoda et auxilia,

20 devotioni tue accipiendi ex supradictis pecuniis pro classe ubicumque inventis alios quingentos ducatos per te in eiusdem loci Constantinopolitani necessitatibus expendendos licentiam tenore presentium elargimur.

Nam nos tam primos quadringentos quam hos quingentos in armanda classe predicta de nostris propriis supplebimus.

25 Data Rome, apud S. Petrum, sub anulo nostro secreto, ultimo die novembris MCCCCXLV, pontificatus nostri anno quintodecimo.

Blondus.

*A tergo:*

Dilecto filio fratri Iacobo de Primaditiis ordinis Minorum de observantia regulari.

13 commissimus *Ms.* 20 pecuniis *Ms.* 25 anulo *Ms.*

## 285.

*Eugenius IV Constantinum Cantacuzenum Palaeologum propter merita in causa unionis palatinum pontificium creat.*

*1446 iunii 22 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 360, 341<sup>a</sup>-342<sup>a</sup>.  
Commemoratur apud IORGA II, 418.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO NOBILI VIRO CONSTANTINO CANTACUCZINO PALEOLOGO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Integritas fidei ac ardens devotio, quam erga nos et Romanam ecclesiam geris et re ipsa in ecclesiarum unione ostendisti, nos inducunt, ut te specialibus gratiis et favoribus prosequamur. Volentes itaque personam tuam, tum propter merita tua tum genitoris tui virtutum intuitu, tanto diligentius unionis negotium suscipere ac ardentius defendere, quanto maioris honoris prerogativa te elatum esse cognoveris,

te comitem palatinum palatii nostri Lateranensis auctoritate apostolica tenore presentium facimus et creamus, et sic deinceps perpetuo te ab omnibus censi pariter ac nominari volumus gaudereque posse ac debere omnibus et singulis honoribus, immunitatibus, privilegiis et exemptionibus, quibus comites palatini Lateranenses hactenus uti et gaudere quomodolibet potuerunt et debuerunt, seu possunt et debent de consuetudine vel de iure.

Volumus autem, quod tu sive tuus procurator ad hoc specialiter constitutus, tuo nomine in manibus venerabilis fratris nostris Nicolai archiepiscopi Athenarum Latini debitum fidelitatis prestare debeas in forma solita iuramentum, teque unionis animatorem, zolatorem et defensorem futurum ac ecclesie catholice filium obedientem promittas.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre creationis et voluntatis infringere vel ei ausu terminario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>XL<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, decimo kalendas iulii, pontificatus nostri anno XVI.

## 286.

*Eugenius IV ambasiatoribus Friderici regis Romanorum et electorum imperii de quaestione convocationis concilii generalis respondet.*

*[ante 1447 febr. 5].*

*Copia coeva Bibliothecae Vindobonensis, cod. Latini 5089, 274<sup>a</sup>-274<sup>a</sup>.  
De quaestione novi concilii oecumenici cf. VALOIS II, 314-316; Reichstagsakten 16, 277-287.*

<sup>1</sup> *Constantinus Cantacuzenus Palaeologus, probabiter cognatus Manuelis Cantacuzeni, capitis seditionis albanicae; cf. Fr. CERON, Archivio storico per le provincie Napolitane 27 (1902) 497-498. 15 Nicolaus Prosimus (1446-1482?) archiepiscopus Latinus Athenarum.*

*Hoc et sequens documentum solum adduxi, ne in hac collectione quaestio novi concilii convocandi oblivione obruatur; studiosis volui manifestare concilium Florentinum sub variis aspectibus posse considerari. Nullo modo intentio mea fuit, ut omnia documenta ad quaestionem de convocatione novi concilii spectantia hic in lucem ederem.*

RESPONSIO PAPE AMBASIATORIBUS REGIS ROMANORUM ET ELECTORUM IMPERII.

De venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio respondemus, ut sequitur.

Desiderium carissimi in Christo filii nostri Friderici in regem Romanorum electi illustris et venerabilium fratrum nostrorum et dilectorum filiorum nobilium electorum imperii, in quantum pacem et unionem ecclesie, sicut eorum nomine dixistis, desiderare videntur, in domino commendamus, verum nobis universale concilium, in quo tota Christi representatur ecclesia, celebrantibus, quod sancte apostolice sedis et concurrente patriarcharum totius orbis consensu firmavit auctoritas ac mirabilium dei operum gloria sublimavit, illudque cunctis seculis celeberrimum, in quo etiam reliqua ad unitatem et pacem ac reformationem ecclesie necnon dubiorum declarationem, si qua forent, ample et salubriter perfici possent, non sufficimus admirari vos ex prefatorum electi et electorum parte supplicasse, ut votum vestrum ad alterius generalis et indubitati concilii convocationem confirmare velimus, quasi innuere volueritis hoc ipsum universale concilium et pro divinis illis operibus omni seculo venerabile, dubium reputari, quod nichil aliud esset quam salutis innumerabilium animarum contraire, oppugnare fidem catholicam ac dei ordinationi resistere. Optaremus valde, ut hii, qui tali errore tenentur, recte instruerentur, quo reiectis stultis et perfidis Basiliensium dogmatibus doctrinam ipsius sancte apostolice sedis, in qua christiana religio semper inviolata permansit, quamque dominus noster Ihesus Christus fidei matrem et magistram instituit, que etiam generalia concilia recte et rite celebrata suscepit, sicut et nos suscipimus et amplectimur, humiliter sequerentur simulque cognoscerent, quam apertos inimicos et hostes spiritus sancti se facerent, qui, ut unitatis et pacis auctor tantarum gentium populos, naciones et linguas multis retro seculis ab ipsa sancta sede apostolica dissidentes in unam fidei unitatem per nostrum et universalis concilii ministerium mirabiliter copulavit. Qua de re, si quid ad pacem et reformationem ecclesie ac dubiorum declarationem superesse videatur, in hoc ipso universali concilio recte atque comode absolvi potest, quin etiam et alio convenciori modo quam per convocationem novi concilii hiis rebus bene consuli posse dubium non esse.

Ut tamen electo et electoribus predictis, quantum cum deo valemus, morem geramus, nos cum prefato universali concilio ad almam urbem Romanam in Lateranense patriarchium omnium ecclesiarum primum transferre intendimus, indeque prelatos aliquos ex omni natione convocare, cum quibus, an etiam aliud concilium numerosius indicare expediat, et qui ad id admitti vel qui repelli debeant, ac de modo in eo procedendi deliberemus, quo omni deformitatum ac scandalorum occasione sublata, veluti que ex novo

12 ammirari *Ms.* 31 transferre] *subintelligas concilium vel vocabulum praecedens nos in sensu accusativi sumi debet.*

4 *Fridericus III rex romanorum (1440-1493).* 16 *cf. Rom. 13, 2.* 17 *AGATHO papa (678-681), Epistola Constantino imperatori byzantino missa = MANSI 11, 239 D-E.* 31 *ex his verbis elucet documentum ante translationem concilii Florentini Romam scriptum esse.*

procedendi modo hiis nostris temporibus perniciose invaluit, obvietur. Super quibus vobiscum conferre voluissemus, si ad ea venissetis instructi. Quod cum factum non sit, et vos requisiti sepius dixistis, intendimus oratores nostros ad prefatum electum et electores mittere, qui cum eis de predictis conferre habeant, quamquam nullo modo videre possimus, quid cum eis ultra dicere valeamus, nisi eorum neutralitate seu animorum 5 suspensione deposita, quam Christi fides ignorat, ad pristinam nobis et huic sancte apostolice sedi reverenciam et obedienciam primo revertantur, ut debent et ex salutis sue necessitate tenentur. Quo uno, si tantum considerent, absque alio labore unitas in dei ecclesia reintegrari potest et maxime cum non videamus, quomodo ad ipsum concilium admitti et in eo conscendere alias considerare debeant neutrales. Quod si velut fideles et 10 huius sancte sedis apostolice devoti effecerint, ut speramus et per viscera misericordie domini nostri Ihesu Christi requirimus, habita postmodum super predictis collatione cum eis, et prelati vocandi simul cum aliis hic existentibus aliud eciam numerosius concilium indicendum suaserint, id deo auctore facere intendimus ac nostrum tunc propositum reliquis regibus et principibus, qui constanter permanserunt nobiscum in temptacionibus 15 nostris et fideliter secuti sunt, intimare, quatenus ipsis consultis res ipsa celebrior, firmior et stabilior habeatur. Superest, ut dictos electores et electum hortemur in domino, ut salubria monita nostra suscipientes perdicionis filios Basilee existentes domum dei cum tanta eius offensa nostraque et huius sancte apostolice sedis necnon prelatorum, regum et principum ac aliorum fidelium iniuria amplius prophanare non sinant, sed ipsis abiectis 20 atque exterminatis nobiscum in domo domini ambulent cum consensu et dignos fructus dei reddant, quo animarum suarum salutem cum dei benedictione consequantur.

## 287.

*Eugenius IV Friderico regi Romanorum et electoribus imperii de quaestione novi concilii oecumenici scribit.*

*1447 febr. 5 Romae.*

*Diploma orig.: München, Geheimes Staatsarchiv, XI E 2 (III B 1 Abt.). Cum nota: M. de Pistoia; cum bulla plumbea papae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 365, 462<sup>r</sup>-462<sup>v</sup>.*

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, CARISSIMO IN CHRISTO FILIO NOSTRO FREDERICO ROMANORUM REGI ILLUSTRIS AC VENERABILI FRATRI TEODORICO ARCHIEPISCOPO MAGUNTINO ET DILECTO FILIO NOBILI VIRO FREDERICO MARCHIONI BRANDEBURGENSI SACRI IMPERII 35 ELECTORIBUS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Ad ea ex debito pastoralis officii libenter impendimus curas nostras, per que reformatio universalis ecclesie, pax et concordia inter christifideles oriantur, et scismata atque hereses de agro domini funditus extirpantur.

2 instructi] *subintelligas* facultatibus.    5 neutralitatem *Ms.*    22 benedictione *Ms.*

15 *cf. Luc. 22, 28.*    21 *cf. Ps. 54, 15.*

Cum itaque vos hactenus multiplicatis vicibus apud nos per vestros oratores insteteritis, ut novum quoddam generale concilium in Alamanie partibus in uno de quinque locis, videlicet Constantia, Argentina, Maguntia, Vormacia, Treveri, propter ecclesie necessitates convocaremus, nos vestre petitioni propter multiplices rationabiles causas et  
 5 quia regum vel principum aliorum diversa sententia fuit, rationabiliter annuere non potuimus.

Nunc vero, quia persuasum vobis est, hac via maxime provideri posse ecclesie casibus emergentibus et reges ac principes prefatos facile ad hoc consensum prebituros, si per nos fuerint oportuna cum instantia requisiti, nos etsi absque convocazione novi  
 10 concilii alia via rebus ecclesie melius consuli posse arbitremur, cupientes tamen vobis ac nationi vestre, quam singulari semper affectione apostolica sedes prosecuta est, quantum cum deo possumus, complacere, contentamur apud reges et principes christianos curam et diligentiam adhibere fideliter, ut ad votum vestrum trahi valeant et conduci, ita quod  
 15 in uno ex predictis quinque locis consentiant generale concilium convocari, quod infra decem menses a die date presentium computandos intendimus experiri, et si consensus huiusmodi haberi poterit, in fine dictorum mensium generale concilium ad decimum octavum immediate sequentis initiandum in uno ex prenomatis locis in nomine domini convocabimus.

In eventum vero, quod ad aliquem ex dictis locis nationis Germanie ceteri reges et  
 20 principes deflecti non possent, convocabimus nichilominus infra prefatos decem menses generale concilium in alio loco rebus gerendis accommo infra decem et octo menses, ut prefertur, consequentes initiandum, tam ut vobis rem gratam efficiamus, quam ut ecclesie necessitatibus succurratur.

Concilium autem generale Constantiense: decretum 'Frequens' ac alia eius decreta,  
 25 sicut cetera alia concilia catholicam militantem ecclesiam representantia, ipsorum potestatem, auctoritatem, honorem et eminentiam, sicut et ceteri antecessores nostri, a quorum vestigiis deviare nequaquam intendimus, suscipimus, amplectimur et veneramur.

Datum Rome, apud S. Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexto, non. februarii, pontificatus nostri anno sectodecimo.

30

Poggius.

*A tergo:*

Concilii: Bulla Eugenii quarti super futuro concilio.

17 sequentes *orig.*, *Reg. Vat.* || invitandum *orig.*    27 amplectimur *orig.*    31 *Post concilii notae manus posterioris de regesto huius epistolae.*

3 *urbes Konstanz, Strassburg, Mainz, Worms, Trier.*    24 *Decretum 'Frequens' in sessione XXXIX concilii Constantiensis die 9 oct. 1417 promulgatum, renovatum in sessione I concilii Basiliensis die 14 dec. 1431. Neque Martinus V neque Eugenius IV ea decreta horum duorum conciliorum, quae plenitudinem potestatis Romani restringebant vel asserebant concilia esse papa superiora, absolute approbavit. Cf. HEFLE-LECLEREQ 7, 211, 571-572; Paul HAAS, Das Salvatorium Papst Eugens IV. vom. 5. Februar 1447, in collectione Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Kanonistische Abteilung VI (1916) 293-330.*

## 288.

*Nicolaus V abbatem monasterii S. Mariae de Agro ordinis S. Basilii dioecesis Nicosiensis et successores in unione Florentina permanentes a iurisdictione episcopi graeci Soliae eximit et iuxta eius preces iurisdictioni archiepiscopi Nicosiensis subicit.*

*1447 iun. 6 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Later. 442, 286<sup>v</sup>-287<sup>v</sup>. In margine: An[tonius]. — Io[hannes] de Stecatis.*

NICOLAUS ETC. DILECTO FILIO IONATI (!) ABBATI MONASTERII S. MARIE ALIAS S. MARGARETE DE AGRO ORDINIS S. BASILII NICOSIENSIS DIOECESIS, SALUTEM ETC.

Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere.

Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua peticio continebat, licet episcopi Solie Graeci, qui hactenus fuerunt, iurisdictionem ordinariam in te et pro tempore existentes monasterii S. Marie alias S. Margarite de Agro ordinis S. Basilii Nicosiensis dioecesis abbates [et] in ipsius monasterii conventum habere pretenderint, prout modernus Solie episcopus Graecus habere et exercere satagit, tu tamen considerans sanctissimam unionem Occidentalis et Orientalis ecclesie dudum divina misericordia ac Florentini concilii et felicitis recordacionis Eugenii pape IIII predecessoris nostri auctoritate stabilitam et quamvis Graecus existas, ad hoc, ut tu et successores tui pro tempore existentes dicti monasterii abbates ipsi Occidentali ecclesie vere uniti et incorporati censeamini ac ex certis aliis rationabilibus causis monasterium predictum una cum monasterio S. Nicolai de Stillo alias S. Marie ordinis et dioecesis prefatorum sibi canonice unito necnon personis, bonis, iuribus et aliis pertinentiis suis a iurisdictione huiusmodi eximi ac archiepiscopo Nicosiensi pro tempore existenti, in cuius diocesi situm est, subiici affectas, si desuper apostolice sedis auctoritas suffragetur. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi ac tuo et dictorum tuorum successorum statui impremissis (!) oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati te ac huiusmodi successores tuos necnon monasteria, personas et bona cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis ab omni ordinaria iurisdictione, subiectione, potestate, superioritate, dominio dicti episcopi Solie pro tempore existentis suorumque vicariorum et officialium auctoritate apostolica tenore presencium prorsus eximimus et totaliter liberamus necnon iurisdictioni, dominio, potestati et superioritati prefati archiepiscopi perpetuo subiicimus;

7 iurisdictionem *Ms.* 14 censeantini *Ms.* 17 pntinenciis *omissa linea abbreviationis Ms.* || iurisdictione *Ms.* 24 iurisdictione, subiectione *Ms.* 26 iurisdictioni *Ms.*

1 nomen abbatis fuit forte Ionathas. 7 Solia (Soli, Solea), residentia episcopi graeci ab anno 1222 (cf. *Aur. PALMIERI, Chypre (Église de), DTC II, 2436*). *Metropolita Cyreniae (in Cypro) titulum hodie habet: Πανερώτατος μητροπολίτης Κυρηνείας και Πρόεδρος Σολέας.* 18 agitur de dependentia ab archiepiscopo latino Nicosiensi (Nikosia, Leukosia).

ita quod episcopus Solie, vicarii et officiales predicti nullam in te ac successores, monasteria, personas et bona prefata, sed dumtaxat dictus archiepiscopus iurisdictionem, potestatem et dominium huiusmodi exercere valeat; quodque tu et dicti successores de cetero, prothosingeli et archimandrite monasterii beate Marie de Agro nuncupemini ac  
 5 omnibus et singulis privilegiis, gratiis et indultis, quibus alii prothosingeli et archimandrite quorumvis dicti ordinis monasteriorum secundum morem et ritum Grecorum utuntur et gaudent, uti et gaudere; et insuper, ut quocienscumque dictum monasterium de Agro prothosingeli vel archimandrite regimine destitutum fuerit, dilecti filii eiusdem monasterii de Agro vel maior pars ex eis alias iuxta illius statuta et consuetudines aliquam personam  
 10 ydoneam in prothosingelum vel archimandritam eligere possint, at huiusmodi electionis confirmacio ad ipsum archiepiscopum spectet et postquam confirmacio huiusmodi vel provisio de persona ydonea per ipsum archiepiscopum, prout hactenus eius predecessores facere consueverunt, facta fuerat, sit electus vel provisus dicti monasterii de Agro prothosingelus et archimandrita existat, ipsumque monasterium in spiritualibus et tempora-  
 15 libus regere et gubernare necnon singulares ex eisdem conventu et alie ipsius monasterii de Agro persone salubribus ipsius electi vel provisi monitis et mandatis intendere pare-  
 reque debeant et teneantur auctoritate predicta concedimus per presentes.

decernentes omnes et singulos processus quarumvis excommunicationum, suspensionum et interdicti sentencias et alias ecclesiasticas censuras in se continentes necnon  
 20 totum id et quicquid contra exemptionem, liberationem et concessionem huiusmodi fieri vel attemptari contigerit, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti.

Non obstantibus felicis recordacionis Innocentii pape III, que incipit 'Volentes' et aliis apostolicis constitutionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre exempcionis, liberationis, subiectionis, concessionis et constitutionis infringere etc. Si quis  
 25 autem etc.

Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, octavo idus iunii, anno primo.

An[tonius] - LX - de Adria.

## 289.

*Nicolaus V Thomam regem Bosnae propter conversionem ipsius recentem eiusque populi ad ecclesiam Romanam laudat eique duos cappellanos ex ordine Fratrum Minorum concedit.*

*1447 iun. 18 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 406, 66<sup>r</sup>.*

*Ed. THEINER, Vetera Monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. II (Roma 1860) 235.*

*Commemoratur apud FERMEŃIĆ 205.*

*Eandem fere epistolam Nicolaus V etiam Catharinac reginae Bosnae dedit; cf. Reg. Vat. 406, 66<sup>r</sup>-66<sup>v</sup>.*

2 iurisdictionem Ms. 10 eleccinonis Ms. 13 *exspectaretur* fuerit. 24 subieccionis Ms.

21 *cf. constitutionem Innocentii IV (1243-1254) apud FRIEDBERG II, 1082-1083.* 27 numerus LX *taxas expeditionis indicat.*



NICOLAUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO THOME REGI BOSNE ILLUSTRIS, SALUTEM ETC.

Devocionis tue sinceritas, quam ad nos et Romanam [geris] ecclesiam, prout nuper  
eciam opere demonstrasti, dum te ad orthodoxe fidei unitatem sponte cum christifidelibus  
tui regni reduxisti, promeretur, ut petitionibus tuis, quas ex devocionis fervore prodire  
conspicimus, favorabiliter annuamus. 5

Tuis itaque supplicationibus inclinati devocioni tue, ut duos fratres ordinis Minorum  
de observancia regulari, ubicumque te illos in vicaria Bosne reperire contigerit, quos ad  
hoc duxeris eligendos, in tuos capellanos, quociens opus fuerit, recipere illosque apud te  
tamquam tales in servitiis tuis ad celebrandum missas et alia divina officia tenere necnon  
ad civitates, villas et loca quecumque eciam Romanam curiam, superiorum suorum dicti 10  
ordinis licencia non requisita, pro tuis et regni tui necessitatibus libere et licite ducere et  
transmittere possis dictisque fratribus, ut servitiis tuis insistere aliaque singula premissa  
facere possint et valeant, tenore presencium indulgemus.

Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Si quis autem etc.

Datum Rome, apud S. Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringente- 15  
simo quadagesimo septimo, quartodecimo kal. iulii, pontificatus nostri anno primo.

Gratis de mandato domini nostri pape.

Collationatum: F. Lauez[ius]. – A. de Magio.

## 290.

*Nicolaus V Petrum voivodam Bosnae inferioris propter eius constantiam in fide catholica  
laudat eique duos cappellanos ex ordine Fratrum Minorum concedit.*

*1447 iun. 18 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 406, 65°.*

*Commemoratur apud KLAJČ, Geschichte Bosniens (Leipzig 1885) 372.*

NICOLAUS ETC. DILECTO FILIO NOBILI VIRO PETRO VOIVODE PAKTIUM INFERIORUM BOSNE, SALU-  
TEM ETC. 20

Devotionis tue sinceritas, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, prout semper  
opere demonstrasti, dum inter hereticos constitutus tu solus catholicus inter principes  
regni Bosne sanctam fidem catholicam illibatam servasti, premeretur (!), ut petitionibus  
tuis, quas ex devotionis fervore prodire conspicimus, favorabiliter annuamus.

8 serviis *Ms.* 12 transmittere || incistere *Ms.*

1 *Stephanus Thomas Ostojić rex Bosnae (1444-1461) mediante Thoma episcopo Pharensi (Hvar, Lesina in Dalmatia) O. P. eoque legato apostolico, qui nomine Eugenii IV regem Stephanum Thomam ad religionem catholicam amplectendam hortatus est, iam ante septembrem 1444 in ecclesiam catholicam receptus est, « post multos diversosque tractatus diu habitos cum venerabili fratri nostro episcopo Farensi » (Eugenius IV, 30 iul. 1446; cf. THEINER, Monumenta Slavorum meridionalium, I, 395. Eius constantia in fide in dubium vocari non posse videtur; cf. KLAJČ 374-375. 19 Petrus Vojsalić; ei complures epistolae pontificiae missae sunt 1445-1447; cf. THEINER, Monumenta Slavorum meridionalium, I, 389; Monumenta Hungariae, II, 230, 231, 234-236.*

Tuis itaque in hac parte supplicationibus inclinati devotioni tue, ut duos fratres ordinis Minorum de observancia regulari ubicunque te illos in vicaria Bosne reperire contigerit, quos ad hoc duxeris eligendos in tuos capellanos, quotiens opus fuerit, recipere illosque apud te tanquam tales in servitiis tuis ad celebrandum missas et alia divina officia tenere necnon eos ad civitates, villas et loca quecunque, superiorum suorum dicti ordinis licentia non requisita, pro tuis necessitatibus libere et licite ducere ac transmittere possis dictisque fratribus, ut servitiis tuis insistere aliaque singula premissa facere possint et valeant, tenore presencium indulgemus.

Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. Si quis etc.

10 Datum Rome apud S. Petrum, anno etc. millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, quartodecimo kal. iulii, pontificatus nostri anno primo.

Gratis de mandato domini nostre pape.

Collationatum: F. Lauez[ius]. - A. de Magio.

### 291.

*Nicolaus V Andream (Chrysobergem) archiepiscopum Nicosiensem constituit legatum apostolicum de latere in regno Cypri, in insula Rhodi et toto Mari Aegaeo, exceptis Creta et civitatibus Methonensi (Modon), Coronensi (Coron), Negropontensi (Eubaea).*

1447 iul. 30 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 432, 88<sup>r</sup>-88<sup>v</sup>.*

15 NICOLAUS ETC. VENERABILI FRATRI ANDREE ARCHIEPISCOPO NICOSIENSI AD REGNUM CIPRI (!) ET INSULAM RHODI AC TOTUM EGEUM PELAGUS NECNON OMNES EORUM CIVITATES ET DIOCESES NOSTRE ET APOSTOLICE SEDIS LEGATO MISSO, SALUTEM ETC.

Dum onus universalis gregis dominici superna nobis dispositione iniunctum diligenter attendimus et paterna meditatione prospicimus, videntes, quod nequimus circa singula per nos ipsos absolvere debitum apostolice servitutis, nonnunquam viros electos sciencia et dignitate peditos ac virtute conspicuos, in quibus dei timor sanctus manet, in solitudinis partem assumimus, ut per ipsos vices nostras supplentes et ipsorum cooperatione salubri nos alleviantes nostri oneris gravitate ministerium nobis commissum favente divina gratia facile et efficaciter exequamur.

25 Sane licet ad cunctarum christifidelium animarum salutem intente mentis aciem extendere teneamur, illos tamen attentius intuemur, qui in extremis christianorum confinibus constituti sunt et maxime in hiis regionibus, quarum unionem nuper inter Latinos et Grecos in civitate Florentina celebratam, ut accepimus, non integre servare videntur, presertim cum pro huiusmodi unione facienda plures et plurimi labores consumpti fuisse noscantur.

30 Attendentes itaque, quod tu in magnis et arduis negotiis expertus es ac in ipsa unione Latinorum Grecorumque necnon Chaldeorum et Maronitarum in insula Cypri con-

4 serviciis Ms. 18 attendimus Ms. 25 actentius Ms. 28 fatienda Ms. 29 Actendentes Ms.

14 Haec epistola maximi momenti est pro historia ecclesiastica Orientis simulque pro biographia celebris illius dominicani, quae adhuc desideratur.

versione plurimum studii et cure impendisti, quod illa, que tibi commisimus, assistente divina gratia prudenter et fideliter exequaris, te in partibus Orientis, videlicet in regno Cipri (!) et insula Rhodi ac in toto Egeo Pelago, quod Greco vocabulo Cyclades nuncupatur, et insula Chii et Mitileni ac omnibus eorum civitatibus et diocesis nostrum et apostolice sedis legatum missum cum potestate legati de latere facimus, constituimus 5 et deputamus;

fraternitati tue predicta loca tam exempta quam non exempta necnon cathedrales et quasunque alias ecclesias ac monasteria privatas, oratoria, hospitalia et alia quecunque pia loca, cum cura vel sine cura, secularia vel regularia, ac religiosos cuiuscunque ordinis, etiam Mendicantes vel alias religiose viventes etiam quibuscunque titulis vel privilegiis aut exemptionibus munitos visitandi, corrigendi, reformandi, puniendi, destituendi ac instituendi et, prout tue videbitur consciencie, faciendi necnon crucem deferendi ac in omnibus locis predictis benedictionem dandi ac omnia et singula, que ad huiusmodi legationis officium pertinere noscuntur de consuetudine vel de iure et, que circa ea quomodolibet necessaria fuerint vel opportuna, et que alii legati, qui in dictis locis fuerint, 15 facere potuerunt seu etiam debuerunt, mandandi, agendi, statuendi, ordinandi et exequendi, contradictores etiam quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendi, quibuscunque privilegiis, indulgentiis, exemptionibus et litteris apostolicis generalibus vel specialibus sub quacunque forma vel expressione verborum concessis, per que nullum cuicumque, cuiuscunque status, 20 conditionis vel ordinis etiam S. Benedicti, Predicatorum, Minorum et aliorum Mendicantium ac S. Catherine Montis Sinay canonicorum regularium, hospitalium S. Iohannis Ierosolymitani aut S. Antonii Viennensis seu quorumvis aliorum ordinum existat, in hac parte volumus afferri suffragium, nequaquam obstantibus;

quodque etiam, si legitime prepeditus ad omnia loca predicta in propria persona te 25 transferre nequires, alii vel aliis viris ydoneis, quem seu quos duxeris assumendos, pro executione in huiusmodi hiis presentibus litteris contentorum in ea parte committere vales vices tuas, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presencium concedimus facultatem.

Volumus tamen dictam fraternitatem tuam de insula Crete et Mothonensi et Coro- 30 nensi necnon Negropontensi civitatibus se nullatenus impedire.

Quocirca circumspectioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus iniunctum tibi ministerium laboris huiusmodi pro dei, nostra et dicte sedis reverentia devote suscipiens sic utiliter, solícite et laudabiliter iuxta datam tibi a domino prudentiam exequaris, quod de tuis laboribus, celesti favente clemencia, desiderati fructus proveniant, quos spe- 35 ramus, tuque illam, que pias causas gerentibus celesti retributione rependitur, feliciter consequi palmam glorie merearis.

Nos enim sentencias sive penas, [quas] rite tuleris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Rome apud S. Petrum, anno etc. millesimo quadringentesimo quadragesimo 40 septimo, tertio kal. augusti, pontificatus nostri anno primo.

De curia. Coll[ationavit] P. Parviiohannis.

L. de Costiaris.

4 nuncupantur *Ms.* 19 spetialibus *Ms.* 21 condictionis *Ms.* 27 commictere *Ms.* 38 quas *om. Ms.*

## 292.

*Nicolaus V Andreae (Chrysobergi O. P.) archiepiscopo Nicosiensi et legato apostolico in partibus Orientis facultatem inquisitoris dat.*

1447 aug. 3 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 380, 80<sup>v</sup>-81<sup>r</sup>.*

*Ed. RAYNALDUS, ad annum 1447, n. 27; sed incomplete.*

*Commemoratur apud L. DE MAS LATRIE, Histoire des archevêques latins de Chypre, Archives de L'Orient Latin 2 (1884) 288; Aur. PALMIERI, Chypre, DTC II, 2, 244!.*

NICOLAUS ETC. VENERABILI FRATRI ANDREE ARCHIEPISCOPO NICOSIENSI APOSTOLICE SEDIS LEGATO MISSEO, SALUTEM ETC.

Cum te ad regnum Cypri, in insulam Rhodi, ac nonnulla alia insulas et loca pro nonnullis arduis dei honorem, catholice fidei augmentum, statum eciam nostrum et Ro-  
 5 mane ecclesie ac tranquillitatem et bonum statum partium illarum concernentibus ex-  
 quendis negociis apostolice sedis legatum missum cum potestate legati de latere tanquam  
 pacis angelum presencialiter destinemus,

et, sicut accepimus, in partibus illis sint plerique Christi sanguine mercati tenebra-  
 rum principis astuciis seducti, ausu temerario dicentes et pertinaciter tenentes, Grecos  
 10 in concilio Florentino non confessos fuisse articulos, super quibus erat vetus discordia  
 inter dictos Grecos et Latinos,

ymmo e contrario affirmantes, ut Latini scilicet annuerent Grecorum erroribus, non-  
 nulli eciam alii sint pertinaciter tenentes Latinos nuper a Grecis didicisse, quod in Christo  
 sint due voluntates et due operationes, insuper quidam alii pertinaciter contendentes, di-  
 15 centes capitula contenta et concordata inter Latinos et Armenos esse contraria catholice  
 fidei et nullo modo recipienda in animarum suarum periculum, christiane fidei confusio-  
 nem, ac perniciosum exemplum plurimorum,

nos attendentes, quod nostra precipue interest super hoc de opportuno remedio pro-  
 videre, fraternitate tue, de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam habemus, tua  
 20 legatione durante, de et super premissis omnibus et singulis et eorum circumstanciis uni-  
 versis auctoritate apostolica inquirendi, ac contra omnes et singulos supradictos talia pre-  
 sumentes, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis et preeminencie  
 fuerint, tanquam contra hereticos summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura  
 iudicii, sola facti veritate inspecta, procedendi, necnon illos capi faciendi, examinandi, et,  
 25 si eorum excessuum qualitates exegerint, carceribus mancipandi, detinendi, penis debitis  
 iuxta canonicas sanctiones puniendi et corrigendi, contradicentes quoslibet et rebelles  
 per censuram ecclesiasticam et alia oportuna iuris remedia, invocato ad hoc, si opus  
 fuerit, auxilio brachii secularis, compescendi, necnon omnia alia et singula, que in pre-

*1 Andreas Chrysoberges O. P., quondam archiepiscopus insulae Rhodi, fuit nominatus archiepiscopus Nico-  
 siensis (in Cypro) 1447.*

missis et circa ea quomodolibet necessaria vel opportuna fuerint, faciendi et exequendi, plenam et liberam auctoritate prefata tenore presentium concedimus facultatem.

Non obstantibus quibuslibet privilegiis, exemptionibus, gratis et litteris apostolicis specialibus vel generalibus quibusvis personis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis et preeminencie fuerint sive locis per sedem apostolicam vel alias quomodolibet concessis quoruncumque tenore existant, per que effectus presencium quomodolibet impediri posset, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis et expressa ac de verbo ad verbum presentibus mencio foret habenda, et que nullatenus alicui quoad hoc amminiculari volumus, necnon felicitis recordationis Bonifacii papae VIII predecessoris nostri illis presertim, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem vel diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a sede predicta deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere sive alii vel aliis vices suas committere presumant, et de duabus dietis in concilio generali, ac aliis apostolicis constitutionibus ceterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus comuniter vel divisim a dicta sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et propriis ordinum, locorum ac personarum nominibus et cognominibus mencionem.

Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis etc., tercio nonas augusti, pontificatus nostri anno primo.

### 293.

*Nicolaus V Theodorum II Palaeologum principem ad unionem amplectendam hortatur.*

*Inter 6 martii 1447 et iul. 1448.*

*Diploma orig.: hodie deperditum, sed adhuc saeculo XVII in codice Graeco 807 bibliothecae Vaticanae conservatum.*

*Hanc epistolam fuisse invitationem ad unionem cum promissione auxilii contra Turcas Leo Allatius, qui adhuc diploma originale vidit, testatur.*

*Chronologia per diem initii pontificatus Nicolai V, scilicet 6 martii 1447, et tempus mortis Theodori Palaeologi, scilicet mensem iulii 1448, determinatur.*

*De rebus supradictis tractavit G. MERCATI in libro Scritti d'Isidoro il cardinale Ruteno = Studi e testi 46 (1926) 127.*

*Theodorus II Palaeologus, despotus Mistrae (1407-1443), abhinc Selymbriae, ubi iulio 1448 peste correptus obiit; eius uxor fuit Cleopa (1421-1433), cui Martinus V epistolam gravem miserat (cf. Ep. pontif. I, n. 21, pag. 16-17). De actis Theodori II cf. D. A. ZAKYTHINOS, Le despotat grec de Morée (Paris 1932) 165-225; de geneologia Averkios Th. PAPADOPULOS, Versuch einer Genealogie der Palaiologen 1259-1453 (Dissertation München 1938; Pilger-Druckerei, Speyer a. Rh.) n. 91, pag. 60.*

20 etc. supplendum 1447, ex praecedenti documento Reg. Vat. 380.

9 cf. BONIFACII VIII papae (1294-1303) constitutionem de conservatoribus, 8 apr. 1295 = Sexti decretalium, lib. I, tit. XIV, cap. 15 = FRIEDBERG II, 983.

## 294.

*Nicolaus V Thomae vicario generali (societatis propter Christum peregrinantium) ordinis Fratrum Praedicatorum facultatem pro studiis promovendis dat.*

1448 febr. 1 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 367, 191r.*

THOME MAGISTRO IN SACRA PAGINA IN PARTIBUS ORIENTALIBUS ET SEPTEMTRIONALIBUS VICARIO GENERALIS MAGISTRI PREDICATORUM. DILECTE FILI, SALUTEM.

Cum non sit dubium ad doctrinam et predicationem verbi dei scientiam literarum presertim sacre pagine quamplurimum non solum proficuum sed necessariam esse, ideo  
5 ad ea libenter intendimus, per que huiusmodi studia coalescere ac salutare fructus parere possint.

Cum autem te ad urbem Constantinopolitanam ac partes Grece pro nonnullis honorem dei, augmentum fidei ac ordinis tui predicatorum destinemus, tibi, qui in partibus Orientalibus et Septentrionalibus vicarius generalis magistri dicti ordinis existis, in  
10 ventu Pere seu Constantinopolitano vel alibi, si melius tibi visum fuerit, in tuo vicariatu tres personas dicti ordinis ad illud idoneos usque ad gradum bacallariatus inclusive pro forma magisterii promovendi, officialesque studii necnon studentes secundum formam studii Bononiensis creandi plenam et liberam apostolica auctoritate tenore presencium damus et concedimus facultatem.

15 Datum Rome apud S. Petrum prima februar. anno primo.

## 295.

*Nicolaus V Emmanuelem presbyterum graecum eiusque familiam Perae (Constantinopoli) habitantem ab iurisdictione Ordinarii eximit et sub protectionem sedis apostolicae suscipit.*

1448 martii 7 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 408, 311r-311v. In margine: Blondus.*

NICOLAUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Sedis apostolice gratiosa benignitas devotos et humiles filios de Greca ad Latinam linguam perductos sub clericali habitu domino famulantes ex assuete caritatis studio confovet, et ne indebitis molestiis aut exactionibus exagitentur, consuevit illos, dum causa exegerit, specialis sue protectionis auxilio et munimine confovere.

2 predictorum Ms. 18 linguas Ms.

1 Congregatio dominicana dicta societatis propter Christum peregrinantium habuit residentias Caffae (Crimae peninsulae), Perae (iuxta Constantinopolim), in insula Chii; haec congregatio, cuius caput titulum vicarii generalis habuit, nullo modo independens ab ordine Fratrum Praedicatorum fuit; cf. R. LOENERTZ O. P., *La Société des Frères Pègrinants*, I (Roma 1937). Thomas magister O. P. fuit talis vicarius generalis.

Hinc est, quod nos dilecti filii Emanuelis Diogenis presbyteri Greci, qui, ut a fide dignorum relatione intelleximus, ante decimum octavum exactum annum se Latinum fecit et hodie in bono proposito suo perseverans cum uxore legitima more Greco et filiis civitatem Perensem provintie Constantinopolitane Latine inhabitat, quo propter sue devotionis sinceritatem in nostris et Romane ecclesie negociis utimur, supplicationibus inclinati ac ex certis rationabilibus causis ad id animum nostrum moventibus ipsum Emanuelem, uxorem et filios cum familia etiam utriusque sexus presentibus et futuris eorumque possessiones et quecumque bona tam mobilia quam immobilia ubicumque consistentia tam iure hereditario quam alias ad ipsos legitime spectantia ab omni iurisdictione, exactione, dominio, superioritate et potestate venerabilis fratris nostri patriarche Constantinopolitani Latini, etiam in partibus Latinis Ordinariorum ac omnium suorum superiorum, iudicum seu delegatorum aut subdelegatorum iurisdictionem aliquam in ipsos Emanuelem, uxorem, filios et bona predicta habentibus eximimus, ipsosque Emanuelem, uxorem, filios et bona predicta ex certa nostra scientia tenore presentium sub nostra et beati Petri apostoli sedisque apostolice protectione suscipimus, ac ipsos et ipsa eidem sedi immediate volumus subiacere ita quod patriarcha predictus, Ordinarii, iudices delegati vel subdelegati aut alia quevis persona ecclesiastica vel mundana, quacumque prefulgeat dignitate, in predictos Emanuelem, uxorem, filios, familiam et bona predicta utpote prorsus exemptos et exempta non possit excommunicationis, suspensionis et interdicti seu alias quasvis sententias promulgare ac alias ratione alicuius delicti vel contractus seu rei, de qua ageretur in iudicio vel extra ubicumque committatur delictum vel ineatur contractus aut res ipsa consistat, potestatem aliquam seu iurisdictionem exercere;

decernimus insuper omnes et singulos processus ac excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, quos et quas contra Emanuelem, uxorem, filios, familiam et bona predicta gubernantes et incolentes haberi contigerit seu promulgari, irritos penitus et inanes nulliusque existere roboris vel momenti, mandantes sub virtute sancte obedientie ac excommunicationis pena, quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto, universis et singulis cuiuscumque status, dignitatis, gradus, ordinis vel conditionis existant, etiam[si] patriarchali, pontificali vel alia quavis ecclesiastica seu mundana prefulgeant dignitate, ne quis in Emanuelem, uxorem, filios et familiam predictos seu aliquem eorum manus violentas iniicere seu capere vel arrestare aut iniuriam aliquam eisdem inferre aut bona eorum usurpare, confiscare, sequestrare aut detinere seu usurpari, confiscari, sequestrari aut detineri facere seu mandare aut procurare per se vel alium seu alios publice vel occulte, directe vel indirecte aut quovis quesito colore seu causa, quominus illis libere gaudere valeant impedire, molestare aut perturbare presumat;

decernentes irritum et inane, quicquid a quoquam contra huiusmodi nostre protectionis et exemptionis tenorem quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

20 alios *Ms.* 21 iudicio || delictum || iniatur *Ms.*

4 *Iohannes de Contareno fuit patriarcha latinus Constantinopolitanus, 8 oct. 1409-17 iul. 1422, at non solus (schisma occid.); cf. EUBEL, Römische Quartalschrift 10 (1896) 118; et denuo patriarcha solus a die 14 iul. 1424-1452. Post eius mortem Gregorius Mammas, iam ab anno 1443 patriarcha catholicus ritus byzantini pro graecis, a papa Nicolao V etiam pro latinis regendis iurisdictionem accepisse videtur, ita ut unicus patriarcha pro graecis et latinis esset; cf. epistolam Pii II, die 20 apr. 1459 Isidoro Kioviensi cardinali missam apud RAYNALDUS, ad annum 1459, n. 84. Gregorio Mammas successit in eadem dignitate (pro graecis et latinis) Isidorus.*

Preterea dicto Emanueli, uxori et filiis presentibus et futuris, ut de quibuscumque bonis per eos undecumque etiam per ecclesiam acquisitis tam mobilibus quam immobilibus ad quancunque pecuniarum summam ascendant, disponere et erogare ac alios in pios et licitos usus convertere possint; prius tamen de bonis predictis omnibus ere  
 5 alieno et hiis, que pro reparandis domibus seu edificiis consistentibus in locis ecclesiarum ipsius Emanuelis culpa vel negligentia sua seu procuratorum suorum destructis seu deterioratis, necnon restaurandis aliis iuribus ecclesiarum deperditis ex culpa vel negligentia supradictis, fuerint oportuna, deductis, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem.

10 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre exemptionis, susceptionis, voluntatis, constitutionis, mandati et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

15 Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis dominice MCCCXLVII, non. marcii, pontificatus nostri anno primo.

A. de Crescentiis.

## 296.

*Nicolaus V saluumconductum pro Gregorio abbate (hegumeno) S. Demetrii eoque nuntio imperatoris byzantini dat.*

1448 martii 13 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 408, 311<sup>v</sup>-312<sup>r</sup>. In margine: [Blon]dus.*

*Camera apostolica die 24 apr. 1448 restituit 200 florenos pro eisdem « solutis fratri Gregorio ordinis sancti Basilii, oratori domini imperatoris Romeorum » IORGA II, 27.*

*Gregorius, amicus Isidori Kioviensis cardinalis, fuit sicut quondam Isidorus hegumenus monasterii S. Demetrii (Constantinopoli), et iam a Calixto III papa die 21 iulii 1458 designatus est archiepiscopus Kioviensis (et Lithuaniae et Russiae inferioris) et ab eius successore Pio II confirmatus (Reg. Vat. 437, 274<sup>v</sup>; 450, 192<sup>v</sup>); cf. PIERLING, *La Russie et le Saint-Siège*, I (Paris 1896) 85-86; Ant. PROCHASZKA, *Ateneum Wilenskie* 1 (1923) 58-74.*

NICOLAUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILIBUS FRATRIBUS ARCHIEPISCOPISQUE EPISCOPIS AC DILECTIS FILIIS ELECTIS, ABBATIBUS, PRIORIBUS, PREPOSITIS, DECANIS ARCHIDIACONIS,  
 20 PLEBANIS, ARCHIPRESBYTERIS ET ALIIS ECCLESiarUM PRELATIS EORUMQUE VICES GERENTIBUS AC CAPITULIS ET CONVENTIBUS ET ALIIS PERSONIS ECCLESIASTICIS CISTERCIENSIS, PREMONSTRATENSIS, SANCTORUM BENEDICTI ET AUGUSTINI ALIORUM QUORUMCUMQUE ORDINUM NECNON MAGISTRIS ET PRECEPTORIBUS AC FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI IOHANNIS IEROSOLYMITANI,  
 25 ET BARONIBUS AC ALIIS NOBILIBUS POTENTIBUS, INSUPER CAPITANIS, RECTORIBUS, CONSULIBUS,

23 Theotonccorum] *lege* Theutonicorum.

23 *Saltravensibus* = *membris ordinis equestris Calatrave (in Hispania).*



ANSIANIS, CONSILIIIS, POPULIS, COMMUNITATIBUS ET UNIVERSITATIBUS CIVITATUM, CASTRORUM, LOCORUM AC UNIVERSIS ET SINGULIS, AD QUOS PRESENTES LITTERE PERVENERINT, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum dilectus filius Gregorius abbas S. Dimitrii, carissimi in Christo filii nostri imperatoris Romeorum, nuntius et orator pro causis fidem christianam concernentibus ad di- 5 versas partes tam Italiae quam externas sit presentialiter accessurus, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica nichilominus vobis scripta mandantes, quatinus eidem aut familie sue, cum per partes et loca vestra transitum fecerint, nullam in personis vel rebus suis molestiam inferatis, quin ymo pro reverentia apostolice sedis et nostra eundem absque aliqua solutione datiorum, gabellarum et passagii transire 10 permittentes de securo conductu, cum necesse fuerit et ad vos super hoc recurrerint, in eundo, morando ac redeundo sic liberaliter provideatis eidem, quod vos de prompte devotionis affectu possimus non immerito commendare.

Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis dominice MCCCC XLVII, tertio idus marcii, pontificatus nostri anno primo.

Ia[cobus] de Viterbio. 15

297.

*Nicolaus V transitum ab uno ritu ad alium prohibet.*

1448 (vel 1449) sept. 6 Romae.

*Ed. RAYNALDUS, ad annum 1449, n. 10; iuxta copiam coevam archivi Vaticani, quae tamen a me inventa non est; BULLARIUM ROMANUM, V (Torino 1860) 100-101, item iuxta registrum pontificium. Editionem pleniorum perfectiorumque (excepto dato chronologico), Raynaldi repetam.*

*Chronologia epistolae exacte determinari non potest; nam si annus 1448 assignatur, annus secundus pontificatus Nicolai V papae, qui die 6 martii 1447 regnare coepit, iam die 6 martii 1449 clauditur.*

DILECTIS FILIIS HERETICE PRAVITATIS INQUISITORI ET PROVINCIALI PROVINCIE GRECIAE ORDINIS PREDICATORUM, SALUTEM.

Pervenit ad aures nostras, quod in locis, quae catholicis in Grecia subiecta sunt, multi catholici unionis pretextu ad Grecos impudenter transeunt ritus. Mirati admodum sumus mirarique non desinimus, nescientes, quid sit, quod eos a consuetudine ac ritibus, in 20 quibus nati nutritique sunt, in alienigenarum ritus transposuit. Nam etsi laudabiles Orientalis ecclesiae ritus sint, non licet tamen ecclesiarum ritus permiscere, neque id unquam sacrosancta synodus Florentina permisit.

Quas ob res, quibus quamvis immeritis huiusmodi rerum omnium cura divinitus imposita est, cupientes citius, ne malum longius serpat, huic rei providere, vobis et utriusque 25 vestrum sub virtute sancte obedientie districte mandamus, ut auctoritate apostolica in

7 nobis || mandates Ms. 11 nos Ms. 24 nunquam RAYNALDUS.

15 an hic provincialis Graeciae O. P. fuerit Simon de Candia, laudatus in epistola Martini V die 23 ian. 1429 eidem Simoni scripta (edita a R. LOENERTZ, *Archivum Fratrum Praedicatorum* 6 (1936) 378, cum certitudine decidere non possum. 22 allusio ad decretum unionis Graecorum, in quo explicite definitur et praecipitur: in azymo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum domini corpus conficere, debere unumquemque iuxta suae ecclesiae sive occidentalis sive orientalis consuetudinem.

omnibus locis predictis, cum ea ex officio vestro visitabitis, permixtionem rituum omnino prohibeatis.

Datum Rome apud S. Pudentianam, anno incarnationis dominice quadringentesimo quadragesimo octavo, octavo idus septembris, pontificatus nostri anno secundo.

## 298.

*Nicolaus V Bartholomaeo (Lapacci) O. P. episcopo Coronensi in Graecia explicationem articuli de processione spiritus sancti in decreto unionis Graecorum definiti dat.*

1450 apr. 12 Romae.

*Diploma orig.: Firenze, Archivio di Stato, Fondo diplomatico, Santa Maria Novella. Bulla plumbea nunc deest.*

*Ed. Thomas KÄPPELI O. P., Archivum Fratrum Praedicatorum 9 (1939) 124-125.*

5 NICOLAUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILI FRATRI BARTHOLOMEO EPISCOPO CORONENSI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Legimus tuas litteras, in quibus ad nos scribis nonnullas dictiones decreti sacrosancte synodi Florentine dei gratia concorditer a pluribus Grecis ac Latinis editi atque sanciti idcirco suspectas nonnullis Grecis esse, quod in sensum etiam non rectum possint re-  
10 torqueri.

Sed non d[e]bent i[gn]orare tot in oratione tam Greca quam Latina equivocationes inveniri solere, ut difficile sit, quicquam dici aut scribi, quod in depravatum sensum rapi non possit.

Verum que in illo decreto breviter simul ac graviter perstringuntur, latissime iam  
15 per apostolicam ecclesiam declarata sunt; suorum etiam multi, iuniores presertim, apostolice sedis sententiam aperiunt et predicta synodus latius eam ipsis Grecis audientibus ac disserentibus enodavit. Quare non oportet eos verba decreti sic habere suspecta, nec ibi timere, ubi timor non sit.

Non enim deberent turbari, si filius principium vel causa ita esse spiritus sancti dica-  
20 tur, quemadmodum et pater, cum Cyrillus precipuus ecclesie doctor Grece sic enunciaverit: εἰ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ πνεῦμα ἰδικῆ καὶ δὴ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ καθ' ὃ πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱός, ἀλλ' οὖν ἔστιν οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ· πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια. Καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ καθάπερ ἀμέλι καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. Nec illud deberet eos movere, quod causa vel principium spiritus sancti filius dicatur, cum id ipsum  
25 sepius Nazianzenus ille Gregorius de filio clamitet: ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχή.

3 Potentianam in anno etc. RAYNALDUS. 25 Nazzenus orig.

5 *Bartholomaeus Lapacci O. P. fuit episcopus Cortonensis (Cortona in Calabria 1439-1449) et Coronensis (in Peloponneso) 1449-1457; de disputationibus eius Constantinopoli cum Georgio (Gennadio) Scholario anno 1445 habilis cf. G. MERCATI, Opere Minori = Studi e testi, 79 (1937) 101; PETIT-JUGIE-SIDERIDES, Œuvres complètes de Gennade Scholarios, II (Paris 1929) pag. XVI. 20 CYRILLUS ALEXANDRINUS, Epistola 17 = MIGNE PG 77, 117. 25 GREGORIUS NAZIANZENUS, Oratio 45, 9 = MIGNE PG 36, 633.*

Nec ad creaturas hoc quisquam ita dictum credere potest, quasi enim notionem quandam, ubicunque fere ille de filio loquitur, filio id attribuit, ut a spiritu ipsum disseparet.

Sed ex quoque prepositio, cum ex filio procedere spiritus sanctus in decreto dicitur, non deberet eos exacerbare, cum Epiphanius Cypri ac nonnulli alii Orientalis ecclesie doctores ex ambobus, id est patre ac filio procedere spiritum sanctum docuerint. 5

Quod autem ultimo scripsisti, quoniam pater ac filius principium spiritus sancti sunt et a decreto ita turbari dicatur eos, quasi duo principia spiritus esse videantur, mirum est certe, in re ita plana scrupulum ipsos querere, presertim cum in predicta synodo clarum eis factum sit, ex patre ac filio ut ab uno principio spiritum sanctum procedere. 10

Hiis igitur de causis simpliciter quidem anathematizari, qui hoc dicunt, nullo modo possunt, cum hec recte dicantur et a doctoribus Orientalis ecclesie, quos suspectos habere nequeunt, enuncientur. Distinguere autem sensus istorum doctorum et probos approbare, reprobos vero anathematizare, ut tu quoque prudenter dicis, impresentiarum supersedimus, credentes, non ea de causa Grecos hec dicere, ut, si faciamus, sincere ac vere ad unionem veniant, sed potius ut solent, ad evasionem quandam ac fugam. 15

Quare prudentia tua det operam diligenter, ut, si fieri potest, simpliciter atque integre predictae synodi decretum suscipiant, predicent, defendant, unionemque sincere conservent. Aliter noverint, apostolicam sedem tandem facturam, quod iam olim iure facere poterat, sed pietate materna pertulit, sperans aliquando precipuum singulareque illud 20 ecclesie membrum ad sanitatem a languore posse revocari. Nam desperata omnino reductione ipsorum, aliter providebit. Quid enim amplius sperare de ipsis apostolica sedes potest, si etiam post Florentinam universalissimam sanctissimamque synodum, quo quamplures Orientis patres convenerunt et maiestas etiam imperatoris una cum patriarcha Constantinopolitano affuerunt concorditerque per gratiam ipsius sancti spiritus ex patre ac 25 filio procedere ipsum secundum dogmata sanctorum patrum protulerunt, pertinaciter repugnant? Profecto nichil.

Hortare igitur ipsos, ut nolint in indignationem apostolice sedis, cuius clementiam ad hoc tempus experti sunt, duritie sua incidere.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo, pridie idus aprilis, pontificatus nostri anno quarto. 30

I. de Corneto.

## 299.

*Nicolaus V (Andreae Chrysobergi) archiepiscopo Nicosiensi facultates pro unione Chaldaeorum Cyprae exequenda dat.*

*1450 post 6 mart. Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 411, 332<sup>r</sup>-333<sup>r</sup>. In margine: A. de Florentia.*

*Ed. RAYNALDUS, ad annum 1450, n. 14 cum aliquibus erroribus.*

*Commemoratur apud L. DE MAS LATRIE, Archives de L'Orient Latin 2 (1884) 288.*

23 sanctamque cum linea superducta Ms.

4 cf. M. JUGIE, *De processione Spiritus sancti* (Roma 1936) 143 sqq.

NICOLAUS ETC. VENERABILI FRATRI ARCHIEPISCOPO NICOSIENSI, SALUTEM ETC.

Ut bonum unionis dudum inter sacrosanctam Romanam ecclesiam ex una, ac dilectos filios, qui Caldei nuncupantur, ex altera partibus, dudum in partibus Cypri contracte eo longiores successus ac maiora habeat incrementa, quo in partibus Cypri fuerint, 5 qui maiore subnixa auctoritate diligentius intendant, ut a personis prefatis unio ipsa, ut premittitur, contracta fidelius ac diligentius observetur,

fraternitati tue, que perficiende dicte unioni non parvam operam et diligentius(!), ut accepimus, imposuit, omnes et singulas personas ex prefatis Caldeis, que date in reprobum sensum ab unione huiusmodi vel eius articulis resilire presumpserint, monendi ac 10 requirendi, ut ad cor reversi unionem ipsam, ut decet, amplectantur, et si id facere neglexerint, excommunicandi et anathematizandi ac excommunicatos et anathematizatos denunciandi et declarandi, plenam et liberam apostolica auctoritate tenore presentium damus et concedimus facultatem et potestatem.

Datum Rome apud S. Petrum anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo, pontificatus nostri anno quarto. 15

Coll[ationavit] S. Cousin.

De curia.  
De Costiariis.

### 300.

*Nicolaus V Iohannem patriarcham Iacobitarum (Coptorum) electum confirmat.*

*1450 maii 28 Romae.*

*Copia coeua archivi Vaticani, Reg. Vat. 411, 312°. In margine: A. de Florentia.*

NICOLAUS ETC. VENERABILI FRATRI IOHANNI PATRIARCHE ALEXANDRINO NATIONIS IACOBITARUM, SALUTEM ETC.

20 Divina disponente clementia etc. ut in precedenti usque. Dudum siquidem, prout pro parte fraternitatis tue nobis nuper exhibita peticio continebat, ecclesia Alexandrina preulis tunc, qui illi preesset, regimine destituta, venerabiles fratres episcopi et suffraganei

6 premittitur Ms. 7 perficiende Ms. 11 anathematizatos Ms. 20 ex documento praecedente (Reg. Vat. 411.312°) supplendum est: cuius inscrutabili providencia ordinem suscipiunt universa, in apostolice sedis specula, licet inmeriti constituti, ad universas orbis ecclesias aciem (atiem Ms.) nostre considerationis extendimus et hiis, que pro earum statu provide gesta accipimus, libenter apostolici favoris auxilium adhibemus.

1 Andreas Chrysoberges O. P., qui in concilio Florentino unus ex principalibus theologis Latinorum fuit. 7 cf. bullam unionis Chaldaeorum Maronitarumque Cypri, 7 aug. 1445, in Ep. pontif. III, n. 283, pag. 105-108. 14 chronologia, deficiente nota mensis, ex eo aliquatenus determinari potest, quod Nicolaus V die 6 martii 1447 regnare coepit. Annus ergo IV eius pontificatus inter diem 6 martii 1450 et diem 6 martii 1451 currit. 15 Iohannes XI patriarcha Coptorum (1428-1452). Hic iam epistolam accepit a papa Eugenio IV, scriptam die 26 iulii 1439; cf. Ep. pontif. II, n. 195, pag. 86-87. Notum est eum abbatem Andream ad Concilium Florentinum misisse cum epistola arabice scripta et coplice subscripta, quae in hac collectione, vol. V, fasc. 1, in lucem edetur. Usque huc tantum versio latina eaque imperfecta huius epistolae edita est. Documentum Nicolai V non solum pro iure canonico orientali, sed etiam pro historia ecclesiastica magnum momentum habet. Nam ad questionem de perseverantia Iohannis XI in unione Florentina elucidandam optime confert.

eiusdem etc. usque, in sacerdotio constitutum in ipsius ecclesie Alexandrine patriarcham concorditer elegerunt, tuque electioni de te facte huiusmodi illius tibi presentato decreto consentiens, illius pretextu ecclesiam ipsam consecutus illam tenuisti, prout tenes de presenti;

et sicut eadem peticio subiungebat, electioni de te facte huiusmodi cupis ex Romani pontificis auctoritate etc. usque. 5

Nolumus tamen per premissa venerabili fratri nostro patriarche Alexandrino Latino in sua Alexandrina ecclesia quomodolibet in aliquo preiudicare.

Datum ut supra, quinto kalendas iunii, pontificatus nostri anno quarto.

P. de Legendorff. Vis[um]: S. Cousin.

De curia. 10

### 301.

*Nicolaus V Chaldaeis Cypri in unione cum ecclesia catholica permanentibus saluumconductum dat.*

[1450] iunii 10 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 411, 333<sup>r</sup>-333<sup>v</sup>. In margine: A. de Florentia.*

NICOLAUS ETC. UNIVERSIS ET SINGULIS PRESENTES LITTERAS INSPECTURIS, SALUTEM ETC.

Cum divina opitulante clemencia dilecti filii, qui in insula Cipri ac aliis Orientis partibus Caldei nuncupati commorantur, dudum nobiscum et cum Romana ecclesia, a qua longissimis retro temporibus deviarent, ad unionem et concordiam reducti sint, ipsamque Romanam ecclesiam veluti matrem ac magistram omnium fidelium christianorum reve- 15  
reantur ac recognoscant, ea propter nos cupientes Caldeos ipso eo magis in proposito sanctissime unionis persistere, quo sibi a ceteris fidelibus Christi maioris humanitatis et caritatis affectus ac benevolencie officia ampliora (?) exhiberi conspexerint,

universitatem vestram ac vestrum singulos in domino requirimus et [h]ortamur, quatenus in prefatos Caldeorum personas earumque res et bona, cum ab eis requisiti fue- 20  
ritis et illis fore videbitis opportunum, dum ipsos ad vos per mare vel per terram declinare contigerit, benigna eis caritatis et humanitatis subsidia impertiri curetis ac, ut eos tute et libere per civitates, terras et loca vestra transire contingat, de securo transitu et salvo conductu liberaliter providere curando, ne ulla eis molestia, nulla inquietacio, nullum impedimentum irrogetur, ut de vestra erga nos et ipsam ecclesiam obediencia atque erga 25  
illos pietatis officia apud deum merite commendari possitis.

6 *supplendum est:* (auctoritate) robur et firmitudinem adhiberi. Nos itaque, cum de persona tua, de litterarum scientia, vite mundicia, honestate morum ac spiritualium et temporalium providencia fide digna testimonia apud nos perhibita sint, tuis huiusmodi supplicationibus inclinati electionem de persona tua factam, ut prefertur, confirmamus ac presentis scripti patrocinio, prout provide facta est, communimus. 9 *supplendum est:* (Datum) Rome apud S. Petrum, anno incarnationis dominice MCCCCL. 18 offitia *Ms.* || amplioni (?) *Ms.* 26 offitia *Ms.*

13 *unio Chaldeorum cum papa et ecclesia Romana conclusa probabiliter non ad aliquod factum ecclesiasticum sub ipso Nicolao V, sed sub eius praedecessore Eugenio IV nempe in concilio Florentino alludit. De hac Chaldaeorum unione cf. HEFELE-LECLERCQ VII, 2, pag. 1106. 14 cf. concilium Lateranense (1215), cap. 2, apud DENZINGER 433.*

Volumus autem, ut omnes et singule persone ex Caldeis prefatis, quas ordinibus clericalibus aut sacerdotalibus quibuscunque a venerabili fratre nostro Timotheo archiepiscopo Tarsensi insigniri contigerit, a solutione et onere cuiuscunque pecunie quantitatis prorsus exempte atque im[m]unes sint, etiam si qua consuetudine, quam  
 5 potius corruptelam esse censemus, introductum sit, ut pro huiusmodi conferendis ordinibus alicuius pecunie quantitatis solutio fieri consueverit, ac aliis quibuscunque contrariis non obstantibus.

Datum ut supra, III idus iunii, pontificatus nostri anno quarto.

De curia.  
 M. Petri.

10

Coll[ationatum]: S. Cousin.

### 302.

*Nicolaus V in favorem unionis Chaldaeorum insulae Cypri archiepiscopos Tarsenses huic unioni fideles ab omni taxa solvenda liberat et denuo unionem conservandam inculcat.*

*1450 iun. 13 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 412, 34<sup>r</sup>-34<sup>v</sup>. In margine: A. de Florentia.*

#### NICOLAUS ETC. AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Apostolice sedis regimini licet insufficientibus meritis divina disponente clemencia presidentes ad ea solerter vigilare debemus, per que et sacrosancta Romana ecclesia,  
 15 que christifidelium omnium est mater, et christiane fidei dogma incrementum sentiant ac perpetui roboris suscipiant firmitatem.

Dudum siquidem, cum nonnulli utriusque sexus, qui Caldei nuncupantur, in insula Cypri commorantes a longissimis retro temporibus ecclesiam Romanam eiusque aliqua ex parte dogma Romanumque pontificem eius sponsum, beati Petri successorem ac Ihesu  
 20 Christi vicarium minime recognoscant, sed ab eis longius deviassent, tandem, sicut summo pastori animarum deo et domino nostro Ihesu Christo placuit, ad ovile ipsius et Romane ecclesie obedienciam memorati Caldei reducti sunt, et unio, pax et concordia inter eos et Romanam ecclesiam solenniter celebrate sunt.

Ut igitur huiusmodi unio durationem ac perpetuos successus habere contingat, apo-  
 25 stolica auctoritate tenore presentium statuimus, decernimus et declaramus, ut omnes et singuli archiepiscopi Tarsenses, qui deinceps perpetuis futuris temporibus post venerabilem fratrem nostrum Timotheum archiepiscopum Tarsensem ecclesiam adepti fuerint, unionem prefatam cum omnibus eius capitulis, dependentiis et annexis vere et sincere am-

2 Timotheo Ms.    27 Timotheum Ms.    28 dependennis Ms.

*2 Timotheus metropolita Tarsensis, qui Chaldaeos quondam nestorianos vegebat, in sessione concilii Florentini, Romam translatus, die 7 augusti 1445, simul nomine Chaldaeorum Cypri, fidem catholicam solemniter acceperat. 15 cf. concilium Lateranense (1215), cap. 2, apud DENZINGER 433. 27 Timotheus metropolita chaldaeus adhuc anno 1458 vivebat, sicut alibi referam, perseverans in fide catholica.*

plecti et tenere et approbare debeant et omnino teneantur. Idque facientes ab omni et quacun-  
 que solutione cuiuscumque pecunie vel alterius rei quantitatis, ad quam quoquomodo  
 teneri dicerentur, liberi, exempti atque immunes existant neque a quoquam, cuiusvis  
 status, gradus aut conditionis sint, etiam si patriarchali, pontificali vel etiam regali pre-  
 fulgeant dignitate, ad id cogi aut compelli quovis modo possint. 5

Alioquin, si ab ipsa unione quoquomodo deviaverint neque eam, ut premititur, te-  
 nuerint, ipsos archiepiscopali, episcopali seu abbatiali ac alia qualibet, quam asseruerint,  
 dignitate et earum exercicio necnon perceptione fructuum et emolumentorum ipsius Tar-  
 sensis ecclesie et aliorum quorumcumque eadem auctoritate eximere, prout extunc pri-  
 vamus et amovemus ab eisdem ac privatos et amotos denuntiamus, decernimus et de- 10  
 claramus.

Nulli ergo etc. nostre constitutionis, privationis, amotionis, denuntiationis et declara-  
 tionis infringere etc. Si quis etc.

Datum Rome apud S. Petrum anno etc. MCCCCL<sup>mo</sup>, idibus iunii, pontificatus nostri  
 anno quarto. 15

A. de Racaneto.

Coll[ationavit] S. Cousin.

### 303.

*Nicolaus V Paulino Zachariae laico Nicosiensi eiusque filiis dispensationes ad matrimonia  
 catholica in ritu graeco contrahenda et ad sepulturam in ritu graeco habendam concedit.*

*1451 iul. 1 Romae.*

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Later. 469, 199<sup>r</sup>-199<sup>v</sup>. In margine: A. — Ia. de Vi-  
 cencia.*

NICOLAUS ETC. DILECTO FILIO PAULINO ZACHARIE LAICO NICOSIENSIS DIOCESIS, SALUTEM ETC.

Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, non indigne  
 meretur, ut petitiones tuas, quantum cum deo possumus, ad exaudicionis gratiam favo- 20  
 rabiliter admittamus.

Cum itaque, sicut accepimus, in constitutionibus seu statutis et consuetudinibus ec-  
 clesie Nicosiensis inter alia caveri dicatur seu ex quadam consuetudine in regno Cypri  
 fuerit observatum, quod si quis Grecus Latinam mulierem iuxta ritum et mores Latinos  
 in uxorem duxerit, dicta uxore mortua Grecam iuxta ritus et mores Grecorum in uxorem 25  
 accipere non possit, ac ipse et eius filii, eis decedentibus, in locis Latinis sepeliri deberent;  
 et sicut exhibita nobis nuper pro parte tua peticio continebat, tam tu quam tui prede-  
 cessores excepto quod, ut asseris, aliam mulierem Latinam, ex qua filios procreasti, iuxta  
 ritus et mores Latinos in uxorem duxisti, alias iuxta ritus et mores Grecorum vixisti et

1 fatientes *Ms.*    3 exemptii *Ms.*    17 Consin *Ms.*    28 quo *Ms.*

vixerunt, tuque Grecus originaliter existas, ac ritus et mores Grecorum huiusmodi in sacratissima unione Occidentalis et Orientalis ecclesie tempore felicitis recordationis Eugenii pape III predecessoris nostri facta reprobati non fuerint, nec tu ac filii tui in partibus illis mulieres Latinas tibi et eisdem filiis concedentes, cum quibus contrahere matrimonia  
 5 valeretis, commode invenire possetis, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut super premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur volentes te, qui ut etiam asseris, carissime in Christo filie regine Cypri illustris baylivus existis, premissorum intuitu favore prosequi gratiose huiusmodi supplicationibus inclinati tibi, quod tu et filii tui, alio non obstante canonico, cum quibuscumque  
 10 mulieribus Grecis iuxta ritus et mores Grecorum matrimonia contrahere et in eis, postquam contracta forent, remanere et, cum decesseritis, iuxta eosdem ritus et mores Grecorum sepeliri libere ac licite possitis et valeatis, supradictis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie concedimus pariter et indulgemus.

15 Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. Si quis etc.

Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, kalendis iulii, anno quinto.

*Nota servitii soluti.*

A. XX. de Feleris.

### 304.

*Nicolaus V Constantinum Palaeologum imperatorem byzantinum hortatur, ut unionem concilii Florentini in imperio suo exequatur.*

1451 sept. 27 Romae.

*Neque diploma originale latinum neque copia eius in registro pontificio a me inventa sunt. Unde Petrus ARCUDIUS, cui prima editio huius textus latini et versionis graecae a Theodoro Gaze factae debetur (cf. Opuscula aurea theologica, Romae 1630, 686-701), textus suos sumpserit, nullo modo est indicatum. Inspicienti vero editionem criticam versionis graecae Theodori Gazis a Spiridione Lampros factam (cf. Παλαιολογικά καὶ Πελοποννησιακά. IV. Athenis 1930, 49-63) probabile esse videtur manuscriptum bibliothecae Mutinensis 148 esse proximum manuscripto Petri Arcudii. Textus autem latinus eius est idem fere ac is, quem codex Vaticanus (saeculi XV) Lat. 3878, 171<sup>r</sup>-174<sup>r</sup> praebet, immo aliquae partes sunt verbotenus eadem. Pro dolor documentum archivi Vaticani AA Arm. I-XVIII, 2047 (= AA Arm. IX, caps. 1, n. 9), quod iuxta catalogum hanc epistolam continebat, hodie deest.*

*Non est ergo mirum, quod non omnes quaestiones de hac epistola pontificia cum certitudine solvi possunt. Estne textus latinus iam editus versioni graecae Theodori Gazis praeferendus? Estne textus graecus exemplar originale, secundum quod textus latinus forsitan tamquam versio illius factus est? Certe textus latinus et graecus, licet in ideis et in forma externa sint substantialiter iidem, in compluribus punctis discrepant; nullo modo textus Theodori Gazis ut versio fidelis textus latini apparet, sicut iam doctus vir Ludovicus VON PASTOR animadvertit (cf. Geschichte der Päpste, I<sup>a</sup> Freiburg i. Br. 1901, 578, nota 2). Textus latinus ab Arcudio editus certo non est versio propria editoris, sed supponit textum latinum saec. XV.*



*De authenticitate huius epistolae nullum est dubium; nullo modo tamquam opus privatum vel declamatio humanistica consideranda est. Nam apud scriptores saeculi XV notitia huius epistolae habetur et Nicolao V papae attribuitur; ita apud PUSCULI, Constantinopoleos libri IV in editione A. ELISEN, Analekten der mittel – und neugriechischen Literatur (Leipzig 1857) 34-36, apud IOSEPHUM METHONENSEM (MIGNE, PG 159, 1365 D-1368 B), et saltem indirecte ad eam alluditur apud DUCAS (MIGNE PG 157, 1057 A).*

*De chronologia eius sunt opiniones variae. FROMMANN et KAISER diem 15 octobris 1451, VON PASTOR diem 11 octobr. indicant; alii diem 26 oct. proponere possunt. Confusio ex editione textuum explicari et etiam tolli potest. Editio textus latini apud Arcudium: « (1451) V idus octobris » (= 11 oct.) editio versionis graecae apud eundem auctorem: « (1451) πρώτη ἐπὶ δέκα ὀκτωβρίου » (= 11 oct.). Editio critica versionis graecae apud Spyr. Lampros habet: « (1451) πέμπτη πρὸ καλανδῶν ὀκτωβρίου » (= 27 sept.). Mihi videtur ultimum datum chronologicum esse acceptandum; nam praeterquamquod ab optimis codicibus graecis suadetur (cum exceptione codicis Mutinensis, qui lectionem editionis Arcudii praebet), duae copiae antiquae textus latini, scilicet codex Vaticanus latinus 3878 et documentum quondam in archivo Vaticano conservatum, scilicet AA Arm. I-XVIII, 2047, habent datum « quinto kal. oct. » « 27 sept. » (descriptio documenti; hic tamen falso annus 1452 indicatur).*

*Hic textum Graecum Theodori Gazis iuxta editionem criticam Spir. LAMPROS, omisso apparatu critico (in quo de cetero excepta nota chronologiae nihil fere alicuius magni momenti occurrit) reproducam; editionem vero textus latini iuxta Arcudium (= A), quae apud RAYNALDUS, ad annum 1451, n. 1-12 latine et apud MIGNE PG 160, 1201-1212 retractata est, adiecta versione graeca iuxta editionem LAMPROS, dabo, et aliquando iuxta manuscriptum Vaticanum Lat. 3878 (= V) supplebo vel corrigam; unice iuxta editionem antiquam (Arcudii) textus latini et iuxta codicem Vaticanum, qui mendis non caret, nondum editio nova critica fieri potest.*

*Commemoratur epistola apud E. LEGRAND (Bibliographie hellénique... aux XV<sup>e</sup> et XVI<sup>e</sup> siècles, I (Paris 1885) XXXIV et L. MOHLER, Byzantinische Zeitschrift 42 (1942) 57.*

NICOLAUS EPISCOPUS ETC. CARISSIMO IN CHRISTO FILIO CONSTANTINO ROMEORUM IMPERATORI ILLUSTRIS, SALUTEM.

Oratorem tuum Andronicum Brienum Leonardum, quem ad nos serenitas tua misit, gratissime recepimus, et lectis litteris tuis ipsum gratius audivimus; nam gratissime et prudentissime omnia sibi a tua serenitate commissa serius explicavit. Intelleximus tum <sup>5</sup> verbis suis, tum ex litteris, quas animi tui testes ac desiderii misit ad promulgandum decretum unionis in universali synodo Florentina promulgatum. Intelleximus preterea, quibus impediaris, ne hoc tuum desiderium compleretur.

Cogitavimus, et cum venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus saepe consultavimus, utrum impedimenta illa tante retardationis verisimilia esse <sup>10</sup> viderentur, ut, nisi novitas exaltationis tue ad imperium moram illam verisimilem effecisset, credidsemus tam per oratorem tuum quam per litteras magis verbis quam rebus

1 charissimo A. 3 post tuum add. nobilem virum V|| gravissime V. 6 post misit subintellige serenitas tua.

3 Andronicus Bryennius legatus Constantini XI Palaeologi imperatoris byzantini anno 1451 in curia marchionis Estensis, Venetiis, Romae apud papam (mense augusti), Napoli apud regem Alphonsum V auxilium pro pugna contra Turcas petiit.

satisfactum iri. Accipe igitur, carissime fili, que dicturi sumus tamquam ab amantissimo amico, quem vere et libere te alloquentem deputa.

Nam nos minime versamur in dubio Ioannem Paleologum tibi in imperio predeces-  
sorem fratrem et germanum tuum, si voluisset pro data sibi a deo prudentia, hanc rem  
5 ad felicem consummationem perducere potuisse; verumtamen cum ille nimis cogitat hanc  
rem temporali statui suo coaptare, de medio subtractus est.

Voluit divina providentia te successorem sibi in imperio subrogare; serenitati nunc  
tue providendum est, ne rem diutius protrahendo efficiaris consors reatus et pene. Ne-  
scimus, si dolose, si religiose, de christiana religione cogitamus: in regno celorum locum  
10 dari posse iis, qui ab christiana unitate dissentiunt. Nam de facto primario quoddam  
exordium christiane religionis est symbolum profiteri, in quo unam sanctam et catholicam  
confitemur ecclesiam, que profecto una esse non poterit, nisi unico capiti omnia eius  
membra respondeant, quo dirigente et vicem illius eterni pontificis obtinente, qui regnat  
in celis, necesse est illius mystici corporis membra ad sua ministeria moveantur, ut si  
15 recte cogitare velimus, quod duos principatus simili forma viventes, tamen propriis re-  
gibus etiam imperatoribus servientes unum non esse permittet imperium. Intelleximus  
enim diversi status imperii inde prodire rationem, quod divisa capita sibi non subordinata,  
sed quasi de potestate contententia unum esse non patiuntur imperium. Ex quo facillime  
datur intelligi unam non posse ecclesiam confici ex iis, qui uni capiti subesse recusant.  
20 Nec aliquid est, quod ita evidenter rei politice vel imperii arguat unitatem, quam unitas  
principatus, nec unica forma vel finis unionis diversis principatibus possunt esse com-  
munia; unionis autem motor efficiens vel ductor supremus ex necessitate unum arguit  
principatum.

Ergo omnis, qui unam confitetur ecclesiam, que in toto orbe diffusa est, oportet, ut  
25 unum agnoscat caput totius militantis ecclesie, cui parere et obedire teneatur, illum re-  
cognoscens etiam pontificis Iesu Christi domini nostri vicem tenere in terris, et cui pa-  
rere necesse sit. Ergo, qui vult vere symbolum et unam sanctam ecclesiam catholicam  
profiteri, teneat unum esse caput ecclesie militantis, cui obedire necesse sit. Nec umquam  
in dei ecclesia schismata surrexerunt, nisi ex his, qui huic capiti subesse noluerunt. Extra  
30 ecclesiam non est salus; qui non fuit in arca Noe, diluvio interiit, et gravius punita sunt  
schismata quam alia quecumque peccata; nam in Core, Dathan, et Abiron, qui schisma  
in dei populi moliti sunt, gravius et severius legimus vindicatum, quam cum iis, qui  
idololatriam commiserunt.

Nunc ergo, serenissime princeps, intuere statum presentium temporum, et animadverte  
35 diligenter, quo pacto fieri potuit, ut divina providentia tantam nationem sub uno imperatore  
tam effusum habente imperium, que olim abundavit innumerabilibus sanctissimis et doctis-  
simis viris, in presentiarum ad id miserie devenire permiserit, ut sit miserrima omnium  
gentium, quod profecto tam evidens est, quod negari non possit. Intelligemus profecto

1 charissime *A.* 12 unius capiti *A.* 14 membra, mystici corporis membra *A.* 20 quam quod *A.*

13 cf. *Ps.-DIONYSIUS, De eccl. hierarchia c. 5 § 5 = MIGNE PG 3, 505 A-B.* 20 cf. *ARISTOTELES, XI Metaphysicorum c. 10, n. 14.* 24 cf. *CYPRIANUS, De unitate ecclesiae c. 5 = MIGNE PL 4, 502 A; HARTEL in CSEL 3, pars I, 214.* 29-30 cf. *AUGUSTINUS, De baptismo IV, 17 = MIGNE PL 43, 170.* *CYPRIANUS, De unitate ecclesiae c. 6 = MIGNE PL 4, 505 A. HARTEL 214.* 31 cf. *Num. 16, 31-33.*

magnum esse hoc sacrilegii genus, quod divinam clementiam in tantam iram indignationemque concitavit. Et quia vehementer angimur Greciam omnem eo pervenisse, ut fere totam inimicis crucis Christi parere necesse sit. Credimus ea, que dicimus, ita serenitati tue esse nota, ut notiora fieri non possint. Magnum est hoc et valde magnum demeritum, quod divino iudicio tante nationi, tam preclare, tam gloriose, tam diuturna, tam gravis 5 captivitas iniecta sit.

Ergo aliquando cogitandum est, quenam potuerit esse causa digna horum malorum. Propter duo enim maxima peccata gens Hebraea, que erat populus a deo electus sibi que peculiaris, gravi captivitate punita est. Primo propter idololatriam a regibus Assyriorum decem tribus in Mediam translate sunt, deinde regem Iuda cum duabus residuis tribubus 10 reges Chaldeorum in Babylonem deduxere, que usque ad septuaginta annos in captivitate manserant. Secundo propter sacrilegium, quod in dei filium incarnatum commiserunt, cum a principibus Romanis Vespasiano et Tito Hierosolyma subversa est, et omnis regio Iudea in Romanorum ditionem translata est, ita ut nationi illi, universi orbis usque in hunc diem exilium concedatur. 15

Credimus Grecos, postquam fidem catholicam suscepere, nec ad idololatriam declinasse, nec in dei filium ea piacula commisisse, quibus in Turcarum captivitate divina ultione pervenerint. Ergo subest aliud sacrilegii genus, quod divina iustitia impunitum esse non sinit. Nec diligenter inquirentibus, quantum cordis humani valeat infirmitas intueri, licet intelligere, hanc captivitate aliunde profectam quam ex reatu schismatis, quod 20 auctore Photio tempore Nicolai primi sumpsit exordium, et eo usque inveteratum est, ut usque ad tempora ista pervenerit. Dolenter et anxie ista proferimus, et vellemus eterno damnare silentio. Verum, si operam medicantis expectas, oportet, ut vulnus tuum detegas. Ecce iam fere quingenti anni transiere, ex quo Satan princeps et auctor omnium peccatorum et maxime schismatis et divisionis inductor, ab obedientia Romani Pontificis, qui 25 Petri successor est et Iesu Christi domini nostri vicarius, Constantinopolitanam seduxit ecclesiam. Infiniti tractatus intervenere, plurima sunt celebrata concilia, innumerabiles legati in hanc rem destinati, ut tam atrox vulnus in dei ecclesia sanaretur.

Novissime autem, deo ita providente, in Ferrariensi et Florentino concilio Iohannes Paleologus Romeorum imperator cum magna procerum et nobilium comitiva, et Iosephus 30 Constantinopolitanus patriarcha cum multa metropolitaram, episcoporum, abbatum, ceterorumque prelatorum numerositate convenientes una cum Eugenio quarto, predecessore nostro, et venerabilibus sancte Romane ecclesie cardinalibus et prelatorum Occidentalis ecclesie numerosissimo comitatu, ad extirpandum inveteratum schisma omnem operam atque diligentiam tribuere, et tandem deo inspirante est perventum, ut difficultatibus e 35 medio sublatis decretum huiusmodi unionis concorditer publicaretur.

Facta sunt ista teste toto orbe terrarum, et decretum unionis huiusmodi et Grecis et Latinis literis editum cum scriptione manuali eorum, qui interfuere, terrarum ubique transmissum. Testis est Hispania quatuor christianis regnis ornata, Castella, Aragonia, Portugallia, Navarra, testis est Britannia maior Anglicorum regis subiecta ditioni, testis 40 Hibernia et Scotia insule maxime extra continentem posite, testis Germania numerosissimis populis culta et longissimo terrarum tractu distenta, testis Danorum regio, testis Norvegia, testes sub Daciam extremi populi ad Aquilonem positi, testis Polonie inclytum regnum, testis Ungariaque et Pannonia, testis omnis Gallia ab Occiduo mari ad Mediterraneum usque

distentaque inter Germanos Hispanosque collocata, hac in re Germanis Hispanisque concordat. Hic omnis orbis habet decreti huiusmodi exemplaria, quibus instanter schisma illud inveteratum de medio sublatum est, teste Iohanne Paleologo Romeorum imperatore, teste Ioseph patriarcha Constantinopolitano, ceterisque, qui de Grecia in Florentina synodo convenere, quorum subscriptiones per omnia adnotate sunt. Omittimus commemorare Italiam, que nulli provinciarum secunda est, et huius decreti exemplaria per urbes.

Et ecce iam tot anni transiere, ex quo ista facta sunt, et tamen apud Grecos unionis huiusmodi decretum silentio tegitur, nec ulla spes elucet animorum, qui ad hanc unionem amplectendam dispositi esse videantur; dantur quotidie dilationes, et eedem excusationes penitus inducuntur. Ne credant Greci Romanum pontificem et omnem Occidentalem ecclesiam, ita enim intelligimus, lumine esse privatos, quod non intelligant, quod in hac dilatione responsionum suarum verba pertendant. Intelligunt, sed tolerant, intuentes dominum Iesum Christum eternum pontificem, qui ficulneam infructuosam arborem usque in tertium annum servari iussit, cum cultor illius propter sterilitatem cuperet amputari.

Ergo serenitati tue hoc volumus esse responsum, nos etiam dissimulatuos, quousque his literis a te intelligeremus esse responsum, et si saniore usus consilio cum proceribus tuis et populo Constantinopolitano decretum unionis amplexaberis, habebis nos et venerabiles fratres nostros sancte Romane ecclesie cardinales cum universa Occidentali ecclesia honori tuo et statui semper intentos. Sin autem unionis decretum cum populo suscipere recusaveris, compelles nos ad ea providenda, quibus et saluti vestre et honori nostro pariter consulatur.

Et ut huic rei tale exordium dones, quod certa secutura credamus, volumus, ut patriarcham Constantinopolitanum ad sedem suam revoces faciasque sibi ab omnibus talem et tantam reverentiam et obedientiam exhiberi, que merito sue pontificali auctoritati debet impendi, ita ut non abiectus sacerdos, sed verus ecclesie Constantinopolitane patriarcha teneatur, nec in spiritualibus sine eius consensu et auctoritate quisquam, quacumque prefulgeat dignitate, quidquam attentare presumat, ipse clericos et ordinet aut ordinari faciat, ipse omnia ministerii pontificalis officia in civitate et diocesi sibi vindicet, nullusque ordinationibus, quas iuxta canonicas sanctiones semper prodire confidimus, contraire presumat, nomen Romani pontificis recitetur in diptychis, et pro ipso nominatim expresse ab universa Grecorum ecclesia oretur ecclesia, sicut hi, qui deo placuere et Constantinopolitani patriarche et imperatores, hactenus servavere.

Si qui vero sunt, qui in decreto unionis nonnulla posita minus intelligant, procures illos ad nos proficisci; satisficiemus, deo concedente, eorum dubitationibus, honorabuntur a nobis, et gaudebunt se apud nos non fuisse despectos.

Hec sunt, carissime fili, que in presentiarum et literis tuis et oratori ad nos transmissio responderi posse censemus. Tu pro data tibi sapientia ita rebus consultare contende, ut deo simul et hominibus officium sapientissimi principis adimplere videaris.

Datum Rome apud S. Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, quinto idus octobris, pontificatus nostri anno quinto.

28 dioecesi A. 36 charissime A.

13 cf. *Luc.* 13, 6-9. 23 *Gregorius Mammas patriarcha Constantinopolitanus Romam fugerat; Georgius PHRANTZES* (cf. *Chronikon*, ed. *Bonnensis*, lib. III, cap. 1, pag. 217) mensem augusti anni 6957 (= 1449) ut tempus fugae patriarchae ex urbe Constantinopoli indicat.

Νικόλαος ἐπίσκοπος δούλος τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τῷ προσφιλεστάτῳ ἐν Χριστῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ Παλαιολόγῳ αὐτοκράτορι ἐπιφανεστάτῳ Ῥωμαίων χαιρεῖν καὶ ἀποστολικῆς ἀπολαύειν ἀπολογίας.

Ἄνδρόνικον Βρυέννιον Λεοντάρην, ἄνδρα τῶν εὐ γεγονότων, ὃν πρεσβευτὴν πέπομφας, ὡς ἡμᾶς ἠδέως εἶδομεν, καὶ τὰ παρὰ σοῦ γράμματα ἀναγνόντες ἡδίων δὴ λέγοντος αὐτοῦ ἀκηκόαμεν. Πάντα γὰρ ὅσα τάνδρῳ ἦσθα προστεταχῶς συνετῶς εὐ μάλα καὶ κατὰ σχῆμα τῆς καλλίστης σεμνότητος ἡμῖν 5 διεξῆλθεν. Ἐμάθομεν οὖν τὸ μὲν ἐξ ὧν ὅδε εἰρήκει, τὸ δ' ἐκ τῶν σῶν γραμμάτων, ὅπως σὺ προθυμίας ἔχεις εἰς κοινὸν ἐνεγκεῖν καὶ κυρῶσαι τὸν τῇ συνόδῳ συντεταγμένον καὶ εἰς πάντας διαδοθέντα ὄρον.

Ὅθεν δὴ καὶ πολλάκις αὐτοὶ τε ἰδίᾳ διεσκεψάμεθα καὶ ἅμα τοῖς ἡμετέροις ἀδελφοῖς καρδηνάλεσι ἐξετάζοντες εἰ τὰ προτεινόμενα ταῦτα κωλύματα πιθάν' ἄττα εἴη εἰς βραδυτῆτα χρόνου τοσοῦτου. 10 Καὶ δὴ οὖν, εἰ μὴ τὸ σὲ νεωστὶ παραλαβεῖν τὴν ἀρχὴν πιθανωτέραν πως τὴν διατριβὴν ἀπεδείκνυεν, ὥσπερ ἂν πάντως καὶ τὸν πρεσβευτὴν καὶ τὰ γράμματα πράγματι μὲν οὐδενί, ῥήμασι δὲ πραγμάτων κενοῖς τὸ πιστὸν ἡμῖν παρέχειν πειραῖσθαι. Νῦν δ' ἔπειδὴ τὰ περὶ σὲ οὕτως ἔχει, ἄκουε, υἱὲ προσφιλέστατε, καὶ μου τὸν λόγον ὡς εὐνουστάτου μὲν ὄντος σοι, ἐλευθέρως δὲ λέγοντος τάληθῃ δέχου.

Ἡμεῖς ἀναμφιβόλως ἐκεῖνα περὶ τοῦ σοῦ ἀδελφοῦ Ἰωάννου φαιμέν, ὡς, εἰ κατὰ σμικρὸν γοῦν 15 ἐκεῖνος ἰσχὺν τοῖς γενομένοις προσθεῖναι ἐβούλετο, οὐθὲν ἂν ἦν ἐμποδῶν μὴ εἰς τέλος εὐτυχῆς τὰ τῆς ἐνώσεως προχωρήσαι. Νῦν δὲ ἄλλ' ἄττα σὺ καλῶς ἀεὶ προαιρούμενος καὶ ἔργον θεῖον ἐπιθυμία πραγμάτων πολιτικῶν μᾶλλον τοῦ δέοντος φιλοτιμούμενος ἐφαρμόσαι, ἐπίχειρα προαιρέσεως οὐκ ἀγαθῆς καταστροφὴν τοῦ βίου λαμβάνει παρὰ θεοῦ, ἵν' αὐτὸς μὲν θάπτων ἐκποδῶν τοῖς πράγμασι γένηται, ἕτερος δὲ τις τῶν θείων προαιρετικώτερος τὴν τε ἀρχὴν παραλάβῃ καὶ ἅμα τὰ τῷ θεῷ 20 δοκοῦντα ὑπουργήσῃ εὐθύς.

Δι' ὃ σὲ δὴ, γένοι μὲν ἀδελφὸν ὄντα ἐκείνου, ἀρετῇ δὲ πολλῷ διαφέροντα ἢ τὰ πάντα διοικοῦσα πρόνοια εἰς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν ἀγαγοῦσα καθίστησιν, ἵνα τῶν θείων πραγμάτων ἀμελήται μηθὲν ἐκ μηδεμιᾶς τῶν περὶ τὸν ἀνθρώπινον τουτονὶ βίον προφάσεως. Ὅθεν δὴ καὶ σκεπτέα σοι νῦν ἔστι 25 καὶ προνοητέα σιθὲν παντί, ὅπως μὴ καὶ σὺ πάλιν τῶν αὐτῶν ἐκῶν ἀμελήσας καὶ μὴ καλῶς τῷ θεῷ ὑπουργηκῶς θελήματι κοινωνὸς τὰδελφῷ γενήσῃ τῶν ἴσων ἀδικημάτων καὶ τιμωριῶν, ὡς εἰκός, τῶν αὐτῶν. Οὐ μὴ γὰρ δίκαιον οὐδὲ ὀσιον ἢ τοὺς μὴ τὴν χριστιανῶν ἐνωσιν καὶ ὁμόνοιαν ἀποδεχομένους καὶ πράσσοντας μοίρας ἂν οἴεσθαι τυχεῖν τῆς οὐρανῶν βασιλείας ἢ χάριτος ἡστινοσοῦν παρὰ τοῦ θεοῦ. Ἔστι καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς τῆς χριστιανῶν εὐσεβείας ὥσπερ τι προοίμιον ἢ τοῦ ἱεροῦ συμβόλου ὁμολογία, ἐν ᾗ μίαν ὁμολογοῦμεν ἁγίαν καὶ καθολικὴν ἐκκλησίαν· ταύτην δὲ μίαν 30 ὑπάρχειν οὐχ οἷόν τε, ἂν μὴ τὰ σύμπαντα αὐτῆς μόρια ὑπὸ μίαν τυγχάνῃ κεφαλὴν ὄντα, ἧς ἄρα ἄλλως ὀρθούσης, ἰθυσούσης καὶ ἀντὶ Χριστοῦ τοῦ αἰδίου ἀρχιερέως προϋσταμένης ἕκαστον τῶν τοῦ μυστικοῦ σώματος μορίων ἐπὶ τὸ οἰκεῖον κινήσεται ἔργον. Καὶ μὲν δὴ πόλεων δυοῖν τᾶλλα μὲν ἐχούσαι ὁμοίως, ἄρχοντι δὲ μὴ οὔσαι τῷ αὐτῷ ὑπηκόοις αἴτιον τοῦ μίαν γίγνεσθαι ἡγεμονίαν ἢχιστ' ἐθέλειν οὐθὲν ἄλλο φανεῖται σκοποῦσιν ὀρθῶς ἢ τὸ τὰ ἄρχοντα δύο ὄντα καὶ μηδέτερον θα- 35 τέρω ὑπήκοον, ἀλλ' ἀλλήλων τῶν πρωτείων ἀμιλλωμένων μίαν οὐκ ἔατον γίγνεσθαι ἡγεμονίαν τῶν ὅλων. Οὐκ οὐδὲ χριστιανοῖς οἷόν τε μίαν ποτὲ ἐκκλησίαν συστήναι ἐκ τῶν μηθὲν σφᾶς αὐτοὺς τάσσειν ὑφ' ἕνα ἄρχοντα ἐθελόντων. Οὐ γὰρ ἔστιν ὃ τι πολιτείας ἡντιναοῦν μίαν καὶ ἀδιαίρετον ἀποφαίνεται μᾶλλον τοῦ τὸ ἐν εἶναι τὸ κύριον. Ἀρχῆς μὲν γὰρ σχῆμα ἢ τέλος ἓν, κἄν πλειόνων κυριῶν κοινὸν γίγνοιτ' ἂν, ἐν δὲ κινήσεως ποιητικὸν αἴτιον εἶτ' οὖν πρώτως διατακτικὸν καὶ διευθυ- 40 τικὸν τοῦ αὐτοῦ ἐν τὸ κύριον ἐξ ἀνάγκης ἀποδεικνύει.

Τὸν τοίνυν ἐκκλησίαν ὁμολογοῦντα μίαν, τὴν εἰς πάντα μέρη τῆς οἰκουμένης προβιβασθεῖσαν, ἕνα δὴ καὶ τῆς ὅλης ἐκκλησίας ἄρχοντα τίθεσθαι χρὴ, ᾧ πειθόμενος πάντα τὸν χρόνον διατελοῖη, ἅτε δὴ ἐπὶ γῆς ἄντ' αὐτοῦ τοῦ πάντων κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ αἰδίου ἀρχιερέως, ᾧ πάντας ὑπα-

- κούειν πᾶσα ἀνάγκη. Δεῖ τοιγαροῦν τοὺς τὸ σύμβολον καὶ μίαν ἐκκλησίαν ὁμολογεῖν ἀξιούοντας ἕνα τῆς ὄλης ἐκκλησίας εἶναι ἡγεμόνα νομίζειν, ὃ πάντας πείθεσθαι ἀναγκαῖον εἶη, ὡς τὰ τε σχίσματα ὁπόσα δὴ καὶ γέγονε πώποτε περὶ τὴν θεοῦ ἐκκλησίαν, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν πλὴν παρὰ τῶν μὴ βουλομένων σφᾶς ὑποτάσσειν ἐνὶ ἡγεμόνι τοιοῦτω εἰσερρῆη τοῖς τε ἕξω ποι φερομένοις τε καὶ ἀφηνιάζουσιν οὐκ ἔσθη οὐδὲ ἤτισοῦν σωτηρία· πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ὅσοι γάρ τοι μὴ ἐν τῇ Νώχου
- 15 λάρνακι ἐγκατακλείσαντες ἑαυτοὺς διασεσώκασιν, οὗτοι ὑδασι κατακλυσθέντες ἀπώλοντο πάντες, καὶ χαλεπώτερον δὲ τὰ τοιαῦτα σχίσματα κολάζει θεὸς ἢ ὅτιοῦν τῶν ἄλλων ἀμαρτημάτων. Δῆλον γάρ, ὅτι τοὺς περὶ Δάθαμον καὶ Ἀβριῶνα σχίσμα καὶ στάσιν πεποιηκότας ἐν τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ χαλεπώτερος ἐπεξήλθε τὸ θεῖον ἢ τοὺς εἰδωλολατρεῖν ἐπιβαλλομένους.
- 10 Ἄθρησον οὖν, ὦ αὐτοκράτορ, τὴν παροῦσαν ὧν ἄρχεις τύχην, καὶ σκέψαι πρὸς θεοῦ ἀκριβῶς τίσι δῆπου ἀμαρτημασιν ἔθνος τηλικούτον ὑφ' ἐνὸς ἀρχόμενον αἰεὶ αὐτοκράτορος, μυρίοις τὸ πρόσθεν εὐσθενοῦν ὀσιωτάτοις καὶ σοφωτάτοις ἀνδράσιν, εἰς τοῦτο κακοδαιμονίας ἐληλυθὸς περιεῖδε θεός, ὥστ' εἶναι νῦν πάντων ἔθνῶν κακοδαιμονέστατον, ἢ δῆλον ὅτι κείνο τὸ ἀμάρτημα αἰτιασθαι χρεῶν, ὃ φανερόν οὕτως, ὡς μηδένα ἂν ἔχειν φάναι ὑπεναντία. Καὶ μέγιστον ἄρα τοῦτο γε ὑποληπτέον
- 15 ὁπότε τὸν ἐπιεικέστατον πᾶσιν ἀνθρώποις θεὸν εἰς ὄργην τηλικαύτην παρωξυμμένον ὀρώμεν. Δῆλα δὲ ταῦτα σοὶ μάλιστα ὄντα τυγχάνει, εἴ γε νῦν σύμπασα ἢ Ἑλλάς καὶ ὅσα σχεδὸν τι πρότερον ἄλλα ὑπὸ τὸν αὐτοκράτορα ἦν εἰς τοῦτο τύχης ἐλήλυθεν, ὥστε δουλεύειν ἐλεεινότερα τοῖς Χριστοῦ ἐχθροῖς. Μέγεθος τῶντι κακοῦ καὶ τις ὑπερβολὴ ἀμαρτάδος γένος Ἑλλήνων τὸ πάλαι μέγα καὶ ἐνδοξον δοῦλον οὕτω βαρβάρους κατὰ δίκην ἀποδείκνυσι θείαν.
- 20 Ἐπισκεπτέον οὖν τίνα τῶν κακῶν τούτων ἄξιον φάναι αἰτίαν. Τὸ μὲν γὰρ Ἑβραίων γένος, ὃ θεὸς λαὸν ἑαυτῷ ἐπελέξατο καὶ ὡς ἴδιον σύστημα ἔχων ἐφίλει, δύο τὰ μέγιστα ἡμαρτηκὸς δίκην ἔδωκε. Πρῶτον μὲν γὰρ δι' εἰδωλολατρείαν αἱ δέκα φυλαὶ τοῖς Ἀσσυρίοις αἰχμαλώτοι ἀπήχθησαν εἰς Μηδίαν, καὶ τοὺς βασιλεῖς Ἰούδα μετὰ δυοῖν ταῖν ὑπολοίπων φυλαῖν Χαλδαῖοι αἰχμαλώτους εἰς Βαβυλῶνα ἀπήγαγον, καὶ διέμεινε τὸ ἔθνος δουλεῖον οὕτως ἑβδομήκοντα ἔτη· ἔπειτα δι' ἄπερ εἰς
- 25 τὸν θεοῦ υἱὸν Ἰησοῦν ἠσέβησάν τε καὶ ὕβρισαν, αἰχμαλώτοι γίνονται πάλιν, ἠνίκα Οὐεσπεσιανὸς καὶ Τίτος Ῥωμαίων στρατηγοὶ κατὰ κράτος ἐλόντες κατέσκαψαν καὶ σύμπασαν τὴν Ἰουδαίων χώραν ἐποίησαν ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους καὶ τὰ τῆς αἰχμαλωσίας δὴ ταύτης οὕτω ἔσχηκε πέρας, ἀλλ' ἔτι πᾶσα ἢ οἰκουμένη τόπος φυγῆς τε καὶ πλάνης ἀποδέδεικται Ἰουδαίων τῷ ἔθνει. Τὰ μὲν δὴ τῶν Ἑβραίων οὕτως.
- Ἑλληνας δέ, ἐπειδὴ τὴν εὐσεβεστάτην ἐδέξαντο πίστιν, οὐδὲν ἡμαρτηκὸς ὀρώμεν τοιοῦτον.
- 30 Οὕτε γὰρ οὖν εἰς εἰδώλων λατρείαν οἶδε ἀπέκλιναν οὐδεπώποτε οὕτε τι εἰς τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν ὁμοιον πεπλημμεληκότες εἰσὶ, δι' ὃ καὶ οἶοιτ' ἂν τις αἰχμαλώτους παρὰ θεοῦ τοῖς βαρβάρους παραδεδῶσθαι. Τί οὖν ἀδικούντες ἐκεῖνα πάσχουσι καὶ τί ποτε ἐξημαρτηκότες τὴν τοῦ θεοῦ ψῆφον εἰς τιμωρίαν σφίσι δεινοτάτην ἐξεκαλέσαντο; ἢ οὐθὲν καθ' ὅσον οἶόν τε ἀνθρωπίνους τεκμαίρεσθαι λογισμοῖς ἀλλ' ἢ τὸ περὶ τὸ σχίσμα ἀμάρτημα· σχίσμα, λέγω, οὗ αἴτιος μὲν περὶ τὴν θεοῦ ἐκκλησίαν Φώτιος
- 35 πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ Νικολάου πρώτου Ῥώμης ἀρχιερέως ἐγένετο, διέμεινε δὲ οὕτως ἐπὶ πολὺ ὥστε μηδὲ καθ' ἡμᾶς ἕξω τοῦ τοιοῦτου κακοῦ τὰ χριστιανῶν εἶναι. Ἡμεῖς μὲν τοίνυν περιαλωγῶς τε καὶ ἀθύμως ἔχοντες ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι ταῦτα φαιμέν, καίπερ σιωπῆ τὸν σύμπαντα χρόνον συγκρούπτεσθαι τὰ γε τοιαῦτα, μᾶλλον δὲ λήθης ἀφανισθῆναι βυθῷ διαφερόντως βουλόμενοι. Οὐ μὴν ἀλλ' εἴ τις τραῦμα ἔχων βοηθείας ἰατρικῆς τυγχάνει δεόμενος, ἀπογυμνῶσαι δεῖ καὶ δεῖξαι τῷ ἰατρῷ
- 40 τὴν πληγὴν, ἔν' ὅδε φάρμακον ἐπιθεῖς οἰκείον τὸ πάθος ἰάσθηται. Ἦδη γάρ τοι πεντακόσια σχεδὸν τι διεγένετο ἔτη ἕξ ὅτου δαίμων ὁ πάντων αἴτιος τῶν κακῶν καὶ μάλιστα τοῦ περὶ τὴν ἐκκλησίαν σχίσματος καὶ τῆς τοιαύτης διαιρέσεως αὐτουργὸς τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίαν ἀπέστησε τῆς

πρὸς τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα ὑπακοῆς, Πέτρου διάδοχον ὄντα καὶ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου σχῆμα φέροντα, καὶ μυρία μὲν πράγματα πέπρακται, πολλαὶ δὲ γέγονασι ξύνοδοι, πλεῖστοι δὲ ἐπέμφθησαν πρέσβεις, ἵνα τῷ περὶ τὴν ἐκκλησίαν τραύματι τουτῷ παρασκευάσαιντο ἴασιν.

Τέλος δέ, θεοῦ ταύτη προνοουμένου, ξυνόδου γενομένης ἐν Φλωρεντία καὶ Φερραρία, πόλεισιν ἀξιολόγοις τῆς Ἰταλίας, Ἰωάννης Παλαιολόγος αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων σὺν πολλοῖς τῶν ἐν τέλει καὶ 5 εὖ γεγονότων Ἑλλήνων καὶ Ἰώσηπος Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης μετὰ πολλῶν μητροπολιτῶν καὶ ἐπισκόπων καὶ ἀρχιμανδριτῶν καὶ ἄλλων ἱεροτίμων εἰς ταῦτὸ συνελθόντες ἅμα τῷ Ῥώμης μεγίστῳ ἀρχιερεὶ Εὐγενίῳ τετάρτῳ, ἐγγύτατα πρὸ ἡμῶν ἀρχιερατεύσαντι, καὶ τοῖς περὶ τὴν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν καρδηνάεσι καὶ πολλοῖς τῶν Ἑσπερίων ἱεροτίμων πάντα ἐσπουδάκασι τε καὶ πεπονήκασιν ἐφ' ᾧ τὴν περὶ τὸ πολυετές τουτὶ σχῆμα διαφορὰν διαλύσασθαι. Καὶ δὴ τελευτῶντες, συναιρομένου 10 θεοῦ, τὰ μὲν δυσχερῆ τε καὶ ἄπορα πάντα διαλυσάμενοι πεποιήκασιν ἐκποδῶν, ψήφισμα δὲ εἶτ' οὖν θέσιν καὶ ὄρον ἐνώσεως τοιοῦτον γνώμη ἐξενεγκότες κοινῇ ἀνεκήρυξαν.

Πέπρακται μὲν οὖν ταῦτα μάρτυρι πάσῃ τῇ οἰκουμένη καὶ ὁ τῆς ἐνώσεως ὄρος ἑλληνιστί τε καὶ Ῥωμαϊστί γεγραμμένος διεπέμφθη ἀπανταχοῦ. Μάρτυς Ἰβερία πᾶσα πολυθρύλητος χώρα, εἰς τέτταρας 15 χριστιανῶν βασιλείας εὐδαιμονεστάτας διαιρουμένη, Καστελλιανὴ δηλονότι καὶ Ἀραγονίαν καὶ Πορτογαλλιανὴν καὶ Ναβαριαν. Μάρτυς Βρεττανία νῆσος μεγίστη τῇ ἠπειρῷ παρακειμένη. Μάρτυς Ἰβέρνη τε καὶ Σκοτία νῆσοι μεγάλαι πελάγιοι. Μάρτυς Γερμανία, χώρα ἐπὶ πλεῖστον πλάτει τε καὶ μήκει ἐκτεταμένη καὶ πανταχῇ πολυανθρωποτάτη. Μάρτυς ἡ τῶν καλουμένων Δάμων ἀξιόλογος χώρα. Οἶδασι πάντες Νωρβέγιοι καὶ Συέτιοι, γένη ἔσχατα πρὸς ἄρκτον οἰκοῦντα. Οἶδεν ἡ Πολωνῶν ὀνομαστὴ 20 βασιλεία. Μάρτυς πᾶσα ἡ Κελτικὴ ἀπὸ τῆς ἕξω θαλάττης ἐπὶ τὴν ἐντὸς μέχρι τοῦ Λιγυστοῦ καθήκουσα κόλπου, μεταξὺ Γερμανῶν καὶ Ἰβήρων κειμένη καὶ τῶν περιοίκων αὐτῶν μηθὲν τὰ περὶ τὴν θρησκείαν διαφέρουσα. Ἐὼ λέγειν Ἰταλίαν, χώραν οὐδεμιᾶς τῶν ἄλλων ἐλάσσω, ἢ δὴ τοσαύτας τοῦ τοιοῦτου ψηφίσματος ἴσχει ἀναγραφὰς ὄσας καὶ πόλεις. Πάντα μὲν οὖν τάδε τὰ γένη, τὸν γεγόμενον εἰληφότα ὄρον, εὖ οἶδεν, ὅτι τὸ ἐκ πολλοῦ σχῆμα ἐκεῖνο γένοιτο δὴ ἐκποδῶν ἐπὶ μάρτυρι Ἰωάννη Παλαιολόγῳ αὐτοκράτορι καὶ Ἰωσήφῳ πατριάρχῃ καὶ πᾶσιν ὅσοι ἐξ Ἑλλάδος εἰς Ἰταλίαν ἀφικόμενοι 25 τῇ συνόδῳ παραγεγόνασιν, ὧν τὰ ὀνόματα πρὸς ἀκρίβειαν τῷ ψηφίσματι ὑπογεγραμμένα ἐστίν.

Ἦδη δὲ καὶ πολλὰ παρελήλυθεν ἔτη ἐξ οὗ ταῦτα ἐπράχθη· ἀλλ' ὁμως παρ' Ἑλλησιν ἡ τοιαύτης ἐνώσεως θέσις σιωπᾶται ἔτι καὶ λέληθε, καὶ οὐδ' ἐλπὶς ἐστίν, ὡς ἔοικεν, οὐδεμίᾳ δέξασθαι ποτε τὰ ἐψηφισμένα ὑπὲρ ὁμονοίας τε καὶ ἐνώσεως. Ἀναβολαὶ γὰρ αὐτοῖς ἐπ' ἀναβολαῖς αἰεὶ γίνονται καὶ προφάσεις τε καὶ ἀπολογίαι αἱ αὐταὶ παντάπασιν ἐφ' ἐκάστοις. Μὴ γὰρ οἰέσθωσαν Ἑλληνας οὕτω 30 παντὸς στέρεσθαι νοῦ τὸν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέα καὶ πᾶσαν τὴν ἐσπέριον ἐκκλησίαν, ὥστε μηθὲν συνιέναι ἔχειν ποῖ' ἄττα παρ' ἐκάστην ἀναβολὴν αὐτοὶ ἀποκρινόμενοι ῥαψωδοῦσιν. Εὖ μὲν γὰρ πάντα συνίμεν, ἀνεχόμεθα δὲ ἀποβλέποντες εἰς Ἰησοῦν τὸν αἰδῖον ἀρχιερέα καὶ κύριον, ὃς τὴν ἄκαρπον ἐκείνην συκὴν διατηρῆσαι ἄχρι τρίτου ἔτους ἐκέλευσε, τοῦ γεωργοῦ ἀποκόπτειν ἤδη τὸ φυτὸν ἀξιοῦντος διὰ τὸ μηδένα φέρειν καρπόν. 35

Ἀπόκρισις μὲν οὖν ἦδε σοι παρ' ἡμῶν, ὃ αὐτοκράτωρ· ὅτι καὶ ἡμεῖς δὴ ὑποκρινόμενοι διατελέσομεν, ἕως πρὸς τὰ παρ' ἡμῶν τάδε γράμματα ἀποκρίνη. Καὶ ἦν μὲν ὑγιέστερον βουλευσάμενος μετὰ τῶν εὐπατριδῶν καὶ δημοτῶν τὴν τῆς ἐνώσεως παραλάβης θέσιν καὶ στέργων τοῖς γενομένοις διατελέσης, ἔξεις ἡμᾶς τε καὶ τοὺς ἡμετέρους ἀδελφοὺς καρδηνάεις καὶ πᾶσαν ἀπλῶς τὴν ἐσπέριον 40 ἐκκλησίαν συμπράσσοντάς σοι αἰεὶ τὰ περὶ τὴν σὴν ἀρχὴν καὶ τιμὴν τὴν σύμπασαν προθυμότατα· εἰ δὲ μή, ἴσθι τοιαῦτα ἄττα ἐξ ἀνάγκης προνοησομένους οἶα δὴ εἰς τιμὴν μὲν ἡμετέραν, εἰς σωτηρίαν δέ, δεῖ γὰρ οὕτως εἰπεῖν, τῶν ὑμετέρων ψυχῶν συνοίσει γενόμενα.

Ἴνα δ' ἀρχὴν τῶν ἀμεινόνων τοιαύτην δὴ ποιησάμενος πρόδηλος εἴης καὶ τᾶλλα πάντα προσθήσων καλῶς, πρᾶττε ὅπως ὁ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἐπανήξει θρόνον,

καὶ ἐπανάγοντι αἰδῶ καὶ τιμὴν καὶ ὑπακοὴν πάντας ἀπονέμειν διατάξαις, ὅσην δεῖ κατὰ λόγον ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος, ὥστε μηκέτι τὸν ἐν ἀξίᾳ ὄντα τοιαύτη καθάπερ τινὰ τῶν εὐτελῶν ἱερέων διάγειν τὸν βίον, ἀλλ' ὡς δεῖ τὸν ἀληθῆ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην. Μηδενὶ οὖν τῶν ὁσίων πραγμάτων ἄνευ τῆς αὐτοῦ πατριάρχου γνώμης καὶ αὐθεντίας μηδεὶς κἄν εἰ ὅπως δὴ καὶ ἔχοι ἀξίας, τολμάτω ἐπιχειρεῖν, ἀλλ' αὐτὸς τοὺς ἐκ τοῦ ἱεροῦ κλήρου πάντας διαταττέσθω, αὐτὸς πάσας τὰς τῆ ἀρχιερατικῆ ἀξίᾳ ὑποκειμένας ἀρχὰς εἴτ' ἐν Κωνσταντινουπόλει εἴτε ὅπου οὖν τῆς οἰκείας λήξεως κατὰ τὸ δοκοῦν διοικεῖται. Μηδέ τις ταῖς αὐτοῦ διατάξεσιν, ἃς αἰεὶ γίνεσθαι κατὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας πειθόμεθα, τολμάτω ἐναντιοῦσθαι. Πρὸς δὲ τούτοις τοῦνομα τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως ἐν τοῖς ἱεροῖς γεγράφθω διπτύχοις, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ μνημονευομένου εὐχέσθω ἢ τῶν Ἑλλήνων ἅπαντα ἐκκλησία, καθάπερ τῶν τε ἄλλων οἱ τὰ ἀμείνω ἐλόμενοι καὶ αὐτοκράτορες καὶ πατριάρχαι διατηρηκότες ἄρχι τοῦδέ εἰσιν.

Εἰ δέ τινες τῶν ἐν τῷ ὄρω λεγομένων ἄττα συνιέναι οὐχ οἰοί τε, ἔστω σοι διὰ φροντίδος πέμψαι αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς. Σὺν θεῷ γὰρ ἱκανῶς τὰς αὐτῶν ἀπορίας ἀπομακρινάμενοι διαλύσομεν καὶ τιμήσαντες τοὺς ἄνδρας καὶ δωρησάμενοι ἀποπέμψομεν χαίροντας.

Ταῦτα, νιὲ προσφιλέστατε, τοῖς τε παρὰ σοῦ γράμμασι καὶ τῷ πεμφθέντι πρὸς ἡμᾶς πρεσβευτῆ ἀποκρίνασθαι ᾗθήθημεν χρῆναι. Σὺ δὲ κατὰ λόγον τῆς ἐνούσης ξυνέσεως καὶ παιδεύσεώς σοι σπεῦσον οὕτω τοῖς πράγμασιν ἐπαρκέσαι, ὥστε τὸ φρονιμωτάτου καὶ εὐσεβεστάτου αὐτοκράτορος ἔργον θεῷ ἅμα καὶ ἀνθρώποις παρεσχηκὸς φανῆναι παντάπασι. Ἐρρωσο καὶ εὐτύχει.

Ἐν Ῥώμῃ, ἔτει τῆς τοῦ κυρίου ἐνιαυτοῦ χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ πεντηκοστῷ πρώτῳ, 20 πέμπτη πρὸ καλανδῶν ὀκτωβρίων, ἐνιαυτῷ τῆς ἡμετέρας ἀρχιερατείας πέμπτῳ.

## 305.

*Nicolaus Timotheum archiepiscopum Tarsensem constituit exemptum.*

1453 apr. 11 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 425, 87<sup>r</sup>-88<sup>v</sup>. In margine: Pe[trus] de Noxeto.*

NICOLAUS ETC. VENERABILI FRATRI TIMOTHEO ARCHIEPISCOPO TARSSENSI, SALUTEM ETC.

Sedis apostolice circumspecta benignitas, licet cunctos christifideles presertim pontificali dignitate peditos speciali caritatis vinculo complectatur, illos tamen solet diligentius sue protectionis et defensionis auxilio confovere ac specialibus prosequi favoribus et 25 gratis, qui ipsorum antiquis de novo abdicatis erroribus Romanam ecclesiam in suam omniumque fidelium matrem recognoscentes et magistram illam ut talem venerantur ac pia devotione prosequuntur et fide.

Hinc est, quod nos te, qui olim etiam tunc de Caldeorum natione et in illa Tarsensis archiepiscopus existens sacratissimam Occidentalis et Orientalis ecclesie unionem per

24 spetialibus Ms. 27 prosquuntur Ms.

21 *Timotheus metropolita chaldaeorum Tarsensis, coloniam catholicam chaldaeam Cyprī regens; cf. de eo doc. n. 302, pag. 128-129.* 26 *cf. concilium Later. IV (1215), cap. 2, apud DENZINGER 433.*



felicitatis recordationis Eugenium papam III predecessorem nostrum in Florentino concilio factam et saluberrimum synodale decretum desuper inibi editum in omnibus suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, preceptis et statutis omnemque doctrinam in ipso descriptam necnon quicquid tenet et docet dicta sedes et ecclesia, cum omni devotione et obedientia acceptasti et recepisti et tanquam verus obedientie filius ipsam 5 ecclesiam ut matrem magnis cum fide et devotione amplexus et persecutus fuisti ac prosequeris de presenti, his prerogativis, favoribus et gratiis prosequi volentes, per quos in fide et devotione predictis firmus insistes necnon anime tue salutatur,

tuis in hac parte supplicationibus inclinati te ab omnibus iurisdictione, dominio, superioritate, potestate, correctione et visitatione venerabilis fratris nostri Antiocheni et quorumcumque aliorum patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum aliorumque Ordinariorum ecclesiarum et laicorum necnon eorum vicariorum, officialium et iudicum quorumlibet quocumque nomine censeantur, in te iurisdictionem aliquam de consuetudine vel de iure quomodolibet habentium, quoad vixeris, auctoritate apostolica tenore presentium prorsus eximimus et totaliter liberamus atque liberum et immunem ac exemptum ab 15 eisdem fore statuimus ac nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intransibis ipsi sedi immediate subiacere ac subesse decernimus;

ita quod ipsi patriarche, archiepiscopi, episcopi, vicarii, officiales et iudices vel eorum aliquis etiam ratione delicti vel contractus aut rei, de qua agitur, ubicumque committatur delictum, iniatur contractus aut res ipsa consistat, in te utpote prorsus exemptum nullam 20 possint iurisdictionem, potestatem, superioritatem vel dominium quomodolibet exercere, sed dumtaxat super premissis et aliis quibuscumque coram dicta sede seu legato vel delegato illius tenearis de iusticia respondere, felicitatis recordationis Innocentii pape III etiam predecessoris nostri circa exemptos edita, que incipit 'Volentes' ac aliis apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque;

decernentes exnunc omnes et singulos processus necnon excommunicationis, suspensionis et interdicti aliasque ecclesiasticas sententias, censuras et penas, quos haberi et quas promulgari et quicquid fieri vel attemptari contra exemptionem huiusmodi per patriarchas, archiepiscopos, episcopos et alios supradictos vel aliquos eorum scienter vel 30 ignoranter contigerit, irrita et inania nulliusque fore roboris vel momenti;

districtius quoque inhibentes patriarchis, archiepiscopis et ceteris supradictis necnon omnibus et singulis ecclesiasticis, secularibus ac laicis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, nobilitatis vel conditionis fuerint et etiam si patriarchali, archiepiscopali, episcopali, regali, reginali (!) seu alia quavis etiam maiori ecclesiastica seu mundana dignitate prefulgeant, sub excommunicationis pena, quam eo ipso contrafacientes incurrant, ne in te aliquam iurisdictionem, dominium et potestatem exercere aut te, quominus, quando et quotiens tibi placuerit, ad Romanam curiam personaliter pro tue voluntatis libito accedere possis, per se vel alium seu alios directe vel indirecte impedire quoquomodo presumant;

et insuper, ut anime tue fructuosius salutatur tuque in pacis et quietis dulcedine 40 altissimo valeas famulari, te ab quibuscumque et quocumque ac etiam quantumcumque

10 Anthioceni Ms. 20 *expectaretur* ineatur. 29 quicquid Ms.

24 cf. FRIEDBERG II, 1082-1083.

gravibus criminibus, excessibus atque delictis per te hactenus forsā commissis necnon quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure vel ab homine promulgatis, quibus forsā apostolica seu alia quavis auctoritate quomodolibet innodatus existis, in casibus eciam sedi predictae re-  
 5 servatis, etsi talia crimina, excessus atque delicta fuerint, quod sub generalitate reservatorum eidem sedi casuum non comprehendantur et quoad ipsorum absolutionem de illis eorumque nominibus, cognominibus, qualitatibus et circumstantiis specifica et expressa mentio facienda sit, que omnia et singula presentibus volumus pro expressis et debite specificatis, absolvimus penitus et absolutum fore censemus, ipsaque crimina, excessus  
 10 atque delicta tibi omnino remittimus ac tecum super quacunque irregularitate quavis occasione contracta dispensamus omnemque a te inhabilitatis et infamie maculam sive notam per te premissorum occasione contracta abolemus; ita quod super premissis inquiri nullatenus possis nec contra te alias quoquomodo procedi valeat.

Volumus autem, quod iniungendam tibi propter premissa per confessorem, quem  
 15 ad hoc duxeris eligendum, penitentiam salutarem omnino peragere tenearis. Alioquin presentes littere quoad dictam absolutionem, abolitionem et dispensationem nullius sint roboris vel momenti.

Cupientes autem, ut presentes nostre littere votivum sortiantur effectum, mandamus per apostolica scripta venerabili fratri nostro Spoletanensi et dilectis filiis, archidiacono  
 20 ecclesie Pafensis ac vicario in spiritualibus generali venerabilis fratris nostri episcopi Famagustanensis, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios in premissis tibi efficacis defensionis auxilio assistentes non permittant te per patriarchas, archiepiscopos et ceteros supradictos contra tenorem presentium quomodolibet molestari, impediri seu eciam perturbari;

et nihilominus illos ex supradictis, quos excommunicationis sententiam huiusmodi  
 25 [incurrisse] constiterit, tamdiu dominicis aliisque festivis diebus in ecclesiis, dum inibi maior populi multitudo convenerit ad divina, excommunicatos publice nuntient et ab aliis nuntiari faciant necnon ab omnibus arctius evitari, donec sic excommunicati spiritum assumentes consilii sanioris, a nobis vel sede predicta absolutionis beneficium et reconciliationis gratiam ab excommunicationis sententia huiusmodi meruerint obtinere;

30 contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, convocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Non obstantibus omnibus supradictis aut si patriarchis, archiepiscopis, episcopis et ceteris prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indul-  
 35 tum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Nulli ergo etc. nostre exemptionis, liberationis, statuti, constitutionis, inhibitionis, absolutionis, remissionis, dispensationis, abolitionis et voluntatis infringere etc. Si  
 40 quis etc.

Datum Rome apud S. Petrum, anno etc. millesimo quinquagesimo tertio, tertio idus aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

Gratis de mandato domini nostri pape.

306.

*Nicolaus V Iacobum archiepiscopum Ragusinum legatum in Graeciam mittit.**1453 apr. 29 Romae.**Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 425, 111<sup>r</sup>-111<sup>v</sup>. In margine: Poggius.**Edd. RAYNALDUS, ad annum 1453, n. 2; hic primam partem epistolae edidit; THEINER, Vetera monumenta Slavorum meridionalium. 1 (Roma 1863) 409-410.**Commemoratur apud VON PASTOR, Geschichte der Päpste, I, 590.*

NICOLAUS ETC. VENERABILI FRATRI IACOBO ARCHIEPISCOPO RAGUSINO IN CIVITATE CONSTANTINOPOLITANA AC ALIIS CIVITATIBUS NECNON PROVINCIIS, INSULIS, TERRIS ET LOCIS TAM CARISSIMO IN CHRISTO FILIO NOSTRO CONSTANTINO ROMEORUM IMPERATORI QUAM DILECTIS FILIIS NOBILIBUS VIRIS EIUS, FRATRIBUS AC DUCI ET COMMUNITATI IANUNENSI IN PARTIBUS GRECIE SUBIECTIS, APOSTOLICE SEDIS LEGATO, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM. 5

Divina disponente clementia in suprema dignitatis atque auctoritatis tamquam specula constitutos cotidiana sollicitudo et christifidelium cura nos urget et a[d]monet, ut circa locorum christifidelium defensionem et eorum presertim, qui sunt propinquiore hostibus fidei Yhesu Christi, eo diligentius invigilemus et nostre defensionis auxilium impendamus, quo maiora discrimina ex eorum periculis et damnis possent in christiano 10 populo pervenire.

Cum ergo, quod non absque mentis amaritudine referendum est, intelleximus perfidos Teucros tam per terram quam per mare cum magno exercitu et classe velle obsidere et expugnare civitatem Constantinopolitanam et deinde alias Grece partes fidelium invadere, nos ad illorum conatibus, quantum nobis permittitur, obviandum 15 et ad partes illas nostris et aliorum fidelium presidiis defendendas, cum certam classem iuxta facultatis nostre possibilitatem parari procuraverimus, matura super hoc deliberatione prehabita, de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio te, prudentia et doctrina peditum, in rebus agendis expertum ac in nostris et Romane ecclesie pluribus negociis laudabiliter versatum, ab altissimo quoque plurimarum 20 virtutum aliarum dono insignitum, nostrum et sedis apostolice legatum et cum potestate legati de latere ad prefatas civitates, provincias, insulas et loca tanquam bonum fidei propugnatores destinamus, ut confisus in eo, cuius est opem ferre indigentibus, classi nostre presis et ad civitatum et partium prefatarum loca accedens, omnium et singu-

7 amonet Ms. 9 dilligentibus Ms. 18 post cardinalium duo puncta indicata sunt.

1 Iacobus Veniero de Recanati archiepiscopus Ragusinus (Ragusa, Dubrovnik) 1440-1460(?); hic die 29 (non 28 apr., sicut MARINESCU scribit) apr. 1453 legatus pontificius pro Oriente et caput classis in adiutorium Constantinopolis constituitur; cf. de eo Fr. KAISER, Papst Nikolaus V. und das Vordringen der Türken, in periodico Historisches Jahrbuch 6 (1885) 225, et Const. MARINESCU, Le pape Nicolas V et son attitude envers l'empire byzantin, Actes du IV<sup>e</sup> congrès international des études byzantines = Bulletin de l'institut archéologique bulgare 9 (1935) 338-339. 3 Constantinus XI Palaeologus imperator byzantinus 1448-1453.

lorum tam principum quam populorum et singularum personarum pro defensione Gre-  
 corum prefatorum auxilia implores ac omnia et singula agas, facias et disponas, que tibi  
 pro defensione, tuitione et statu civitatum, provinciarum, insularum et partium prefatarum  
 adversus Teucrorum potentiam et insultus tibi videbuntur quomodolibet expedire. Nos enim  
 5 tibi omnia et singula tam per mare quam per terram, que ad defensionem huiusmodi et  
 oppugnationem infidelium cognoveris expedire, mandandi, agendi, faciendi et disponendi,  
 necnon principes, populos et singulares personas tam seculares quam ecclesiasticas, cuius-  
 cumque status aut condicionis fuerint, ut tibi favores et opportuna auxilia subministrent,  
 requirendi, [h]ortandi et monendi ac eisdem auctoritate nostra, prout opus fuerit, man-  
 10 dandi, contradictores quoque quoslibet et tibi non parentes eadem auctoritate per cen-  
 suram ecclesiasticam mandandi, excommunicationisque ac suspensionis et interdicti sen-  
 tentias contra ipsos promulgandi necnon omnia alia et singula agendi, exequendi et  
 disponendi, que pro executione et perfectione premissorum utilia aut necessaria vide-  
 buntur, plenam et liberam eadem auctoritate facultatem concedimus et etiam potestatem.  
 15 Tu igitur onus tibi iniunctum sic prudenter, solícite et fideliter exercere procures, quod  
 sperati fructus ex tua prudentia proveniant ac preter retributionem nostram eterna premia  
 consequi merearis.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadrin-  
 gesimo quinquagesimo tercio, III kal. maii, pontificatus nostri anno septimo.

20

De curia.

Io[annes] de Cremonensibus.

## 307.

*Nicolaus V christifideles hortatur, ut Georgium principem Rasciae (Serbiae) in pugna  
 adversus infideles adiuvent, prohibetque, ne propter ritum graecum molestetur.*

1453 oct. 24 Romae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 427, 117°-118°. In margine: Pe[trus] Lanensis.*

*De actis et caractere Georgii Branković, principis Serbiae (1427-1456) cf. Constantin JIRE-  
 ŤEK, Geschichte der Serben (Hermann ONCKEN, Allgemeine Staatengeschichte. Erste Abteilung,  
 Geschichte der europäischen Staaten. 38. Gotha 1918) II, 1 pag. 161-208; Vjekoslav KLAČIĆ -  
 Ivan VON BOJNIČIĆ, Geschichte Bosniens. (Leipzig 1885) 350 sqq.*

NICOLAUS ETC. UNIVERSIS ET SINGULIS CHRISTIFIDELIBUS SALUTEM ETC.

Decet Romanum pontificem ex debito sui pastoralis officii eos, qui christiane fidei  
 oppugnatores impugnant, favoribus prosequi ac ipsorum statui salubriter providere.

25 Dilectum itaque filium nostrum nobilem virum Georgium illustrem regni Rasie

8 condictionis Ms. 9 ortandi Ms.

25 Georgius Branković concilio Florentino iuxta testimonium Andreae DE SANTACROCE interfuit (cf. ed.  
 Hor. IUSTINIANUS, Acta concilii Florentini, Romae 1638. 73). Sed de eius fidelitate erga decretum unionis grave  
 dubium adest, sicut ex epistola Ioannis de CAPESTRANO O. F. M. scripta Calixto III papae, circa mensem iul.

dispotum ac Alben., Rane totiusque Usore dominum paterna caritate licet absentem in  
 tuentes et quod animose, constanter ac viriliter quantove desiderio flagret et incensus sit  
 contra perfidissimos Teucros et infideles cum omni suo potentatu congrredi et pro verissima  
 ac indubitata Christi fide ad eligendam enervandamque eorum pravam et iniquam intentio- 5  
 nem in christicolos se obicere digna consideratione pensantes, atque ideo huiusmodi lau-  
 dabile propositum suum confirmare nedum volentes in domino, sed augere; ut cum dei  
 omnipotentis auxilio quietius et tutius adimpleri possit et ex tam pio ac bono opere  
 meritum consequatur, auctoritate apostolica et presentium tenore stricte precipiendo  
 mandamus omnibus et singulis principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus,  
 communitatibus necnon universitatibus et personis quibuslibet tam ecclesiasticis quam 10  
 secularibus cuiusvis status, dignitatis, gradus et preeminentie extiterint, quatenus prefatum  
 despotum, filios, familiam, subditos et vaxallos suos ac homines sub exercitu suo mili-  
 tantes, quando et quotienscunque cum predictis gentibus ac hominibus suis ad bellum  
 contra dictos Teucros et infideles se preparare eumque ac filios suos pugnare contigerit,  
 nullatenus in dominio suo vel terris, castris, villis et locis quibuscunque sibi subiectis ac 15  
 omnibus rebus et bonis suis ubicumque et in quibuscunque locis consistentibus inquietare,  
 turbare, molestare, vexare, invadere, dannificare, ledere et violentiam vel offensionem ullam  
 eis inferre per se vel alium seu alios aliquo quesito colore, pretextu, occasione vel causa,  
 palam vel occulte aut alio quovis modo presumant sub pena excommunicationis late sen-  
 tentie, anathematis et perditionis eterne; quin ymo ob reverentiam dei in exterminium 20  
 et confusionem dictorum Teucrorum ac infidelium suis assistant consiliis et favoribus op-  
 portunitur.

Insuper quia ad aures nostras pervenit nonnullos fuisse et esse invasores, vastatores,  
 violatores et offensores ymaginum ac picturarum ecclesiarum et piorum locorum eorun-  
 dem deturpatores, ad evitacionem deterioris scandali, quod inde posset obvenire et ut 25  
 predictus dispotus ac sui contra prenomatos christiani nominis inimicos ferventius ani-  
 mentur, eadem auctoritate et harum serie antedictis invasoribus, vastatoribus, violatoribus,  
 offensoribus, deturpatoribus omnibusque aliis et singulis quicumque fuerint et sint, damus

1 dispotum] *una vice in documento adhibetur vocabulum* despotus || Alben.] *lege* Albanie || Rane] *lege*  
 Rame || Usore *cum linea superducta Ms.* 7 adimpleri] *subintelligas* propositum. 18 pretestu *Ms.* 20 per-  
 dicionis *Ms.*

1455, (cf. Eus. FERMEŃZIN, *Acta Bosnae = Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium*. 23. Zagreb 1892, pag. 224) apparet: nam cum proximis diebus colluctus essem cum despota Rasciae, qui hic (Javari-  
 rini, Győr, Raab in Hungaria) a dominis et baronibus huius regni Hungariae auxilium pro tulandis dominiis  
 suis et recuperandis deperditis postulabat, inveni eum adeo male sentientem de fide catholica, et in erroribus suis  
 pertinaci duritia perseverantem... (pag. 225). Praeterea non ex bona informatione a felicitis recordationis Nicolao  
 papa, praedecessore vestrae sanctitatis, impetravit bullam non satis dignam, cuius copia his alligatur. Cuius prae-  
 textu praedical fidem suam optimam esse et confirmatam a sede apostolica et multis argumentis dilatat fimbrias  
 suas vigore huius. Gloriatu proinde habuisse a praefato praedecessore vestrae sanctitatis bullam aedificandi novem  
 loca in regno Hungariae, ubi manulenero vult calogeros graecos, qui omnino dicunt Spiritum sanctum non pro-  
 cedere scilicet a filio; qui negant purgatorium esse, qui inficiantur animas quoruncunque sanctorum nullam  
 gloriam usque ad diem iudicii habere; nec animas quoruncunque damnatorum aliquam poenam pati usque ad  
 iudicium, et multa alia, quae longum esset enarrare. Cf. etiam Iohannes HOFER C. SS. R., *Johannes von Ca-  
 pestrano* (Innsbruck 1936) 604.

etiam sub dicta pena in mandatis, ne picturas ipsas ac ymagines de cetero invadere, **va-**  
**stare, violare ac deturpare audeant.**

Ceterum cum dispotus ipse cum suis amplectatur et teneat formam fidei, que in **sacro**  
ycumenico concilio Florentino ab Occidentali et Orientali ecclesia, que ibi convenit, **diffi-**  
5 **nita est, volumus et apostolica auctoritate mandamus, ne quicumque cuiuscumque condi-**  
**tionis existat, ipsum aut suos perturbare, irritare vel compellere possit aut debeat, ut**  
**alios ritus seu ceremonias sequatur aut teneat quam huc usque tenuerit, ritum Grecum**  
**sequendo, sicut etiam prefatum concilium ordinavit ac statuit.**

Datum Rome apud S. Petrum, anno etc. M<sup>o</sup> quadringentesimo quinquagesimo tertio,  
10 non. kal. novembris, pontificatus nostri anno septimo.

De curia. Duplicata. Io[annes] de Cremonensibus. Io[annes] de Ciechinis.

# SUPPLEMENTUM

AD PARTES I-II





*Martinus V Petrum (de Fonseca) cardinalem S. Angeli constituit legatum apostolicum in Graecia et in reliquo Oriente ritus byzantini.*

*1420 ante apr. 22 Florentiae.*

*Quamquam epistola pontificia particularis, in qua Petro de Fonseca cardinali legatio apostolica in Graeciam committitur, neque in copiis coaevis neque in originali a me inventa est, nihilominus non est dubitandum de mandato pontificio huius muneris. Nam in compluribus documentis Martini V de hac re est sermo. Legimus in epistola, 22 apr. 1420 (Reg. Later. 209, 14<sup>r</sup>-15<sup>r</sup>):*

MARTINUS ETC. DILECTO FILIO PETRO S. ANGELI DIACONO S. ROMANE ECCLESIE CARDINALI, IN GRECIA ET NONNULLIS ALIIS PARTIBUS RITUM GRECUM COLENTIBUS APOSTOLICE SEDIS LEGATO, SALUTEM.

...Cum itaque nos nuper te ad Greciam et nonnullas alias partes ritum Grecorum cogentes pro illorum reductione et reintegratione ad gremium fidei orthodoxe apostolice sedis legatum duxerimus destinandum, prout in aliis nostris desuper confectis litteris plenius continetur, nos attendentes, quod in huiusmodi legatione et prosecutione negotiorum unionis et reductionis eorum te gravia expensarum onera oportebit de necessitate subire, et propterea cupientes tibi in premissis de alicuius subventionis auxilio providere, tuis etiam in hac parte supplicationibus inclinati...

*Legatio etiam commemoratur in epistola Martini V Theodorico archiepiscopo Coloniensi die 21 augusti 1420 missa; cf. Ep. pontif. I, n. 11, pag. 7-8. Cardinalis propter circumstantias varias legationem suam differre debuit, ita ut interim die 10 apr. 1420 in Hispaniam a papa mitteretur ad abdicationem antipapae Petri de Luna obtinendam. Occasione huius itineris morbo correptus est, qui novam causam dilationis legationis in Graeciam ei praebuit. Cum propter incursiones bellicas Turcorum concilium praelatorum graecorum Constantinopoli haberi non posset et adventus legati pontificii a Graecis non desideraretur, Martinus V, differens ad aliud tempus missionem legati, informationis causa et unionis aliquo modo praeparandae decrevit, loco legationis solemnem nuntium mittere, Antonium de Massa O. F. M., die 15 iunii 1420; cf. Ep. pontif. I, pag. 11-12. — De cetero cardinalis Petrus de Fonseca iam die 21 aug. 1422 mortuus est, quin in Graeciam veniret, in hac re similem adversam fortunam habens ac legatus in Graeciam missus, Iohannes Dominici O. P., qui Budae in Ungaria die 10 iunii 1419 diem supremum obiit; cf. Ep. pontif. I, n. 1, pag. 3 et R. LOENERTZ O. P., Archivum Fratrum Praedicatorum 11 (1941) 240. — De conatu legationis Petri de Fonseca tractavit CECCONI, pag. 8-9, R. LOENERTZ O. P., in periodico Archivum Fratrum Praedicatorum 9 (1939) 45, sicut iam indicavi in Ep. pontif. I, n. 8, pag. 6. — Iler Iohannis Dominici videtur esse unice connexum cum missione eius pontificia contra hussitismum, sicut saltem eius biographus Aug. RÖSLER C. SS. R. putat in suo libro Cardinal Joh. Dominici O. P. (Freiburg i. Br. 1893) 175-180.*

## 47.

*Eugenius IV legatis pontificiis concilii Basiliensis dat facultatem, ut cum oratoribus graecis ultimas conclusiones iuxta tenorem capitulorum inter papam et graecos concordatorum faciant, dummodo synodales Basilienses ideam concilii Constantinopolitani celebrandi acceptent.*

1435 febr. 22 Florentiae.

*Post inscriptionem epistolae Eugenii IV inter voces « Mense praeterito » (I, 39,) supplendus esse videtur « Iulio », id quod bene suspicatus est F. DÖLGER (cf. Byzantinische Zeitschrift 40 [1940] 491). Argumentum pro hac correctione facienda, que apud editores deest, ex alia epistola Eugenii papae eodem die synodalibus missa (cf. Mon. conc. 2, 789–790) desumi potest, scilicet ex loco: iam pridem orator noster, quem, ut alias scripsimus, mense iulio praeterito Constantinopolim misimus. Cum eo venerunt duo oratores carissimi in Christo filii Iohannis Paleologi Romeorum imperatoris illustris et venerabilis fratris Ioseph Constantinopolitani patriarche, scilicet dilecti filii nobiles viri Georgius et Emanuel Dissipato germani fratres ad nos destinati.*

91<sup>bis</sup>.

*Eugenius IV aliquem principem de translatione concilii Basiliensis imminente certiozem facit eumque hortatur, ut auctoritatem ecclesiae et papae contra adversarios defendat.*

[1437, versus finem sept. Bononiae].

*Copia autographa Ambrosii Traversari, Bibliothecae Vaticanae, Vat. Lat. 3911, 36°, de qua E. mus Iohannes cardinalis Mercati me certiozem fecit. In margine: Breve (postea tria puncta).*

*Chronologia ex rebus in epistola narratis, scilicet ex translatione concilii Basiliensis et ex dato chronologico epistolae praecedentis Ambrosii Traversari ad Eugenium IV, die 25 sept. [1437] Basilee et ex dato chronologico epistolae sequentis Traversari ad Eugenium IV, die 22 sept. [1437] determinari potest.*

*Persona, cui epistola destinata est, est princeps ecclesiasticus vel religiosus, forte Amedeus de Savoia.*

## EUGENIUS ETC.

Quanta sit rerum perturbatio quibusque procellis agitetur Petri navicula, ignorare non potest excellentia tua, et rebus ipsis et litteris nostris admonita. Neque ambigimus, princeps illustris, pro fide ac devotione, quam ad Romanam ecclesiam et sedem apostolicam ex antiquo maiorum tuorum et tuo instituto servasti semper et servas, quin improbos eorum conatus exhorrescas, qui sub pietatis specie scandala nutriunt et honeste

2 ignera Ms.    3 licteris Ms.    5 mayorum Ms.

reformationis vocabulo scindere ecclesiam querunt atque inconsutilem Christi tunicam, cui gentilis etiam pepercerat miles, in partes summa impietate secare nituntur. Neque enim ferre potest pectus pium et religiosa mens fidelissimi principis, in sancta ecclesia, ex qua fidei lac tenerum suxit, per quam christianus effectus est, in qua suscepit principatus insignia, cui inherendo constanter et firmiter et cuius iura intemerata servando 5 ipse a Christo domino ecclesie sponso protegitur, fieri scismatis monstrum ac per intestinum bellum discerpi matris indulgentissime viscera.

Compulsi sumus ex debito nostri officii, princeps inclite, pro evitacione imminentis scandali et pro nostre assertione iustitie atque innocentie concilium Basilee congregatum... transferre, ubi presentialiter ipsi interesse possimus. In quo quidem sic translato concilio, 10 convenientibus una nobiscum ex universo christiano orbe presulibus prelatisque aliis et gravibus viris Grecisque presentibus, ea maxima cum laude dei et bonorum omnium exultacione tractare atque agere intendimus, per que religio propagetur et floreat christiani nominis dignitas. Ostendemus illic evidentibus indiciis et apertissimis documentis nos super omnes appetere ecclesiastice dignitatis ornatum, neminemque esse ex omnibus, 15 qui saluberrime reformationis maiore capiatur ardore quam nos.

Hortamur itaque et paterno excellentiam tuam monemus affectu, ut domus dei zelum illum acrem, illum ferventem, quo uruntur precordia tua, constantissime teneas neque permittas malorum prevalere perniciose consilia, sed insurgas ex adverso et opponas te 20 adversus maligna cupientes neque scisma in ecclesia fieri ulla ratione patiaris. Confidimus in domino, princeps inclite, nihil te omissurum diligentie facturumque per omnia, per que uni as ecclesie inviolata servetur. Erit autem merces pio operi tuo consequerisque a domino nostro parata fidelibus principibus premia, si, ut firmiter credimus, ardentem institeris et partes tuas interposueris, sicuti e contra, si, quod absit, neglexeris, indignabitur 25 ille, ac per id minus consuletur temporali et perpetue saluti tue.

Datum.

### 97<sup>bis</sup>.

*Eugenius IV magistrum generalem militiae de Calatrava hortatur, ut ad concilium Ferrariense se conferat.*

*1437 sept. 24 Bononiae.*

*Bulla originalis, edita in libro Bullarium ordinis militiae de Calatrava, Madrid 1761, pagina 248, col. A-B.*

*Textus huius documenti est similis doc. n. 97 in Ep. pontif. I, 104, in cuius appendice indicatur: Similiter subscriptis, ut mittant oratores ad concilium, generalibus magistris miliciarum... de Chaltrava.*

9 post congregatum est spatium vacuum pro uno vocabulo, probabiliter Ferrariam. 13 religio duabus vicibus Ms. 14 inditiis Ms. 16 mayore Ms. 19 pernctas Ms. || pernitiosa Ms. 20 Erit autem merces duabus vicibus Ms.

1 cf. CYPRIANUS, *De unitate ecclesiae*, c. 7 = MIGNE PL 4, 504 A; HARTEL, in CSEV 3, 215. 2 cf. Ioh. 19, 23-24. 17 cf. Ps. 68, 10.

104<sup>bis</sup>.

*Eugenius IV Iohannem Franciscum (Capolista?) de adventu proximo Graecorum in Italiam certiore facit eumque hortatur, ut negotia ecclesiae promovere pergat.*

[1437 decembri – 1438 ian.] Bononiae.

*Copiae coevae saec. XVII, archivi Vaticani, Armar. 39, 7A, 364<sup>r</sup>–364<sup>o</sup>, bibliothecae Vaticanae, Barber. Lat. 878, 227<sup>r</sup>. Titulus: Eugenius Io[anni] Francis<sup>co</sup>.*

*Cum codex archivi Vaticani ex parte laesus sit, textum edimus secundum copiam Barber. (Leonis Allatii), qui ex codice priore transscriptus est, cum hic adhuc melius conservatus esset.*

*Persona cui haec epistola destinata est, fuit forte Iohannes Franciscus Capolista doctor utriusque iuris, quondam professor in universitate Paduana (Padova), imperatori Sigismundo multum acceptus et pro pace inter concilium Basiliense et papam Eugenium IV multum sollicitus; cf. de eo Iul. COGIOLA, in Conc. Basiliense V, pag. 425–428.*

*Chronologia epistolae pontificiae ex duobus factis aliquantulum determinari potest, scilicet ex itinere Graecorum in Italiam indicato et ex loco residentiae curiae pontificiae, Bononia. Graeci enim fine novembris 1437 iter ingressi sunt et curia pontificia ianuario 1438 ex Bononia Ferrariam translata est. Forte adhuc magis probabile est hanc epistolam versus diem 10 dec. 1437 scriptam esse, cum epistola similis tenoris die 10 dec. 1437 Alberto duci Austriae missa sit; cf. Ep. pontif. I. n. 104, pag. 104.*

## DILECTE FILII ETC.

Spiritus sanctus, ob cuius processionem potissime inter Latinam et Grecam ecclesias divisio orta exstitit, corda carissimi in Christo filii nostri Ioannis Romeorum imperatoris illustris et venerabilis fratris Ioseph patriarche Constantinopolitani et prelatorum Grecorum  
5 illustravit, ut divina veritas in futuro icumenico concilio omnibus innotesceret; cum nostris  
igitur galeis imperator et patriarcha memorati cum magna prelatorum multitudine pro-  
pere in Italiam venturi sunt, ad icumenicum concilium, prout ex litteris oratoris nostri  
percepimus.

Quod devotioni tue significandum esse duximus, ut una nobiscum cum vero gaudio  
10 implearis, super quorum adventu et nonnullis arduis rebus scribimus carissimo in Christo  
filio nostro S[igismundo] R[omanorum] imperatori semper augusto.

Verum quia tua filialis devotio videbit, que dicto scribimus per copias lit[te]rarum,  
quas tibi transmittimus — scribes et latius tue devotioni ex nostra commissione venera-  
bilis frater noster Ioannes episcopus Signensis, ipsius imperatoris orator — non est opus

3 estitit *Ms.*    5 oecumenico *Barber.*    7 oecumenicum *Barber.*

*7 orator pontificius fuit Christophorus Garatoni, episcopus Coronensis, qui die 20 octobris 1437 epistolam Eugenio IV scripsit, in qua haec habentur: (Graeci) se libere cum galeis sanctitatis vestre ad beatitudinis vestre conspectum venire polliciti sunt; cf. Conc. Basiliense V, pag. 336, nota 2.    9 haec epistola Eugenii IV Sigismundo imperatori scripta a me non est inventa.    14 Iohannes de Dominis episcopus Signensis (Senj, Zengg in Croatia), 1432–1440, abhinc Varadiensis (Nagy-Varad, Grosswardein), 1440–1444. Instructiones pontificiae ad eum missae cf. in Ep. pontif. I, n. 114–116.*

ea his nostris replicari; que cum a te ponderata erunt, quid agendum sit, pro tua prudentia considerare poteris. Sed quamvis neque apud dictum imperatorem neque apud te hortationibus opus sit, tantum sollicita, insta frequenter, quemadmodum magnitudo et conditio harum rerum postulat et requirit; neque tamen oportet, ut ad particularia veniamus, cum pro tua rerum experientia sine aliqua nostra instructione efficere scias, que nostris et ecclesie negotiis conveniunt et his temporibus opportuna sunt.

Quod restat, hoc est, ut eorum, que cognitione digna esse iudicaveris, continuo nos certiores facere studeas.

Datum Bononie etc.

### 109.

*Eugenius IV Ludovico Pontano notario, qui in concilio Basiliensi contra papam egerat, gratiam remissionis offert, ut ad concilium Ferrariense adducatur.*

*1437 dec. 30 Bononiae.*

*Cf. Ep. pontif. I, 112-113.*

*Ex Reg. Vat. 366, 301<sup>o</sup> has notas apponere iuvat: 1. regestum: Remittuntur dicta per eum contra personam domini nostri et personas cardinalium et datur facultas gaudendi privilegiis aliorum officialium. 2. lectio correcta: quodcumque aliud grave et enorme delictum (cf. I, 112<sub>29</sub>); ex predictis causis (cf. I, 112<sub>30</sub>).*

### 114<sup>bis</sup>.

*Eugenius IV Iulianum Cesarini cardinalem hortatur, ut ad concilium Ferrariense se conferat.*

*1438 ian. 3 Bononiae.*

*Copiae coevae XVII, archivi Vaticani, scilicet Armar. 39, 7 A, 365<sup>r</sup>-365<sup>v</sup>, bibliothecae Vaticanae, scilicet Barber. Lat. 878, pag. 458-459. Superscriptio: Legato cardinali S. Angeli.*

*Chronologia erui potest ex termino affixionis cedulae de curia pontificia ex Bononia Ferrariam transferenda (hodie cedulam affigi facimus), quae sicut ex alio documento scitur, die 3 ian. 1438 facta est.*

*Ed. CECCONI, n. 172, pag. 468-469.*

DILECTE FILI ETC.

10

His proximis diebus per litteras nostras certi tenoris in generali concistorio decrevimus atque declaravimus translationem quondam Basiliensis concilii ad civitatem Ferrariensem pro icumenico concilio ibidem celebrando, dudum per nos factam, vim et efficaciam sortitam fuisse, cum conditiones in litteris dicte translationis adiecte, adimplete et purificate fuerint.

15

11 cf. epistolam Eugenii IV die 30 dec. 1437 scriptam, in *Ep. pontif. I*, n. 108, pag. 111-112. 12 cf. epistolam Eugenii IV die 2 ian. 1438 scriptam, in *Ep. pontif. I*, n. 114, pag. 117-118.

Decrevimus insuper, ut in dicta civitate octavo die presentis mensis icumenicum concilium deo auctore principium [faciat] et deinde prosequatur ea, que ad pacem fidelium et cetera alia, quorum gratia dictum quondam Basiliense concilium congregatum extitit.

Cum autem pars quedam prelatorum Grecorum icumenico concilio venientium ad  
 5 portum Venetiarum applicuerit, et carissimum in Christo filium nostrum Ioannem Romeorum imperatorem illustrem ac venerabilem fratrem nostrum Ioseph patriarcham Constantinopolitanum cum reliqua Grecorum prelatorum multitudine ad eundem portum cum nostris galeis prope venturos esse non dubitemus, desiderio pacis fidelium inducti hodie cedulam affigi facimus, qua declaratur nos Romanam curiam ad XVIII<sup>am</sup> diem huius mensis  
 10 ad dictam civitatem Ferrariensem transtulisse.

Verum, cum hanc exoptatam et salutarem Occidentalis et Orientalis ecclesie omnes, qui christiano nomine gloriantur, ceteris rebus preponere debent, circumspersionem tuam stricte requirimus et hortamur in domino, eidem etiam in virtute sancte obedientie iniungentes, ut te subito ponas ad iter, ut ad civitatem Ferrariensem accedas, nosque de  
 15 cessu et progressibus tuis continuo facias per tuas litteras certiores, qui de tuo adventu valde letabimur, tuam semper intendentes honorare personam, integritate vite et maturitate consilii prestantem. Quas tuas virtutes nunc, cum tempus postulat, quemadmodum hactenus fecisti, in his salutaribus fidei et ecclesie negotiis ad usum suum nos et ecclesia requirimus, cui ecclesie te deus per suam gratiam dedicavit.

20 Velis itaque leto animo ad dictam civitatem accedere, et postpositis omnibus aliis maximis et necessariis negotiis deservire. Qua in hortatione finem facere decrevimus, cum circumspersionem tuam ad hoc sanctum opus componendum summo devotionis ardore inflammatum esse cognovimus, hoc dumtaxat adiicientes, ut non solum hi, qui in hac causa dei presidium et favorem exhibebunt, apud deum ipsum et homines veram laudem  
 25 assequantur et gloriam, sed tempora ipsa, quibus tot amicorum divisio in — dei clementia — unicam veritatis catholice fidei cognitionem conversa erit, felicia profecto existimari debebunt.

Datum Bononie etc.

## 121.

*Eugenius IV et concilium Ferrariense poenas ecclesiasticas contra synodales Basilienses decernunt.*

*1438 febr. 15 Ferrariæ.*

*Praeter copias coevas huius documentis, in editione Ep. pontif. I, pag. 6 indicatas, bulla originalis, solum in minima parte laesa, a me inventa est Florentiae, R. Archivio di Stato, Fondo diplomatico.*

*Propterea aliquos locos editionis meae ita in melius corrigere possum:*

2 concilium - et deinde] concilium congregatum extitit cum autem pars deo auctore principium fecerat et deinde haec verba probabiliter falso hic interiecta sunt duobus manuscriptis; erroris occasionem amanuensi dederunt eadem vocabula, quae in lineis successivis textus originalis scripta sunt || faciat] fecerat in duobus Ms. 25 amicorum] forte legendum animarum.

II, 7 <sub>3</sub>	Petri naviculam fluctibus operire moliuntur	II, 8 <sub>5</sub>	et apostolice sedis	
II, 7 <sub>30</sub>	temere ausi sunt	II, 8 <sub>10</sub>	atque etiam	
II, 7 <sub>24-25</sub>	fratribus et dilectis filiis archiepisco- pis, episcopis, electis et abba- tibus	II, 8 <sub>22</sub>	impietatibus	
II, 7 <sub>25</sub>	apud sedem apostolicam	II, 8 <sub>25</sub>	appropinquasse	
II, 7 <sub>30</sub>	litterasque	II, 9 <sub>4</sub>	hoc sacro approbante concilio	5
II, 7 <sub>32</sub>	urgentibus causis	II, 9 <sub>9</sub>	cardinalatus	
II, 8 <sub>1</sub>	conditiones in illa positas	II, 9 <sub>14</sub>	ac etiam declarantes	
II, 8 <sub>4</sub>	Sancte Crucis in Ierusalem	II, 9 <sub>24</sub>	gubernantibus	
		II, 9 <sub>28</sub>	civitatem prefatam	
		II, 9 <sub>39</sub>	aliqua portare forsitan	10
		II, 10 <sub>13</sub>	si quis autem hoc (hec?) attemptare.	

142<sup>bis</sup>.

*Eugenius IV mandat, ut bona incertis personis restituenda adhibeantur pro causa unionis Graecorum.*

1438 [maii 30] Ferrariae.

*Copia coeva archivi Vaticani, Reg. Vat. 370, 252<sup>r</sup>-252<sup>o</sup>. In margine: Hic ordinantur incerta et male ablata converti in victus et sustentationem Grecorum etc.*

*Chronologia mensis et diei est solum probabilis; eam ex dato praecedentis alicuius documenti (Reg. Vat. 370, 249<sup>r</sup>) desumpsi.*

EUGENIUS ETC. UNIVERSIS PRESENTES LITERAS INSPECTURIS, SALUTEM ETC.

Pastoralis officii cura, qua in vinea domini Sabaoth divina dispositione constituti propagationem fidei orthodoxe omnibus modis procurare astringimur, assidua nos instat instanciam, ut illa enixius intendamus, per que dei, christiane religionis et Romane ecclesie honor, amplitudo ac dignitas latius et gloriosius diffundatur. 15

Sane, cum, prout universis fere iam notum potest esse mortalibus, nos a pluribus citra temporibus omnem curam, opem et diligenciam adhibuerimus, ut Orientalis cum nostra Occidentali ecclesia uniretur, ac propterea nullis parcentes laboribus aut expensis galeas cum aliis necessariis ad civitatem Constantinopolitanam transmiserimus pro conductione carissimi in Christo filii Iohannis Paleologi Grecorum imperatoris illustris ac Ioseph patriarche Constantinopolitani cum magna prelatorum et nobilium multitudine, prout in tanta re opus fuit et in pactis, capitulis et conventionibus antea inter nos et ipsos conductis plenius continetur, 20

ac demum per gratiam omnipotentis dei imperator et patriarcha predicti cum reliqua eorum comitiva ad presentiam nostram in civitatem Ferrariensem pervenerint ac pro tractatu dicte unionis in ycumenicum Ferrariense concilium consenserint materiaque ipsa et tractatus unionis prefate agitari iam sint cepta; 25

cumque nobis, imperatori, patriarche cum omni eorum comitiva sumptus pro eorum victus, sustentatione ac pro custodia civitatis Constantinopolitane ex promissorum obliga- 30

20 necessariis Ms.

tione subministrare necessario onus incumbat, neque post multas et gravissimas expensas in eam rem per nos factas tantum expensarum onus ulterius tolerare valeamus, ad alia confugientes oportuna remedia, ne tantum bonum aut retardetur aut impediatur, tenore presentium apostolica auctoritate decernimus, statuimus et ordinamus, quod omnia et  
 5 singula relicta et legata in quibuscumque testamentis, donationibus causa mortis, codicillis aut aliis ultimis voluntatibus hactenus per quoscumque et ubicumque facta et in futurum usque ad nostrum beneplacitum facienda pro incertis etiam male ablatiis necnon pauperibus Christi propriis nominibus non expressis, que videlicet soluta et satisfacta non sint et que alias presentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, sint et esse intelligantur de-  
 10 putata et assignata in usum victus et sustentationem imperatoris, patriarche et comitive Grecorum prefatorum et custodia dicte civitatis Constantinopolitane exigenda;

tamen et colligenda per eos, quos ad hoc duxerimus deputandos, qui quidem deputandi locorum Ordinariorum et executorum testamentorum, legatorum, donationum causa mortis, codicillorum et quarumlibet aliarum ultimarum voluntatum predictorum aut alte-  
 15 rius cuiuscumque, ad quem vel ad quos executio premissorum vel alicuius eorum de iure quomodolibet pertinet, licencia vel consensu super hoc minime requisita, ea petere, exigere et recipere ac de iis, que propterea recipient solvendis, quittare, liberare et plenarie absolvere possint et debeant, ac si iuxta et secundum intentionem propriam testantium, legantium et codicillantium vel alias casu quolibet ordinantium solutio facta foret;

20 constitutionibus apostolicis aut sinodalibus generalibus vel specialibus aut aliis in contrarium non obstantibus quibuscumque.

Datum etc.

### 176<sup>bis</sup>.

*Eugenius IV et concilium Florentinum Constantinopoli unicum patriarcham pro latinis et graecis esse constituendum decernunt.*

[1439 post iul. 6 Florentiae].

*Quamquam hoc decretum concilii Florentini usque huc non est inventum, nihilominus non videtur esse dubitandum, quin existeret quondam. Nam Pius II in epistola Isidoro Kioviensi cardinali die 20 aprilis 1459 scripta haec dicit: Cooperante dei miseratione in ycumenica sinodo generali Florentina tempore felicitis recordationis Eugenii pape IV predecessoris nostri congregata, sedato schismate, huiusmodi eademque Grecorum ecclesia cum catholicis conciliata statutum et ordinatum fuit, ut quamprimum aliquam ipsarum duarum partium dicti patriarchatus per cessum vel decessum aut aliam quamvis dimissionem illi tunc presidentis vacare contingeret, patriarchatus ipse et ecclesia Constantinopolitana reintegraretur et deinceps unus tantum eidem ecclesie tam Latinorum quam Grecorum patriarcha preesset; cf. RAYNALDUS, ad annum 1459, n. 84. Editionem Raynaldi correxi iuxta Reg. Vat. 470, 465<sup>r</sup>. Ad hoc decretum etiam SYROPULOS videtur alludere, in sua historia graeca concilii Florentini, sectio 10, cap. 14 = CREYGHTON 303.*

*Chronologia documenti ex eo potest determinari, quod in epistola Pii II habetur terminus « sedato schismate » (bullae unionis die 6 iul. 1439).*

1 necessario Ms.    2 tollerare Ms.    16 pertinent Ms.



# INDICES



I

INDEX CHRONOLOGICUS DOCUMENTORUM

<b>Martinus V</b> . . . . .	I XII-XIII	<b>Eugenius IV</b> . . . . .	I XIII-XVII
			II XVI-XX
<b>Nicolaus V</b> . . . . .	III XVI		III XIV-XVI

II

ARGUMENTUM DOCUMENTORUM

<b>Martinus V</b> . . . . .	I IX-X	<b>Eugenius IV</b> . . . . .	I X-XVI
			II XIII-XV
<b>Nicolaus V</b> . . . . .	III XI-XII		III XI-XIII

### III

## INDEX INITIORUM

Tantum initium earum epistolarum indicatur, quarum textus plenus in volumine editus est. Numerus romanus partem voluminis assignat, numerus arabicus maior paginam, minor lineam.

- Accepimus iam quidem** II 38 23  
**Accessit ad presentiam nostram** III 84 3  
**Ad apostolice dignitatis apicem** II 143 17  
**Ad ea ex debito pastoralis officii** III 111 37  
**Ad presentiam nostram accessit** III 85 3  
**Ad salutem animarum** II 51 7  
**Advenientibus ad nos** I 31 3  
**Agimus primum gratias deo** III 22 7  
**Alias cupientes locum tui ordinis** III 108 12  
**Animarum salutem** II 37 2  
**Apostolice sedis regimini** III 128 13  
  
**Benedicimus ac laudamus deum** I 109 3, II 15 3  
**Benedictus sit deus** III 105 17  
  
**Cantate domino** III 46 2  
**Consuetam apostolice sedis clemenciam** I 26 15  
**Cum ad presens** II 120 17  
**Cum alias exigentibus meritis tuis** III 95 2  
**Cum aliquando de vestra civitate** I 73 3  
**Cum Basiliense concilium** I 101 3, 102 3, 103 2, 104 12, 105 2  
**Cum dilectos filios** III 38 12  
**Cum dilectum filium** I 14 5, 18 2, III 37 12  
**Cum dilectus filius** I 35 4, 80 13, III 39 2, 121 6  
**Cum divina opitulante clemencia** III 127 12  
**Cum eciam Motonensis (ecclesia)** II 55 24  
**Cum esset profecturus** II 143 3.  
**Cum ex nonnullis** I 106 2 13.  
**Cum in diversis mundi partibus** I 108 2  
**Cum inter ceteras pias cogitationes** I 79 10  
**Cum non sit dubium** III 120 3  
**Cum nos alias fraternitati tue** III 123 2  
**Cum nos de tue circumspectionis industria** II 88 3  
**Cum pastorali officio** I 26 4  
**Cum per alias (litteras)** I 83 26  
**Cum (Quum) precelsa merita** II 112 3  
**Cum pridem imminentibus** II 96 3  
**Cum pridem sacra Basiliensis synodus** I 81 23  
  
**Cum pro ineffabili misericordia** II 114 3  
**Cum pro nonnullis** I 11 4  
**Cum pro nostris** I 78 23  
**Cum propter utriusque iuris summam peritiam** I 112 22  
**Cum pro tractatu unionis** I 78 4  
**Cum pro unione** II 50 3, 121 12  
**Cum proximis diebus** I 71 15  
**Cum proximis temporibus** I 74 2  
**Cum semper alias** II 66 2  
**Cum speremus** I 89 18  
**Cum superioribus temporibus** II 54 2  
**Cum te ad Grecie (partes)** II 116 12  
**Cum te ad regnum Cypri** III 118 3  
**Cum tu nuper** II 68 3, III 21 23  
**Cum unio** II 107 9  
**Cum varie nobis (sollicitudines)** II 61 28  
**Cum venerabilem fratrem** II 113 3  
**Cum venerabiles fratres** II 44 11  
**Cum venerabilis frater** II 95 3  
**Cum vos nobis mutuo** III 23 13  
**Cum vos nuper** II 33 3, 67 7  
  
**Decet Romanum pontificem** III 142 23  
**Decet ycumenici concilii locum** II 60 24  
**Desiderium carissimi (filii)** III 110 4  
**Devocio tua** III 91 3  
**Devocionis tue probata sinceritas** III 86 13  
**Devotionis tue sinceritas** III 115 2 21  
**Divina disponente clemencia** III 126 17, 141 6  
**Divina superveniens largitas** III 103 25  
**Doctoris gentium** I 91 2  
**Dudum Basiliense concilium** II 47 4  
**Dudum tue nobilitati** II 3 3  
**Dum generis nobilitatem** I 83 3  
**Dum onus universalis gregis** I 117 4, II 98 12, III 41 15, 116 17  
**Dum precelsa meritorum insignia** II 80 3  
**Dum tue magne circumspectionis industriam** II 97 7  
**Dum virtutum dona** III 92 2

- Ea, que zelo caritatis** II 24 28  
**Etsi Christus salvator** III 93 22  
**Etsi circa quorumlibet** II 41 2  
**Etsi non dubitemus** III 25 3  
**Ex apostolice nobis (servitutis)** II 45 2  
**Ex certis satis rationabilibus causis** II 57 11  
**Ex debito pastoralis officii** III 3 3  
**Ex literis multorum** I 55 7.  
**Exigit tue devotionis integritas** II 144 19  
**Exigit tue fidelitatis affectus** II 33 18  
**Existimantes olim** I 36 3  
**Existimavimus semper** III 43 3  
**Exposcit debitum pastoralis officii** II 7 2  
**Exultare in domino** II 117 3  
**Exultate deo** II 124 2
- Fidelitas tua et devocio** III 85 13
- Grandia virtutum merita** I 82 26  
**Gratum nobis est** III 105 3
- His proximis diebus** I 33 16, III 151 11  
**Hoc est: ad aliquam civitatem** I 20 3  
**Humani generis redemptoris** III 67 9
- Iam pridem audiebamus** I 12 7  
**Iam pridem orator noster** I 41 8  
**In superne dignitatis specula** I 60 11  
**Integritas fidei ac ardens devocio** III 109 3  
**Intelleximus oratores** I 32 6  
**Intelligat tua devocio** II 108 19  
**Inter cetera pia et sancta desideria** III 95 26  
**Inter desiderabilia cordis nostri** III 101 6  
**Inter omnes curas** I 29 3  
**Inter pia ac sancta desideria** III 92 21  
**Inter pia et sancta desideria** III 78 19  
**Inter sollicitudines** I 7 7  
**Inter sollicitudines varias** II 67 20, 89 4
- Laudata nobis (virtus tua)** III 16 7  
**Legimus tuas litteras** III 124 7  
**Letentur celi et exultet terra** II 68 1
- Magnas omnipotenti deo gratias** II 21 3  
**Mense preterito** I 39 1  
**Miserator et misericors dominus** III 76 2  
**Mittimus illuc** I 38 3  
**Moses vir dei** II 101 2  
**Multa et admirabilia** III 96 17  
**Multa sanctorum patrum (exempla)** III 4 14
- Nichil tibi catholico principi** II 12 23  
**Nichil vobis catholicis viris** II 14 4  
**Non ambigimus quidem** II 86 11  
**Non possumus litteris explicare** III 99 10  
**Nonnullas pecuniarum summas** I 110 2  
**Nostre professionis apostolice** I 3 4
- Novissime venerabilis frater noster** I 49 7  
**Novit ille scrutator almus cordium** II 42 3  
**Novit tua devotio** III 75 13  
**Nuntii et oratores** I 45 14
- Oblata nobis nuper (supplicatio)** III 40 2  
**Officii nostri exposcit debitum** II 58 15  
**Optatam (unionem) summisque (laboribus)** I 84 6  
**Oratorem tuum** III 131 3
- Pastoralis officii cura** III 153 7  
**Per ea, que nobis** II 35 10  
**Per hec proxima tempora** III 44 21  
**Per litteras nobilitatis tue** II 64 2  
**Personam tuam** I 19 5  
**Pertulit sepe ad nos** II 100 3  
**Pervenit ad aures nostras** III 123 17  
**Pervenit nuper ad audientiam nostram** I 88 8  
**Pia mater ecclesia** III 81 2  
**Pium tue fraternitatis ardorem** II 147 3  
**Postquam a nobis** I 70 14  
**Postquam ad apicem summi apostolatus** III 69 2  
**Postquam divina clemencia** I 23 3  
**Post tuam (profectionem)** III 17 3  
**Pridem ex iustis (causis)** I 111 2  
**Pridem scripsimus tue fraternitati** II 23 27  
**Putabamus, dilecta in Christo filia** I 16 24
- Quamvis non extimemus** I 59 2  
**Quamvis viderimus semper** I 54 8  
**Quanta sit rerum perturbatio** III 148 2  
**Quanto cum desiderio** III 35 12  
**Quemadmodum Romana ecclesia** III 14 2  
**Quia annuente domino** I 75 3  
**Quia pro reductione Grecorum** I 27 25  
**Quia proximis temporibus** III 36 21  
**Quia sedes apostolica** II 115 12  
**Quis loquetur potentias domini** II 65 3  
**Quod mens et intentio** I 44 8  
**Quoniam alto et incomprehensibili deo** I 21 2, 24 17  
**Quoniam iuxta sanctorum patrum sententiam** III 12 15  
**Quoniam sanctissimus dominus noster** I 47 2  
**Quoniam unionem** I 15 2
- Retulit nobis** III 13 6  
**Romani pontificis providentia** II 65 3, 92 3
- Sacrosancta Romana ecclesia** III 113 3  
**Salvator noster dominus** II 93 10  
**Salvatoris et dei nostri** I 65 2  
**Sanctissimus dominus** I 43 3  
**Scio te iam pridem** II 56 20  
**Scribentes ceteris** II 139 3  
**Scripsimus nuper nobilitati tue** II 10 22  
**Sedis apostolice circumspecta benignitas** III 138 22  
**Sedis apostolice gratiosa benignitas** III 121 20

**Semper alias multum dileximus I 99 27**

**Sincere devotionis affectus III 129 19**

**Spiritus sanctus III 150 2**

**Strenue probitatis tue I 76 23**

**Summe placet nobis II 17 3**

**Super primo, videlicet de electione Basilee I 56 20**

**Te ita nobis et apostolice sedi fidelem II 5 3**

**Universalis ecclesie regimini III 88 27**

**Ut bonum unionis III 126 1**

**Vellemus, ut, sicut deo nota est (nostra voluntas) I 59 20**

**Venerunt proximis diebus II 34 16**

**Venientes ad nos I 43 30**

**Videbit tua nobilitas I 70 5**

**Videmus in dies II 43 13**

## IV

### INDEX PERSONARUM

#### QUIBUS EPISTOLAE SCRIPTAE SUNT

Numerus documentorum indicatur. Eae epistolae, quae personis particularibus (secundum inscriptionem sive titulum) missae non sunt, sed multitudini christifidelium, sub termino *universi* comprehenduntur. Adhibeo in hoc et sequentibus indicibus haec compendia :

abb.	= abbas	ep.	= episcopus	O. P.	= Ord. Fratrum Praedicatorum
apocr.	= apocryphus (a, um)	gen.	= generalis	O. Praem.	= Ord. Praemonstratensium
apost.	= apostolicus	gr.	= graecus	O. Serv.	= Ord. Servorum Beatae Mariae Virginis
admin.	= administrator	imp.	= imperator	Er. S. Aug.	= Eremitarum S. Augustini
archiep.	= archiepiscopus	leg.	= legatus	pal.	= palatinus
archidiac.	= archidiaconus	lin.	= linea	patr.	= patriarcha
card.	= cardinalis	mag.	= magister	princ.	= princeps
civ.	= civis	mon.	= monachus	rom.	= Romanus
cler.	= clericus	monast.	= monasterium	theol.	= theologus, theologia
coll.	= collector	nob.	= nobilis	univ.	= universitas
conc.	= concilium	not.	= notarius	v.	= vide
conf.	= confirmatus	O. S. B.	= Ordinis S. Benedicti	vic.	= vicarius
cur.	= curialis	O. S. Bas.	= Ordinis S. Basilii		
dec.	= decanus	O. Camald.	= Ord. Camaldulensium		
dioec.	= dioecesis	O. Carm.	= Ord. Carmelitarum		
el.	= electus (scilicet episcopus)	O. Cist.	= Ord. Cisterciensium		
		O. F. M.	= Ord. Fratrum Minorum		

Terminos plurimum transcripsi ut in ipsis documentis inveniuntur; voces graecas vel slavicas latine reddidi. Sub voce *curialis* imprimis scriptores et correctores pontificios designavi, qui in bullis redigendis aliquam partem habuerunt; terminum *legatus apostolicus* etiam nuntiis simplicibus applicavi.

<p>abbates monasteriorum Italiae 101.            Albertus, dux Austriae, rex Rom. 104, 107, 158, 179.            ambasiatores Friderici regis et electorum imperii 286.            ambasiatores Amedei ducis Sabaudiae 137.            Ambrosius (Traversari) O. Camald., gen. 155.            Amedeus, dux Sabaudiae 91, 91<sup>bis</sup>, 115, 127, 161.            Amedei consilium 124.            Andreas (Chrysoberges) O. P., archiep. Colossensis (Rhodi), Nicosiensis, leg. ap. 23, 24, 33, 65, 211, 212, 254, 273, 291, 292, 299.            Antonius (de Sanamito), ep. Urbinatensis 151.            Aquila Thomas de, coll. 118.            Balduinus (de Wenden), archiep. Bremensis 234.            Bartholomaeus, ep. Cavallicensis 116.            Bartholomaeus (Texier) O. P., gen. 97.</p>	<p>Bartholomaeus O. S. B., abb. S. Nicolai de Littore 146, 157.            Basiliensis civitas 89.            Bellavalle Ioh. de, admin. Arelatensis 271.            Bessarion, archiep. Nicaenus, card. 196.            Cabilonensis (Ioh. Germain), ep. 125.            Caffensis civitas 74.            Caffensis, ep. armenus 235.            Campofregoso Thomas de, dux Ianuensis 67, 99.            canonici basilicae S. Petri 252.            capitanei navium 34.            Carolus (VII), rex Francorum 57, 58, 70.            Casali Guillelmus O. F. M., gen. 96, 171.            Cathellanus Petrus O. F. M. 213.            Caveis Rubeis Alphonsus de, archidiac., coll. 117.</p>
---	--

- Christophorus (Garatoni), ep. Coronensis 36, 37, 78, 83, 243, 247, 276.  
 Cingulo Bartholomaeus de, vic. Arelatensis 260.  
 civitates Germaniae 185, 186.  
 Cluniacensis (Oddo II), abb. 128.  
 Conc. Basiliense; praes. conc. leg. apost. 29, 30, 41, 42, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 54, 55, 59, 60, 61, 62, 63.  
 Condulmarius Antonius, capitaneus 76.  
 Condulmarius Franciscus, card., leg. apost. 264.  
 Conradus (de Daun), archiep. Maguntinus 12.  
 Conradus (de Oels), ep. Vratislaviensis 127.  
 Constantinus, imp. byzantinus, v. Palaeologus.  
 Constantinus, patr. armenus 39.  
 Copti 190.
- decani** (Hasbaniae, Leodii, Coloniae) 159.  
 Dissipatus (Disypatos), leg. byzantinus 81.  
 Doldius, baro, consiliarius Casimiri magni ducis Lituaniae 259.  
 Dorotheus, archiep. (graecus) Mitylenensis 197.
- electores imperii Rom.** 134, 140, 141, 164-169.  
 episcopi Italiae 102.  
 Ericus, rex Dacie (Daniae) 162.  
 Este Nicolaus de, marchio 227.
- Fabianus** O. F. M., vic. Bosnae 280.  
 Fantinus (Valaresso), archiep. Cretensis 214.  
 Florentia civitas 174, 246.  
 Fonseca Ioh. de, card., leg. apost. 8.  
 Foscari Franciscus, dux Venetorum 155, 175, 194.  
 Fridericus, dux Austriae, rex Rom. 98, 148, 178, 287.  
 Fridericus, marchio Brandenburgensis 111, 165.  
 Fridericus, dux Saxoniae 94, 132, 142, 166, 180, 230.
- Generales Ordinum** 97.  
 Gen. ordinis Calatrava 97<sup>bia</sup>.  
 Georgii Sabas O. S. Bas., abb. Cretensis 269.  
 Gueznensis (Vincentius de Dambico), archiep. 126, 136.  
 Gregorius, archiep. (armenus) Leopoliensis 236.  
 Guiliemoci Theobaldus, cubicularius 150.  
 Guillelmus, dux Saxoniae 93, 105.  
 Guillermus (Brillet), ep. Redonensis 150.
- Henricus** (Chicheley), archiep. Cantuarensis 130.  
 Henricus, rex Angliae 71, 192, 230.  
 Henricus, dux Bavariae 92, 106.  
 Hochberg Guillelmus de 129.
- Iacobus** (de Racaneto), archiep. Ragusanus 306.  
 Imperialis Paulus, civ. Ianuensis, comes pal. 242.  
 Inquisitor et provincialis Graeciae 297.  
 Ioh. (Berardi de Tagliacotio), archiep. Tarentinus, postea card. 151.  
 Ioh. (Dominici) O. P., card. 1.  
 Ioh. (Zara Iacob), imp. Aethiopiae 144, 208.  
 Ioh. Franciscus (de Fabriano), leg. 104<sup>bia</sup>.
- Ioh., imp. byzantinus, v. Palaeologus.  
 Ioh. (IV), imp. Trapezuntis 35, 40.  
 Ioh. (de Heinsberg), ep. Leodiensis 14.  
 Ioh., dec. Leodiensis 159.  
 Ioh. (de Malestroit), ep. Nannetensis 150.  
 Ioh., patr. Iacobinorum (Coptorum) 195.  
 Ioh., patr. Maronitarum 256, 279, 300.  
 Ionati O. S. Bas., abb. Nicosiensis 288.  
 Ioseph, patr. Constantinopolitanus 5, 7, 10, 28, 52, 75, 80, 82.  
 Isaias, ep. armenus 38.  
 Isidorus, archiep. Kioviensis, card. 202, 203, 233.  
 Iulianus (Cesarini), card. 30 114<sup>bia</sup>, 274.
- Ladislaus**, rex Poloniae 193, 232.  
 Legati apostolici 56, 83.  
 Legnamine Bapt. de, coll. 153.  
 Lomiti Benjamin O. S. Bas., abb. Cretensis 198.  
 Ludovicus (de Luxemburg), archiep. Rothomagensis, postea card. 147.  
 Ludovicus de Sabaudia, dux 123.  
 Ludovicus, dux Bavariae 164, 181.  
 Lupari Baldassar, civ. Venetianus 77.
- Malleacensis** (Theodorus), ep. 131.  
 Manuel, imp. byzantinus, v. Palaeologus.  
 Marcus (Condulmarius), archiep. Tarentasiensis, patr. Gradensis 83, 84, 86, 139.  
 Massa Antonius O. F. M., leg. apost. 16.  
 Maurocenus (Morosini), Chiensis 253.  
 Medici Cosmus et Laurentius de, 68, 138, 221.  
 Mons Sion 189.  
 Montenegro (Montenero) Ioh. de, O. P. 100.
- Nathanael**, archiep. Rhodiensis 200.  
 Nestoriani 257.  
 Nicolaus (Albergati), card., leg. apost. 114.  
 Nicolaus, can. cantor Viridunensis 222.
- Oratoribus** Iacobus de, coll. 119.  
 Otto (de Ziegenhain), archiep. Treverensis 13.  
 Otto (de Mosbach) dux Bavariae 240.
- Padua** Baptista de, coll. 173.  
 Palaeologus Manuel II, imp. 3, 6, 9, 15, 17, 18.  
 ▶ filii Manuelis 2.  
 ▶ Ioh. VIII, imp. 4, 25, 27, 51, 75, 80, 82, 166, 267.  
 ▶ Constantinus, princ., imp. 24, 249, 304.  
 ▶ Theodorus, princ. 21, 293.  
 ▶ Cleopa (de Malatesta), uxor Theodori princ. 21, 22.  
 ▶ Cantacuzenus, nobilis 285
- Pera civitas 73.  
 Petrus, voivoda Bosnae 290.  
 Philippus, dux Mediolanensis 170.  
 Philotheus, patr. gr. Alexandriae 191.



- Pontanus Ludovicus, not. 109.  
 Porci Iacobus, cler., leg. apost. 19.  
 Portugaliae rex 72.  
 Poznaniensis ecclesia 145.  
 Primaditus Iacobus de O. F. M. 284.  
 principes Germaniae (et Austriae) 178-182.  
  
**Q**uintinus (Ménart), archiep. Atrebatensis 172.  
  
**R**adulphi Iacobus, dec. Tullensis 222.  
  
**S**agundinus Nicolaus 199.  
 Sarthiano Albertus de O. F. M., leg. apost. 207.  
 Scholarius Georgius 113.  
 Scotiae rex 163.  
 Sigismundus, imp. 32, 53, 69.  
 Signensis (Ioh. Andreae), ep., leg. apost. 64, 112.  
  
**T**heodericus (de Moers), archiep. Coloniensis 11, 110.  
 Thomas O. P., vic. gen. 294.  
 Thomas, imp. Indorum 209.  
 Thomas, leg. Tverensis 225.  
  
 Thomas Stephanus, rex Bosnae 281, 289.  
 Timotheus, archiep. Tarsensis (chaldaeus) 305.  
 Torcellus Ioh. miles apost. 206, 268.  
 Troia Antonius de O. F. M. 255.  
  
**u**niversi 23, 29, 44, 66, 78, 85, 87, 88, 103, 108, 120,  
 121, 135, 142<sup>bis</sup>, 143, 149, 152, 160, 176, 176<sup>bis</sup>, 177,  
 201, 210, 215, 220, 224, 238, 239, 241, 258, 261,  
 263, 270, 283, 295, 296, 301.  
**u**niversitates 95.  
 univ. Germaniae 183, 184.  
 univ. Leodiensis 187.  
 univ. Lovaniensis 187, 288.  
 univ. Montispessulani 248.  
 univ. Parisiensis 218, 241, 250.  
 univ. Salmanticensis 245, 250.  
 Utino Iacobus de, canonicus Aquilegiensis 205.  
  
**V**asilij, princ. Moscoviae 204.  
  
**Z**achariae Paulinus, laicus Nicosiensis 303.  
 Zeno Michael, comes pal. 17, 244.

V

INDEX CITATIONUM

Etiam allusiones hic respiciuntur. Numerus romanus partem voluminis indicat, numeri arabici (maior et minor) paginam et lineam assignant.

EX SCRIPTURA SACRA

<b>Exodus</b>	95, 11 . . . . . II 69 <sup>1</sup> , 118 <sup>20</sup>	<b>Malachias</b>
15, 16 . . . . . II 4 <sup>1</sup>	103, 24 . . . . . II 139 <sup>25</sup>	2, 6 . . . . . I 60 <sup>36</sup>
<b>Numeri</b>	105, 2 . . . . . II 139 <sup>15</sup> , 140 <sup>18</sup>	4, 2 . . . . . II 139 <sup>26</sup>
16, 26 . . . . . II 101 <sup>4</sup> , 101 <sup>13</sup> , III 8 <sup>40</sup>	115, 17 . . . . . II 4 <sup>8</sup>	<b>Matthaeus</b>
16, 31-33 . . . . . III 132 <sup>31</sup>	117, 23 . . . . . II 124 <sup>19</sup>	7, 15 . . . . . III 23 <sup>6</sup>
16, 31-35 . . . . . III 6 <sup>11</sup>	124, 3 . . . . . II 12 <sup>12</sup>	7, 24-25 . . . . . III 22 <sup>14</sup>
16, 33 . . . . . III 28 <sup>16</sup>	135, 4 . . . . . II 124 <sup>21-22</sup>	13, 25 . . . . . I 85 <sup>2-3</sup> , II 58 <sup>6</sup>
<b>4 Regum</b>	144, 7-9 . . . . . II 139 <sup>16</sup>	15, 11 . . . . . III 50 <sup>30</sup>
17, 20 . . . . . III 6 <sup>17</sup>	144, 7, 9 . . . . . II 140 <sup>19</sup>	15, 24 . . . . . II 98 <sup>21</sup> , III 42 <sup>7</sup>
<b>2 Paralipomenon</b>	149, 1 . . . . . II 139 <sup>25</sup>	16, 23 . . . . . III 22 <sup>13</sup>
29, 31 . . . . . II 4 <sup>8</sup>	<b>Proverbia Salomonis</b>	18, 12 . . . . . III 42 <sup>6</sup>
<b>Tobias</b>	10, 16 . . . . . II 12 <sup>2</sup>	18, 19 . . . . . III 27 <sup>20</sup>
12, 20 . . . . . II 70 <sup>7-8</sup>	11, 23 . . . . . II 12 <sup>2-3</sup>	18, 20 . . . . . III 27 <sup>7</sup> , 27 <sup>17</sup>
<b>Iob</b>	19, 1 . . . . . I 6 <sup>36</sup>	25, 41 . . . . . III 51 <sup>9</sup>
19, 21 . . . . . III 8 <sup>27</sup>	<b>Canticum Canticorum</b>	<b>Marcus</b>
25, 2 . . . . . II 124 <sup>5</sup>	6, 8 . . . . . III 5 <sup>28</sup>	8, 33 . . . . . III 22 <sup>13</sup>
<b>Liber Psalmerum</b>	<b>Isaias</b>	15, 15 . . . . . II 93 <sup>13</sup> , 110 <sup>9</sup>
7, 6 . . . . . III 8 <sup>34</sup>	8, 15 . . . . . III 6 <sup>35</sup>	<b>Lucas</b>
26, 12 . . . . . III 31 <sup>36</sup>	12, 5-6 . . . . . III 46 <sup>2</sup>	1, 51 . . . . . II 124 <sup>2</sup>
27, 7 . . . . . II 135 <sup>34</sup>	14, 13-14 . . . . . III 8 <sup>9</sup>	2, 11 . . . . . II 81 <sup>3</sup>
37, 22 . . . . . II 135 <sup>34</sup>	40, 4 . . . . . II 94 <sup>27</sup>	2, 14 . . . . . I 65 <sup>2-3</sup> , II 81 <sup>3</sup> , 124 <sup>5</sup>
43, 22 . . . . . I 9 <sup>12-13</sup>	49, 6 . . . . . II 82 <sup>25</sup>	3, 7 . . . . . III 22 <sup>19</sup> , 27 <sup>8</sup>
44, 4 . . . . . III 8 <sup>33</sup>	59, 9 . . . . . III 6 <sup>36</sup>	15, 4 . . . . . II 98 <sup>19</sup> , III 42 <sup>6</sup>
47, 2 . . . . . III 96 <sup>23</sup>	<b>Ieremias</b>	15, 20 . . . . . III 10 <sup>23</sup>
48, 7 . . . . . I 46 <sup>13-14</sup>	8, 15 . . . . . III 6 <sup>35</sup>	16, 19-31 . . . . . III 73 <sup>11</sup>
51, 3 . . . . . II 7 <sup>6</sup>	11, 20 . . . . . I 60 <sup>17</sup>	22, 20 . . . . . III 62 <sup>26</sup>
51, 9 . . . . . I 46 <sup>13-14</sup>	<b>Threni</b>	22, 28 . . . . . III 111 <sup>15</sup>
54, 15 . . . . . I 4 <sup>10</sup> , III 111 <sup>21</sup>	3, 25 . . . . . I 34 <sup>18</sup>	24, 19 . . . . . III 42 <sup>10</sup>
54, 23 . . . . . I 60 <sup>36-37</sup>	<b>Ezechiel</b>	<b>Ioannes</b>
66, 4 . . . . . II 4 <sup>3</sup>	33, 11 . . . . . III 10 <sup>20</sup>	3, 3 . . . . . II 128 <sup>3</sup>
67, 2 . . . . . III 8 <sup>29</sup>	<b>Daniel</b>	3, 8 . . . . . II 94 <sup>6</sup>
68, 10 . . . . . III 149 <sup>18</sup>	3, 49-50 . . . . . III 27 <sup>27</sup>	6, 38 . . . . . II 127 <sup>5-6</sup>
80, 2 . . . . . II 124 <sup>2</sup>	12, 3 . . . . . III 35 <sup>4</sup>	10, 6 . . . . . I 36 <sup>5</sup>
94, 1, 3 . . . . . III 96 <sup>22</sup>		13, 1 . . . . . I 65 <sup>4</sup>
		16, 13 . . . . . II 147 <sup>33-34</sup>
		16, 33 . . . . . III 73 <sup>19</sup>

17, 22 . . . . . III 76 24	1, 23 . . . . . II 129 16-17	<b>Ad Timotheum I</b>
19, 23-24 . . . . . III 149 2	2, 6 . . . . . III 27 2	3, 7 . . . . . II 124 9
21, 16-18 . . . . . III 47 27	4, 5 . . . . . III 5 14	4, 4 . . . . . III 50 29
26, 28 . . . . . III 62 26	6, 12 . . . . . III 51 6	5, 8 . . . . . III 71 15
<b>Actus Apostolorum</b>	7, 39 . . . . . III 62 34	<b>Ad Timotheum II</b>
2 . . . . . II 129 13	10, 22 . . . . . III 51 6	2, 26 . . . . . III 23 3
4, 32 . . . . . I 29 8	11, 25 . . . . . III 62 26	3, 1-5 . . . . . III 26 1
5, 18-20 . . . . . III 27 28	13, 4-6 . . . . . I 93 25	3, 8-9 . . . . . III 26 8
8, 14 . . . . . II 129 5	<b>Ad Corinthios II</b>	<b>Ad Titum</b>
15, 29 . . . . . III 50 33	1, 3 . . . . . III 105 17	1, 15 . . . . . III 50 41
20, 29 . . . . . III 23 5	<b>Ad Ephesios</b>	3, 10 . . . . . III 30 16
<b>Ad Romanos</b>	2, 14 . . . . . II 69 4-5	<b>Ad Hebraeos</b>
5, 12 . . . . . II 128 22	2, 20 . . . . . II 69 4-5	10, 34 . . . . . III 44 12
7, 1 . . . . . III 27 1	4, 3 . . . . . I 60 12, 91 2-3	13, 9 . . . . . III 34 39
7, 3 . . . . . III 62 34	4, 5 . . . . . III 5 30, 28 23	13, 15 . . . . . I 34 3, II 4 8
9, 22 . . . . . III 23 3	5, 5 . . . . . III 8 4	<b>Iacobus</b>
12, 18 . . . . . II 32 25	5, 6 . . . . . I 61 36	1, 17 . . . . . II 21 19
13, 2 . . . . . III 31 11, 110 16	5, 32 . . . . . II 131 2-3	5, 13-15 . . . . . II 130 29
15, 5 . . . . . I 42 25	<b>Ad Philippenses</b>	<b>Ioannis Epistola I</b>
15, 6 . . . . . II 82 25	2, 21 . . . . . I 60 38	3, 19 . . . . . III 23 2
<b>Ad Corinthios I</b>	3, 18 . . . . . III 23 4	
1, 3 . . . . . II 124 6-8		

## EX CONCILIIS

<b>Nicaenum I (325)</b>	<b>Lugdunense II (1274)</b>
Epistola ad S. Silvestrum papam, apocr. . . . . III 28 34	Constitutio I . . . . . II 71 12
<b>Constantinopolitanum I (381)</b>	<b>Viennense (1311-1312)</b>
Symbolum . . . . . II 125 19-30, III 26 17	Constitutio de decimis . . . . . I 9 39, II 48 32-35
<b>Chalcedonense (451)</b>	<b>Constantiense (1414-1418)</b>
Actio V . . . . . III 98 13-22	Decretum « Frequens » . . . . . III 34 24, 112 24
Definitio . . . . . II 125 37-126 35	<b>Basiliense (1431-1437, abhinc Ferrariam translatum; postea illegitimum)</b>
<b>Constantinopolitanum II (553)</b>	Decretum sess. 19 . . . . . II 47 9, III 31 26-32
Actio III . . . . . III 26 35-36	Decretum partis minoris synodali . . . . . II 47 15
<b>Constantinopolitanum III (680-681)</b>	III 32 3-4
Actio XIX . . . . . III 98 23-28	Protestatio legati byzantini . . . . . I 66 26-68 29
Definitio . . . . . II 126 40-127 26	Monitorium contra papam . . . . . II 103 28
<b>Lateranense IV (1215)</b>	Decretum suspensionis papae . . . . . II 103 35
Cap. II . . . . . III 17 17-18, III 138 26	Tres propositiones antipapales . . . . . II 104 9
Cap. V . . . . . II 39 3, 73 5, III 12 17-18, 14 2	Decretum depositionis papae . . . . . II 104 27

## EX SS. PATRIBUS ET DOCTORIBUS ECCLESIAE

<b>Athanasius</b>	<b>Augustinus</b>
Liber I contra Apollinarem . . . . . II 127 4	De peccatorum meritis et remissione,
Symbolum (dictum Athan.) . . . . . II 131 11-43	lib. III, cap. 5 . . . . . III 27 14
Epistola Marco papae, apocr. . . . . III 106 37	De baptismo, lib. II, cap. 3 . . . . . III 33 24

- De baptismo, lib. IV, cap. 17 I 79, 17 20. III 146,  
132 29-30
- Contra epistolam Parmeniani, lib. II,  
cap. 12 . . . . . III 31 26
- Contra Iulianum, cap. 10 . . . . . III 32 39
- De baptismo unico contra Donatistas . . . . . III 6 24
- Sermo 310, cap. 1, cap. 4 . . . . . III 27 35
- Cyprianus**
- Epistola 62, cap. 4 . . . . . I 79, III 14 6
- » » cap. 18 . . . . . III 6 10
- De unitate ecclesiae, cap. 4 . . . . . III 5 33
- » » cap. 5 . . . . . III 5 31, 132 24
- » » cap. 6 . . . . . III 6 6-7
- » » cap. 7 . . . . . III 7 28, 142 1
- » » cap. 12 . . . . . III 27 16
- » » cap. 18 . . . . . III 6 10
- Cyrillus Alexandrinus**
- Epistola 17 . . . . . III 124 20
- Thesaurus, assertio 24 . . . . . II 127 19
- Dionysius Areopagita (pseudo)**
- De ecclesiastica hierarchia, cap. 5, § 5 III 132 13
- Fulgentius**
- De fide, cap. 4 . . . . . III 48 3
- » » cap. 28 . . . . . III 51 9
- De fide, cap. 39 . . . . . III 51 12
- » » cap. 42 . . . . . III 50 29
- Gregorius Magnus papa**
- Homiliae in Ezechielum, lib. I, homi-  
lia 11, cap. 4 . . . . . III 73 33
- Gregorius Nazianzenus**
- Epistola 101 . . . . . II 127 9
- Oratio 45, cap. 9 . . . . . III 124 25
- Hieronimus**
- Epistola ad Paulinum, cap. 3 . . . . . II 103 7
- Commentaria in epistolam ad Galatas,  
lib. III, cap. 5, vers. 9 . . . . . III 5 9
- Leo Magnus papa**
- Epistola 10, cap. 1 . . . . . I 94 33
- Epistola 16, cap. 1 . . . . . III 34 34
- Epistola 28, cap. 4 . . . . . II 127 13
- Epistola 37 . . . . . III 29 3
- Epistola 114 . . . . . III 29 15
- Epistola 119, cap. 3 . . . . . III 28 31
- Thomas Aquinas**
- Summa theologiae, I, qu. 37, art. 1, ad  
tertium . . . . . I 91 7
- De articulis fidei et ecclesiae sacra-  
mentis . . . . . II 1283-131 9

## EX ACTIS ROMANORUM PONTIFICUM

- Agatho (678-681)** . . . . . III 94 22, 110 12
- Benedictus XII (1334-1342)** . . . . . II 72 22
- Bonifatius VIII (1294-1303)**
- Constitutio . . . . . II 49, 61, III 119 9
- Coelestinus I (422-432)**
- Epistola Theodosio imperatori . . . . . III 29 1
- Gelasius I (492-496)**
- Epistola 14, cap. 9 . . . . . III 30 26-27
- Epistola 26, cap. 5 . . . . . III 29 29-30 12
- Marcus (336)**
- Epistola apocr. . . . . III 106 26-27
- Nicolaus I (858-867)**
- Epistola de synodo Mettensi . . . . . II 105 9
- Epistola Michaeli imperatori . . . . . III 31 6-15
- Nicolaus II (1059-1061)**
- Epistola Mediolanensibus . . . . . III 30 32-31 5, 77 12-16
- Pelagius I (556-561)**
- Epistola episcopis Tusciae . . . . . III 5 34
- Silvester (314-335)**
- Epistola apocr. . . . . III 28 35
- Sixtus II (258)**
- Epistola apocr. . . . . III 5 16
- Stephanus V (885-891)**
- Epistola ad Stylianum . . . . . II 21 7
- Urbanus IV (1261-1264)**
- Epistola ad omnes praelatos . . . . . II 130 9

## EX COLLECTIONIBUS IURIS CANONICI

<b>Anselmus Lucensis</b>	Pars III, De consecratione d. 2, c. 7
Collectio canonum, lib. V, c. 2 . . . . . III 66	In sacramentorum oblationibus . . . II 129 29
<b>Constitutiones Nicosienses (1340)</b>	<b>Sextus Decretalium</b>
Confessio fidei . . . . . III 48 24	- I lib. I, t. 14, c. 15 Hac constitutione III 102 38, 119 9
<b>Decretum Gratiani</b>	Lib. V, t. 7, c. 1 Volentes libertatem III 114 21
Pars II, C. 24, q. 1, c. 19 Alienus est III 66	

## EX AUCTORIBUS PROFANIS ET ECCLESIASTICIS

<b>Aristoteles</b>	<b>Ioseph II patriarcha</b>
Metaphysicorum lib. XI, cap. 10 . . . . . III 132 20	Mandatum . . . . . I 86 39-87 16
<b>Breviarium</b>	<b>Legatio armena</b>
Ex hymno « Audi, benigne Conditor » II 42 3	Sermo . . . . . II 103 1-3
<b>Constantinus VI patr. armenus</b>	<b>Michael VIII Palaeologus, imp.</b>
Epistola . . . . . II 124 28	Professio fidei . . . . . II 71 37, 73 25, III 62 35
<b>Formula excommunicationis</b> . . . . . III 9 11-33	<b>Missale Romanum</b>
<b>Iohannes VIII Palaeologus imp.</b>	Ex liturgia Sabbati Sancti, hymnus
Mandatum (prostagma) pro legatis suis I 86 20-37	« Exultet » . . . . . II 69 13
Epistola ad conc. Basiliense . . . . . II 24 17	Ex canone . . . . . III 62 26-28
<b>Iohannes Disypatus legatus</b>	<b>Sallustius</b>
Instrumentum publicum . . . . . I 84 19-86 18	Iugurtha, cap. 10 . . . . . I 60 14

## INDEX NOMINUM PERSONARUM ET RERUM

In hoc indice conficiendo mihi magna moderatione et discretione utendum erat. Nam in non paucis documentis partes priorum epistolarum etiam verbotenus repetuntur, sicut in editione ipsa expressi; ita repetitio paginarum et linearum in nominibus iam prius a me designatis evitanda erat ut prorsus inutilis et insuper indicem nimis augens. Insuper iam a priori ut ita dicam lectori patet in opere pro epistolis Martini V, Eugenii IV, Nicolai V edendis, quae connexionem cum concilio Florentino praeparando, celebrando, exequendo habent, nomina illorum summorum pontificum et eorum residentiae (Roma, Bononia, Ferraria, Florentia) saepissime inveniri. Ideo ab hoc indice nomina Martini V, Eugenii IV, Nicolai V et, exceptis aliquibus casibus specialibus, etiam nomina eorum residentiae exclusi. Index ipsos textus respicit, cum indicatione partis voluminis, paginae, lineae; in iis casibus, in quibus tantum regestum documenti citatur, loco lineae, quae abest, numero arabico uncinis incluso documentum designo. Cum nomina auctorum recentium in introductione, in regestis notisque textuum indicatorum magna ex parte mere bibliographicae sint et de auctoribus editoribus in tribus introductionibus indicem dederim, etiam illa in hunc indicem onomasticum non assumpsi. Puto tamen in sex indicibus specialibus huius voluminis a me multo cum labore exaratis, si hi simul considerantur, nihil vere notabile idque certum omissum esse.

- ABBATES** Ordinum I 105 14-15  
**ABDALES**, archiep. syrus Edessae III 97 16-17  
**ADIMARIS ROBERTUS DE**, ep. Vulteranus (Volterra) II 75 11; 136 21  
**ADRIA ANTONIUS**, cur. III 114 28  
**ALANUS** (de Coetivy), ep. Avinionensis (Avignon) orator regis Francorum III 64 6-7  
**ALBANIA** III 70 10; 71 37; 143 1  
**ALBERTUS**, dux Austriae, rex Romanorum I 109 1; 110 5; II 58 1; 114 21-25  
**ALBERTUS** (de Albertis), card. S. Eustachii III 64 1  
**ALEXIUS** (Cesari), ep. Clusinus (Chiusi) II 75 17; 137 1  
**ALOYSIUS**, abb. S. Pauli (Pisa) II 76 21  
**ALPHONSUS** (Garsiae), ep. Burgensis (Burgos) I 67 1  
**AMBIANENSIS** (Amiens; Ioh. Le Jeune) I 53 11  
**AMEDEUS**, dux Sabaudiae I 102 1; II 3 1; 10 20; 14 2; 24 26; 61 26; 83 (188); III 7 31 v. Felix V antipapa  
**AMEDEUS** (de Talaru), archiep. Lugdunensis (Lyon) I 47 7; 66 33  
**AMICUS** (de Roccha), ep. Aquilensis (Aquila) II 74 16; 137 11  
**ANDREAS**, abb. coptus monast. S. Antonii III 38 12; 47 19-20; 63 1; 65 15  
**ANDREAS** (Chrysoberges) O. P., archiep. Colossensis (Rhodos), postea Nicosiensis (Nicosia) I 18 2; 19 1; 19 (25); 28 14; 117 1; II 74 4; 106 15; 107 8; 113 3; III 40 1; 106 3; 116 14; 118 1; 126 1  
**ANDREAS** (de Verulis), ep. Conversanus (Conversano) II 75 16  
**ANDREAS HISPANUS PORTUGALENSIS** (d'Escobar) O.S.B., ep. Megarensis (Megara) II 74 23  
**ANDREAS** (Opalinski), ep. Poznaniensis (Poznan) II 41 8; 75 26  
**ANDRONICOIAGARIS**, leg. gr. III 266 3  
**ANGELOTTUS** (Fuscus), card. S. Marci I 22 32; 24 11; 62 16; 99 23; 112 18; II 23 1; 73 25; 136 5; III 63 22  
**ANGELUS** (Cavazza), ep. Parentinus (Parenzo), postea Traguriensis (Trau) II 75 5; 137 16; III 64 14  
**ANGELUS**, abb. S. Apollonii de Canossa III 65 4  
**ANGELUS**, abb. S. Michaelis de Pistorio (Pistoia) II 76 14  
**ANGELUS**, abb. de Sexto (Sesto) II 76 17  
**ANGEROLUS IOH. DE**, cur. III 35 9; 94 34  
**ANTONIUS** (Corrarius), card. ep. Ostiensis (Ostia) I 22 26; 24 5; II 73 20-21; 136 1; III 63 16  
**ANTONIUS** (Martini de Clavibus), card. S. Chrysogoni III 63 29  
**ANTONIUS** (Casinus), card. S. Marcelli I 22 29; 24 8; 40 43; 62 14; 99 20; 112 15; II 23 18  
**ANTONIUS**, archiep. Heracleensis (Heraclea), vic. patr. Alexandriae II 77 21-23.  
**ANTONIUS** (Malatesta), ep. Cesenatensis (Cesena) II 75 12; 136 22  
**ANTONIUS** (Martini), ep. Portugalensis (Porto in Lusitania) I 77 20; 79 17; 82 8; 85 19; II 74 12; 137 5  
**ANTONIUS** (de Romulis) O. P., ep. Grassensis (Grasse) II 74 26; 136 2.  
**ANTONIUS** (de Medio), ep. Sudensis (Syros) I 67 1-2  
**ANTONIUS** (de Sanamito), ep. Urbinat. (Urbino) II 50 1

- ANTONIUS**, abb. de Alfiolo II 76 14  
**ANTONIUS**, abb. S. Capresii (Caprais) II 76 10  
**ANTONIUS**, abb. Montis Piani (Montepiano) dioec. Pistoriensis (Pistoia) II 76 30; 138 11; III 65 10  
**ANTONIUS**, abb. S. Salvatoris et Vigiliis dioec. Senensis (Siena) II 77 10; 138 16  
**ANTONIUS**, cur. I 18 23; 19 30  
**ANTONIUS** (de S. Vito), auditor I 45 10 27  
**AQUILA THOMAS DE**, coll. II 6 4  
**ARDICINUS** (de Porta de Novaria), card. S. Cosmae et Damiani I 22 34; 24 13  
**ARETINUS A.**, cur. I 10 (12)  
**ASTORGIUS** (Agnesi), archiep. Beneventanus (Benevento) III 64 9  
**ATHANASIUS**, abb. gr. monast. Spectabilis (Deiparae) II 79 10  
**AULO** III 70 10  
**AURISPA IOH.**, cur. III 96 (278)  
**AVINIO**, civitas I 56 2 20; 64 3; 92 32; 93 38; 94 32  
**AVRAAM**, ep. russus Suzdalensis (Suždal) II 79 2  
**AYMERICUS** (de Segaudo), ep. Montisregalis (Mondovi) II 75 20; 136 28  
  
**BACHENSTEIN IOH. DE**, archidiac. Zagrabiensis (Zagreb) I 43 30; 45 4-5 16-17; 68 27-28  
**BACHIA FABIANUS DE O. F. M.**, III 101 31  
**BALDUINUS** (de Wenden), archiep. Bremensis (Bremen) II 144 19  
**BALSAMON**, cler. gr. II 78 23  
**BAPTISTA** (de Romanis), el. Theatinus (Chieti) II 75 21; 136 30; III 64 18  
**BARARD D.**, not. I 45 8  
**BARBADICI FRANC.**, civ. venetus II 68 5  
**BARBUS PAULUS**, civ. venetus I 87 21-22  
**BARTHOLOMAEUS** (Zabarella), arch. Spalatensis (Spljet, Spalato), postea Florentinus (Firenze) II 74 1; III 64 8  
**BARTH.**, ep. Caputaquensis (Capaccio) II 136 18  
**BARTH.**, ep. Cavalicensis (Cavaillon) II 5 1; 12 14; 75 10  
**BARTH.** (Lapacci Rimbertyni) O. P., ep. Cortonensis (Cortona), postea Coronensis (Coron) III 64 31; 124 5-6  
**BARTH.** (da Vincio), ep. Valvensis (Valve) II 74 13; 137 8; III 95 7  
**BARTH.**, abb. de Bibbona II 77 1  
**BARTH.**, abb. Campifullonis II 76 15  
**BARTH.**, abb. (S.) Leonardī II 138 10  
**BARTH.**, abb. S. Nicolai de Littore (Venezia) II 42 1; 57 10  
**BASILIENSIS** (Basel) civitas I 56 20; 99 26  
**BASSUSTACHIUS** (Formica), ep. Lucerinus (Lucera) II 137 6; III 64 29  
**BELIER IOH.**, cur. II 46 40  
**BELLAVALLE IOH. DE**, vic. Arelatensis (Arles) III 88 25  
**BELUCA ANTONIUS**, laicus Rhodiensis III 92 2  
**BENEDICTUS XIII** antipapa III 34 1  
**BENED.**, abb. de Choneo II 76 19  
**BENED.**, abb. S. Pancratii de Florentia II 76 24; 137 25; III 65 11  
**BENED.**, abb. S. Zenonis de Pisis (Pisa) II 137 26  
**BENOTIUS** (Federighi), ep. Fesularum (Fiesole) II 74 21; 137 7; III 64 24  
**BERENGARIUS** (de Arpaione), ep. Petragoricensis (Perigueux) I 67 1  
**BERNARDUS**, abb. S. Iusti de Vulterris (Volterra) II 138 13  
**BESSARION**, archiep. Nicaenus (Isnik), card. S. Apostolorum II 78 5 18; 88 1; III 63 28  
**BLASIIUS** (Molino), patr. lat. Hierosolymitarum II 73 29; 136 9; III 65 3  
**BLONDUS** (Flavius), cur. I 87 22-23; II 4 31; 12 20; 14 37; 77 18; 83 (188); 106 14; 120 14; 141 38; III 35 8; 45 28; 45 (258); 63 14; 65 33; 91 (272-273); 105 (283); 108 27; 136 9-10  
**BOLISLAUS**, magnus dux Lituaniae I 35 4  
**BONONIA** (Bologna) I 22 10; 25 12; 69 4  
**BONONIA IAC. O. F. M.**, III 72 1  
**BORATIUS ANTONIUS DE**, leg. III 36 25  
**BOURDONIS R.**, cur. II 122 33  
**BRANDA** (de Castillione), card. ep. Portuensis (Porto), postea Sabinensis (Sabina), vocatus Placentinus (Piacenza) I 99 19; 112 14; II 23 17; 73 22; 74 26; 136 2; III 63 17-18  
**BULGARIA** III 70 10  
**BUSSON IOH.**, cur. I 102 28  
  
**CALLIO G. DE**, cur. II 83 (188); 91 24  
**CALLISTUS**, archiep. Dristrensis (Silistra) II 78 13  
**CALVIS IAC. DE**, cur. II 111 33; III 68 34  
**CAMERON IOH. DE**, cur. II 148 28  
**CAMPOFREGOSE THOMAS DE**, dux Ianuensis (Genova) I 70 3; 106 18; II 139 1  
**CAPPADOX GEORGIUS**, cler. gr. I 79 1  
**CARBONIBUS N. DE**, cur. II 6 2 6; 43 11; 120 11; 144 17; III 45 27  
**CARITATE IAC. DE**, abb. S. Fidelis III 65 8  
**CAROLI SIMON**, leg. I 53 5; 54 11  
**CAROLUS**, rex Franciae I 54 7  
**CASALI GUILLELMUS DE O. F. M.**, I 104 10; 106 1; II 65 1; 77 16  
**CASTELLO V. DE**, procurator II 5 23  
**CATHELLANO PETRUS O. F. M.**, II 78 8; III 36 31  
**CAVEIS RUBEIS ALPHONSUS DE**, coll. II 6 1  
**CHRISTOPHORUS** (de S. Marcello), ep. Ariminensis (Rimini), I 87 20; II 74 15; 136 19; III 138 13  
**CHRISTOPHORUS** (Garatoni), ep. Coronensis (Coron) I 32 22-23; 38 3; 46 (51); 47 (52); 77 18; 79 9; 82 21-22 24-25; II 75 15; 116 11; 120 21; III 17 1-2; 24 (247); 29 1; 35 16; 71 36; 87 7  
**CHRYSOCOCCUS MANUEL**, cler. gr. II 78 18-21  
**CIRCHINIS IOH.**, cur. III 144 11  
**CINCIUS I.**, cur. I 18 (24); 26 (33); 79 (79); 102 29; 108 (103); 78 (264); 109 23; 110 17; II 7 (120); 112 28; 148 30; III 83 39

- CINGULO BARTH. DE, vic. Arelatensis (Arles) et monast. Montis-Maioris (Montmajour) III 67 17-18
- CLERICI PETRUS, archidiaconus. Trecensis (Troyes), leg. ducis Burgundiae et Brabanciae II 76 4-5
- CLUNIACENSIS (Cluny; Oddo II de la Perrière), abb. II 16 (128)
- COLENZOEN W., cur. II 24 24; III 13 18
- COLLIS IOH. DE, cur. II 10 18
- COMITIBUS PETR. DE, leg. apost. II 14 30; 16 (128)
- CONDULMER ANTONIUS, capitaneus I 76 22
- CONRADUS (de Daun), archiep. Maguntinus (Mainz) I 10 23.
- CONSTANTINOPOLIS I 20 9-10; 50 10; 76 21-22; 83 27; 85 20; II 144 6; III 95 3
- CONSTANTINUS, patr. armenus I 30 (39); 91 26-27
- CONSTANTINUS, protopapas, locumtenens Moldaviae II 79 3
- CORNETO BARTH., proton. I 87 20; III 103 22; 125 33
- COSTIARIS L. DE, cur. III 108 9; 117 42
- COUSIN S., cur. III 128 11; 129 17
- CRACOPOLLETI GUILL., can. Bisuntinus (Besançon) II 46 1-2
- CREMONENSIBUS IOH. DE, cur. III 142 21; 144 11
- CRESCENTIUS A. DE, cur. III 123 14
- CUSA NIC. DE, I 77 20; 82 9-10; 85 19-20; 87 21
- CYPRUS III 127 12
- DAMIANUS, archiep. Moldoblachiae, vic. archiep. Sebastiensis (Sivas) II 78 10
- DAMIANUS (de Busellis) O. F. M., ep. Assisiensis (Assisi) II 75 4
- DANIEL (Scoto), ep. Concordiensis (Concordia) II 74 11; 157 20
- DANIEL, abb. de Saviliano II 76 23
- DARDANONIBUS A. DE, cur. I 109 22; III 104 32
- DELPHINUS (Angeli de Pergula), ep. Parmensis (Parma) I 88 9
- DERGELLO FRANCISCUS, cur. I 4 37
- DIDACUS (de Anaya y Maldonado), archiep. Hispalensis (Sevilla) II 55 1
- DIOGENIS EMANUEL, presb. gr. III 121 1
- DISSIPATUS (Disypatos) EMANUEL, leg. I 39 1; 41 11-12
- DISSIPATUS GEORGIUS, leg. I 41 11
- DISSIPATUS IOH., leg. I 66 24; 69 4; 81 1; 84 11; 85 13; 86 40
- DOLDIUS, baro, consiliarius Casimiri magni ducis Lituaniae III 66 1-2
- DOMINICUS (Ram), card. S. Ioh. et Pauli III 63 20
- DOMINICUS (de Capranica), card. S. Mariae in Via Lata II 73 28; 136 8; III 63 37-38
- DONATUS (de Medici), ep. Pistoriensis (Pistoia) II 75 14
- DOROTHEUS, patr. Antiochenus (Antiochia) II 77 27
- DOROTHEUS, archiep. Trapezuntis (Tirabson) II 78 3
- DOROTHEUS, archiep. Mitylenensis (Mitylene) et vic. arch. Sidensis (Side) II 78 9
- DOROTHEUS, mon., locumtenens Vatopediu (Athos) II 79 6-7
- DOSITHEUS, archiep. Dramensis (Drama) II 78 16
- DOSITHEUS, archiep. Monombasiensis (Monembasia) II 77 12
- EPHESINUS (Marcus Eugenicus) III 17 29
- EPIRUS III 70 10
- EREPEL HENRICUS DE, prepositus II 34 17
- ESTOUTEVILLA, card.; v. Guillelmus
- FANTINUS (Valaresso), archiep. Cretensis I 53 11; 114 13; II 74 2; 110 1-2; III 3 1
- FELIX V, antipapa III 7 31; 67 27; 90 1
- FELTRENSIS (Feltre), ep. II 42 32
- FERRARIENSIS (Ferrara) civitas I 97 29; 98 3 32 36
- FERRARIUS PETRUS O. F. M., III 43 5-6; 45 23
- FIDELIS A., cur. I 14 22
- FIRMITATE GUIDO DE, laicus II 46 4
- FLORENTIA (Firenze) civitas I 54 17; 69 17; 70 6; 94 13 26; II 61 15-18; 67 5; 90 11
- FLORENTIA A. DE, cur. I 33 13; 38 11; 41 5; 78 (77); II 10 19
- FONLAM H., cur. III 24 14
- FONSECA PETRUS DE, card. III 147 1
- FOSCARI FRANCISCUS, dux Venetiarum II 42 16; 55 23; 68 1; 81 1; 86 1
- FRANCISCUS IOH. (de Fabriano) I 114 15; III 150 (104<sup>bis</sup>)
- FRANCISCUS (Condulmarus), card. S. Clementis I 22 31; 24 10; 41 2; 80 13; 91 17; 99 22; II 23 20; 45 20-46 1; 73 24; 136 4; III 63 21; 78 15; 81 32-36; 84 10; 85 26; 96 10-11; 101 26-27; 112 17
- FRANCISCUS (de Marerio), ep. Brixiensis (Brescia) III 64 17
- FRANCISCUS, abb. de Berceto II 76 12
- FRANCISCUS, abb. S. Leonardi II 76 11
- FRANCISCUS, abb. S. Mariae de Gringnano II 138 3
- FRANCISCUS, abb. S. Mariae de Pactiano (Pacciano) II 76 25; 138 1
- FRANCISCUS, abb. S. Yocundae (Gonda) III 65 13
- FREDERICUS, abb. S. Pantaleonis de Luca (Lucca) II 77 3
- FREDERICUS, dux Saxoniae II 142 (229)
- FRIDERICUS, dux Austriae, rex Romanorum I 105 17-18; II 44 9; III 111 33-34
- FRIDERICUS, marchio Brandenburgensis I 114 (111)
- FURNENSIS, prior O. Praem. I 95 19
- GABRIEL (Iacobi), ep. Mothonensis (Modon) II 56 7
- GABRIEL, abb. S. Iacobi de Pontida II 77 13
- GARSIAS (Henriquez Osorio), ep. Ovetensis (Oviedo) III 64 19
- GARSIAS (Martini de Waamonde), ep. Tudensis (Tuy) II 75 18
- GENERALES Ordinum I 105 1, 9-13
- GENNADIUS, archiep. Ganensis (Ganos) II 78 15
- GENTILIBUS BAPTISTA DE, civ. Caffensis (Caffa, Feodosia) III 91 1
- GEORGIUS SABA O. S. Bas., abb. Cretensis III 86 11



- GEORGIUS**, abb. S. Petri de Eugubio (Gubbio) II 77 9  
**GEORGIUS**, abb. de Ferentino II 76 13  
**GEORGIUS** (de Flisco), card. S. Anastasiae III 63 27  
**GEORGIUS**, princ. Rasciae III 79 12; 142 25  
**GERARDUS** (Landriano), ep. Comanensis (Como) II 137 18  
**GERARDUS**, Er. S. Aug., gen. II 77 17  
**GERASIMUS**, archiep. ruthenus I 35 22  
**GERBASII AVMARUS**, cur. I 10 34; 14 22  
**GEREGIO GEORGIUS**, baiulus II 120 22  
**GERMANIAE** (et Austriae) principes I 102 (92-94); II 63 (164-169)  
**GERMANIAE** civitates II (185-186)  
**GERONTIUS**, abb. gr. monast. Pantocratoris (Constantinopoli) II 79 8,9  
**GNEZNEŃSIS** (Gnieźno, Gnesen; Vincentius de Dam-bico) II 16 (126); 23 25  
**GOMECIUS**, abb. Florentinus II 76 7  
**GONDA** (S.), monast. dioec. Aretinae (Arezzo) II 77 12; III 65 13  
**GRASSIS ANGELUS DE**, ep. Arianensis (Ariano) II 75 8; 137 14  
**GREGORIUS XII**, papa III 34 1  
**GREGORIUS** (Mammas), vic. patr. Alexandriae II 77 24-25  
**GREGORIUS**, archiep. armenus Leopoliensis (Lwów) II 147 1-2  
**GREGORIUS**, archiep. Moldoblachiae I 49 7  
**GREGORIUS**, abb. gr. S. Demetrii (Constantinopoli) III 123 4  
**GRIBOVAL IOH.**, archid. II 45 28-29  
**GUASTONIBUS P. DE**, cur. III 38 9  
**GUCIN P.**, cur. II 83 10  
**GUILEMOCI THEOBALDUS**, cubicularius II 47 2  
**GUILLELMUS** (de Estoutevilla), el. et conf. Andegaven-sis (Angers), card. S. Martini in Montibus II 75 3; III 63 31-32  
**GUILLELMUS** (Le Ferron), el. Leonensis (Saint Pol de Léon) II 75 18  
**GUILLELMUS**, abb. S. Ioh. de Sordua II 138 9  
**GUILLELMUS**, abb. S. Salvatoris Burdegalensis (Bordeaux) II 77 8  
**GUNDISALVUS** (de Vallebona) O. F. M., archiep. Granatensis (Granada) II 75 19; 136 29  
  
**HASBANIA** II 58 13  
**HEIMBURG GREGORIUS**, leg. electorum imperii II 34 18  
**HELIAS** (Elias), ep. Maronitarum Cypri III 106 17-18  
**HENRICUS** (Chicheley), archiep. Cantuariensis (Canterbury) I 101 1-2  
**HENRICUS**, rex Angliae I 73 1; II 85 (192); 142 (230)  
**HOCHBERG GUILLELMUS DE** II 17 1  
**HUGO** (de Lusignano), card., ep. Penestrinus (Praenestrinus; Palestrina) I 22 27; 24 6  
**HUNFRIDUS**, dux Gloucestriae II 19 (133)  
**HUNGARIA** III 70 30  
  
**IACOBUS** (de Racaneto), archiep. Ragusinus (Ragusa, Dubrovnik) III 144 1  
**IACOBUS** (Benedicti de Adria), ep. Luceriae Christianorum (Nocera dei Pagani) II 136 26  
**IACOBUS**, abb. S. Mariae de Angnano (Agnano) II 138 15  
**IACOBUS**, abb. S. Petri de Massa II 77 6  
**IACOBUS**, abb. S. Salvatoris de Faventia (Faenza) II 76 29; 137 29  
**IGNATIUS**, patr. Syrorum III 97 17  
**IGNATIUS**, archiep. Tornoviensis (Tirnovó) II 78 8  
**ILLYRICUM** III 70 9  
**IMPERIALI PAULUS**, civ. Ianuensis (Genova) III 16 5-6  
**IOACHIM**, patr. Hierosolymitanus II 78 2  
**IOASAPH**, archiep. Amasiensis (Amasia) II 78 11  
**IOH.** XXIII papa III 32 26; 33 40  
**IOH.** (de Ruppescissa), card. S. Laurentii in Lucina I 24 7  
**IOH.** (de Casanova) O. P., card. S. Sixti I 22 30; 24 9; 41 1  
**IOH.** (de Torquemada) O. P., card. S. Sixti III 63 33  
**IOH.** (Cervantes), card. S. Petri ad Vincula I 34 9-10; 47 7; 50 23; 55 5; 63 2; 64 8; 66 15-16, 31; 85 15; 92 22-23; 93 15; 96 7; II 26 11  
**IOH.** (Le Jeune), ep. Morinensis (Terouanne), orator ducis Burgundiae et Brabantiae, card. S. Praxedis II 73 31-32; 137 19; III 63 30  
**IOH.** (de Tagliacotio), archiep. Tarentinus (Taranto), card. S. Nerei et Achillis I 32 2; 58 13-14; 53 10-11; 59 15; 60 3; 63 27; 64 9; 82 3; 93 14; II 50 1; III 63 24-25  
**IOH.**, patr. Coptorum II 86 10; III 126 15  
**IOH.**, patr. Maronitarum III 42 1; 99 9  
**IOH.**, patr. lat. Antiochenus I 66 32  
**IOH.**, ep. Arbensis (Arbe, Rab) II 74 20  
**IOH.** (de Fossade), ep. Connerensis (Connor) II 76 2  
**IOH.** (de Tossignano), ep. Ferrariensis II 74 18  
**IOH.** (Schele), ep. Lubicensis (Lübeck) I 64 7; 67 1; 88 8  
**IOH.** (Viviani), ep. Nivernensis (Nevers), orator ducis Niv., II 73 33; 136 24  
**IOH.** (de Los), ep. Leodiensis (Liège) I 11 (14)  
**IOH.** (de Bogia, al. Rogia), el. Agenensis (Agen) II 75 23  
**IOH.** (Krevel) O. Teut., el. Osiliensis (Oesell) II 75 24; 137 2; III 64 25  
**IOH.** (de Chateaugiron), ep. Nannetensis (Nantes) II 47 1  
**IOH.** (Andreae), ep. Signensis (Senj, Zengg) I 115 14; III 150 14  
**IOH.**, abb. S. Martyrum Cordubensium II 77 7; 138 4  
**IOH.**, O. Camald., abb. S. Angeli de Vergareto II 37 28  
**IOH.**, abb. S. Michaelis de Aretio (Arezzo) III 138 17  
**IOH.**, abb. de Tyro dioec. Ianuensis (Genova) II 76 22; 138 6; III 65 5  
**IOH.** VIII PALAEOLOGUS, v. Palaeologus  
**IOH.** IV, imp. Trapezuntis I 28 (35); 32 31-32; 91 26  
**IOH.** (Zara Jacob), imp. Aethiopiae II 38 21; 100 1  
**IOH.**, rex Cypri III 72 15  
**IORDANUS** (de Ursinis), card. ep. Sabinensis (Sabina) I 22 33-35; 24 1-3; 40 42; 62 12; 99 18; 112 13; II 23 16

- IOSEPH II**, patr. Constantinop. I 5 (5, 7); 19 9; 21 (28); 21 5; 32 33; 41 10-11; 47 (52); 79 19-20; 80 12; II 3 18-19; 22 7.8; 59 3; 103 19; III 134 4; 150 4; 152 6-7; 153 21-22  
**ISAIAS**, ep. armenus I 30 (38)  
**ISIDORUS**, archiep. Kioviensis (Kiev), card. II 77 26-27; 93 6; 95 3; 143 3-4; III 66 4; 105 1  
**ITALIAE** urbes I 20 3; 22 8  
**IULIANUS** (Cesarini), card. I 85 15; 93 15-16; 96 7; II 57 2; III 71 32-33; 81 16-17, 30-31  
**IULIANUS** (Ricci), archiep. Pisanus (Pisa) II 74 3; 92 17; 96 9; 101 25  
  
**KAROLUS** (Angelini), ep. Senensis (Siena) II 74 22  
  
**LADISLAUS**, rex Poloniae II 85 (193); 143 (232)  
**LANGUSCO IAC. DE**, cur. I 22 35; 27 (34)  
**LAUDE F. DE**, cur. II 6; 108 17  
**LAURENTIUS** (Petrus Iacopini) O. P., ep. Achayensis (Achaia) II 74 27  
**LAURENTIUS**, abb. de Culros dioec. Imilacensis (Emly) II 77 2; 138 7  
**LAVEZIUS F.**, cur. III 104 31; 108 8; 115 18; 116 13  
**LEGENDORFF P. DE**, cur. III 127 10  
**LEGNAMINE BAPTISTA DE**, coll. II 53 (153)  
**LEONIS IOH.**, mag. I 68 27  
**LITUANIA** I 35 4; II 93 6; III 71 37  
**LOMITI BENIAMIN O. S. Bas.**, abb. II 89 1  
**LUCAS**, abb. Ferrariensis (Ferrara) II 77 5  
**LUCAS**, abb. S. Mariae in Alpibus (Sabaudia) II 77 4  
**LUCAS**, abb. S. Trinitatis de Fonte Benedicto III 65 9  
**LUCIDUS** (de Comitibus), card. S. Mariae in Cosmedin I 22 33; 24 12; 41 3; 62 17  
**LUDOVICUS** (Scarampi), ep. Traguriensis (Trau), archiep. Florentinus, postea patriarcha Aquilegiensis et card. S. Laurentii in Damaso I 87 20-21; II 74 6; 136 14; III 22 6; 63 34  
**LUDOVICUS** (de Luxemburg), archiep. Rothomagensis (Rouen), card. II 43 12; 123 1  
**LUDOVICUS** (de Amaral), ep. Visiensis (Viseu) I 88 9  
**LUDOVICUS** (de la Guerra), ep. Egitaniensis (Idanna) III 64 13  
**LUDOVICUS** (de Teck), patr. Aquilegiensis (Aquileja) I 66 33  
**LUDOVICUS** (Barbo), ep. Tervisinus (Treviso) II 75 1  
**LUPARI Baldassar**, civ. venetus I 78 2, 24-25; III 20 32  
**LYSURA IOH. DE**, leg. electorum imperii II 38 18  
**LYVONIA** II 93 7  
  
**M.**, abb. S. Mariae de Diciano II 76 32  
**MACARIUS**, archiep. Nicomediensis (Nicomedeia) II 78 6  
**MACEDONIA** III 70 9  
**MAGIO A. DE**, cur. II 35 7; 68 11; III 115 18; 116 13  
**MALLEACENSIS** (Maillezais; Theobaldus de Luceyo), ep. II 18 (131)  
**MANTUA GALEAZIUS DE**, cler. 155 7  
  
**MARCUS** (Condulmarus), archiep. Tarentasiensis (Tarentaise), patr. Gradensis (Grado), leg. apost. I 77 17-18; 82 20, 24; 83 24-25; II 3 17; 64 4; 73 30; 136 10  
**MARCUS** (de Marinaribus), ep. Alessandrinus (Alessandria) prov. Mediolanensis (Milano) III 65 2  
**MARGANIS P. DE**, cur. II 19 30  
**MARIA DE MORRONA** (S.), monast. Tusciae II 77 11  
**MASSA ANTONIUS DE O. F. M.**, leg. apost. I 11 (15); 11 1  
**MATTHAEUS**, archiep. Lacedaemoniensis (Lacedaemon) II 78 7  
**MATTHAEUS**, archiep. Melniciensis (Melnik) II 78 14  
**MATTHAEUS** (al. Mitrius; Gastinel) ep. Cistaricensis (Sisteron) II 136 27  
**MATTHAEUS** (de Hermolao), ep. Sappatensis (Sappae, Nensiat) II 75 7; 137 13  
**MATTHAEUS** (del Caretto), ep. Albinganensis (Albenga) I 67 1  
**MATTHAEUS** (Testi) O. Serv., ep. Cortonensis (Cortona) II 75 26  
**MATTHAEUS O. S. B.**, abb. S. Donati Senensis (Siena) II 138 8  
**MATTHAEUS**, abb. S. Firmi Veronensis (Verona) II 137 22; III 65 3  
**MAUROCENUS** (Morosini) **ANGELUS**, Chiensis (Chios) III 39 2  
**MEDICI** (Cosimo, Lorenzo) I 71 10; II 31 1; 86 2-3, 6; 120 15  
**MELLA IOH. DE**, el. Legionensis (León), ep. Zamorensis (Zamora) II 54 11; 75 2; III 64 16  
**MEMMI NICOLAUS**, civ. venetus II 68 5  
**MESNAGE MATTHAEUS**, leg. conc. Basiliensis I 43 30-31; 45 5, 16  
**MEYNFELT**, monast. II 58 21  
**MOLDAVIA** III 71 37  
**MONS SION**, monasterium O. F. M. II 84 (189)  
**MONTEBRONDO DE MARCHIA IAC. DE O. F. M.**, III 83 6-7  
**MONTE PETRUS DE**, leg. apost., postea ep. Brixienensis (Brescia) II 18 (1 0)  
**MONTISROLANDI**, eccl. II 37 17-18  
**MOSES**, mon. gr., locumtenens Vatopediu (Athos) II 79 4-5  
**MOTA IOH. DE**, cur. II 13 30; 14 34  
**MULBRON** (Maulbronn) **IOH. DE**, abb. II 34 16  
  
**NARSES**, mon. armenus Caftensis (Cafta, Feodosia) II 134 19; 148 24  
**NATHANAEL**, archiep. gr. Rhodiensis (Rhodos) II 78 12; 92 1  
**NICOLAUS** (Albergati). card. I 32 1; 34 9; 40 44; 50 23; 62 15; 63 1-2; 92 3; 99 21; 117 1; II 23 19; 73 23; 112 16; 136 3; III 63 19  
**NICOLAUS** (Protimus), archiep. lat. Atheniensis (Athenae) III 109 15  
**NICOLAUS** (d'Acciapaccio), archiep. Capuanus (Capua). postea card. S. Marcelli II 74 5; 136 11; III 63 26

- NICOLAUS (Cesari al. de Caeciliano), ep. Tiburtinus (Tivoli) II 137 10; III 64 28
- NICOLAUS (de Venetiis) O. P., ep. Tricaricensis (Tricarico) II 75 22
- NICOLAUS, abb. S. Ioh. Baptistae Traguriensis (Trau), vic. II 57 12
- NICOLAUS, abb. S. Modesti Beneventini (Benevento) II 76 28
- NICOLAUS, (can.) cantor Verdunensis (Verdun) II 121 10-11
- NICOLAUS DE STILLO (S.), monast. dioec. Nicosiensis (Nicosia) III 115 15-16
- NICOLAUS (Estensis), marchio II 140 15-16
- NUCELLA A. DE, cur. I 18 23
- NURIMBERGA (Nürnberg) II 44 19
- OCTAVIANUS (Ottavianus), abb. S. Pauli de Raggolo II 138 2
- OFFIDA LUCAS DE Er. S. Aug., I 16 19-20; 17 21-22; 17 (22)
- ORATORIUS JACOBUS DE, coll., ep. Adriensis (Adria) II 6 5; 18 (132); 74 9; 136 16; III 13 7;
- OSORA III 143 1
- OSTOYA (Stephanus), rex Bosnae III 104 10
- OTTO, dux Bavariae (caput dynastiae Mosbach) III 13 4-5
- PACHOMIUS, abb. gr. S. Pauli II 79 12
- PADUA BAPTISTA DE, coll. II 67 (173)
- PALAEOLOGUS CONSTANTINUS, princ., postea imp. III 20 27; 35 10-11; 131 1
- PALAEOLOGUS CONSTANTINUS CANTACUZENUS, nob. III 109 1-2
- PALAEOLOGUS IOH. VIII, imp. I 5 (4); 18 5; 20 3-4; 21 (27); 21 4; 26 7; 40 6; 41 10; 61 6; 67 13; 75 1; 80 11; II 3 18; 22 6; 56 3; 59 2; 68 16; 77 20; 103 18; III 17 3; 72 9-10; 84 1; 85 1; 132 3; 133 29-30; 134 4; 150 3; 152 5-6; 153 21
- PALAEOLOGUS MANUEL, imp. I 5 (3, 6); 6 (9); 7 25; 11 (15); 12 5; 14 (18); 14 6; 15 3. — filii imperatoris Manuelis I 3 1-3
- PALAEOLOGUS THEODORUS, princ. I 15 1; 16 25; III 72 30-31. — eius uxor, CLEOPA (Cleofe) de Malatesta I 15 5, 9; 16 23-17 24; 17 (22)
- PALAVICINUS B., cur. II 44 30; III 16 25; 80 31
- PALAZAGO A. DE, cur. I 34 21; 41 4
- PALUDR (Palu) LUDOVICUS DE O. S. B., ep. Lausannensis (Lausanne) I 88 9
- PARVIJOHANNIS, cur. III 103 21; 117 42
- PASCUASIVS, abb. S. Ioh. Ev. (Borgo San Sepolcro) II 76 18; 138 14
- PERUSIO A. DE, cur. I 25 23; 28 32; 118 17
- PETRUS (Barbus), card. S. Mariae Novae III 64 2
- PETRUS (de Schaumberg), ep. Augustanus (Augsburg) I 96 28
- PETRUS (Leonis), ep. Ausarensis (Ossero) II 75 6; 136 23
- PETRUS (Perquierii) O. F. M., ep. Cavallicensis (Cavaillon) II 137 4
- PETRUS (de Versailles), ep. Dignensis (Digne), postea Meldensis (Meaux) I 66 34-67 1; 77 19; 79 17; 82 7-8; 85 19; II 74 17; III 138 12
- PETRUS (dall'Orto), ep. Massanus (Massa Marittima) II 75 9; 136 17; III 64 21
- PETRUS (Donato), ep. Paduanus (Padova) I 38 14; II 74 10; 137 17; III 64 12
- PETRUS (Hispanus), ep. Turritanus (Torres) III 64 26
- PETRUS, abb. S. Felicis de Florentia II 76 31; III 65 12
- PETRUS O. S. Bas., abb. Gryptaeferratae (Grottaferrata) II 76 4; III 65 6
- PETRUS, abb. S. Michaelis de Pisis (Pisa) II 137 27
- PETRUS, diac. abessinus III 38 12
- PETRUS, vojvoda Bosnae III 115 19
- PHILIPPUS, dux Burgundiae II 27 19; 66 22
- PHILIPPUS, dux Mediolanensis I 13 7; II 64 1
- PHILIPPUS, abb. S. Salvatoris de Vaiano (?) II 138 12
- PHILOTHEUS, patr. gr. Alexandriae II 77 21-22, 25; 85 (191)
- PIGNOLO STEPHANUS, orator regis Cypri III 72 16-17
- PLACIDUS O. S. B., gen. Vallisumbrosae II 77 18
- PLANCA (Planta) IUSTINUS DE, advoc. III 5 21
- POGGIUS, cur. I 45 3; 43 22; 44 24; 45 3; 62 19; II 38 20; III 112 30
- POLICIANUS N., cur. II 112 25
- POLLART E., cur. II 60 22
- PONTANUS LUDOVICUS (de Roma), not. I 112 21; II 64 11-12; III 151 (109)
- PORCI JACOBUS, cler. Metensis (Metz), leg. pont. I 14 5
- PORTINARI BERNARDUS, mercator Brugensis (Bruges) II 66 34
- PORTUGALIAE rex I 73 1
- POZNANENSIS (Poznan) eccl. II 41 7
- PRATO IOH. DE, promotor conc. III 5 22
- PRIMIDIUS IAC. DE O. F. M., I 74 7-8, III 108 28
- PROSPER (de Columna), card. S. Georgii ad Velum Aureum (Velabro) I 99 24; 112 19; II 23 23; 73 27; 136 7; III 63 35-36
- PULCHRIPATRIS IOH., mag. I 68 25
- PUTEO G. DE, cur. III 93 19
- QUESTEL MARTINUS, leg. I 54 11
- QUINTINUS (Ménart), archiep. Atrebatensis (Arras) II 66 1
- RADULPHI IAC., dec. Tullensis (Toul) II 121 10
- RAGUSIO IOH. DE O. P. I 82 11-12
- RAMA III 143 1
- RAMSTEIN RUDOLFUS DE, nobilis Basiliensis I 95 16-17
- RAYMUNDUS (de Strongoli), ep. Conzanus (Conza) II 74 8; 136 13
- RECANETO (Racaneto) A. DE, cur. III 91 20; 92 16; 95 24
- RECLINHUSEM (Recklinghausen) ARNOLDUS DE, procurator Tarentini archiepiscopi I 95 4-5
- RICCIUS L. DE, cur. II 5 39
- ROBERTUS (de Asinis), ep. Aretinus (Arezzo) II 136 20
- RODERICUS (Didaci), el. Silvensis (Silves) III 65 1
- RODULFUS O. Er. S. Aug., ep. Civitatis Castelli (Città di Castello) III 64 27

- ROITLINGH (Rotelin) WILHELMUS DE**, nob. I 95 15  
**ROUSELLI**, cur. I 45 9  
**RUSSIA** II 93 6; 95 3
- SABAUDIA** II 26 34; 27 4  
**SABAUDIA LUDOVICUS DE**, princ. Pedemontium (Piemonte) II 12 21  
**SAGUNDINUS NICOLAUS**, cur. II 91 7; III 37 12  
**SALVAGRAVI IAC.**, laicus II 46 5  
**SARTEANO ALBERTUS DE O. F. M.**, leg. apost. II 84 (190); 87 19; 98 9; 100 10; 108 19-20; III 83 6  
**SCHIACCIUS L. DE**, cur. I 108 36  
**SCHOLARIUS GEORGIUS I** 116 (113)  
**SCHONAW (Schonalb) A.**, cur. I 28 32; 30 13; 105 21  
**SCIPIO (de Maynentibus)**, ep. Mutinensis (Modena) II 75 14; 136 25; III 64 22  
**SCLAVONIA** III 70 10  
**SEGOVIA IOH. DE**, mag. I 68 27  
**SEPULCRUS**, abb. de Uzano II 76 16  
**SIGISMUNDUS**, imp. I 47 (53); 32 14; 71 12; 96 25  
**SINODI IOH.**, cur. II 44 8  
**S. SOPHIA**, eccl. Constantinop. III 21 1  
**SOPHRONIUS**, archiep. Anchialensis (Anchialo) II 78 17  
**SPOLETO A. DE**, cur. III 45 (258)  
**STRECCATIS IOH. DE**, cur. II 138 18; 107 7; III 65 84; 86 10  
**STRATA A. DE**, cur. III 4 12; 99 8  
**SUCIUS P.**, cur. II 141 35  
**SUGERODE GERARDUS**, can. Maguntinus II 44 26-27  
**SYROPULUS SILVESTER**, cler. gr. II 78 24
- TARNOLLETI GUILLERMUS**, presb. II 46 2  
**THADDAEUS**, ep. Aconriatensis (Achadensis, Achonry) II 76 3  
**THENINI M.**, cur. III 16 25  
**THEODERICUS (de Moers)**, archiep. Coloniensis (Köln) I 7 1  
**THEODERICUS (de Erbach)**, archiep. Maguntinus (Mainz) I 114 1  
**THERUNDA L.**, cur. I 114 3; II 40 11; 98 43  
**THOMACELLIS C. DE**, cur. I 25 24; II 40 41  
**THOMAS (de Venetiis) O. P.**, ep. Farenensis Hvar, Lesina) II 74 14  
**THOMAS O. P.**, vic. gen. III 120 1  
**THOMAS (Michailovitch)**, leg. principis Tverensis (Tver) II 138 (225)  
**THOMAS STEPHANUS**, rex Bosnae III 103 23; 155 1  
**THRACIA** III 70 9  
**TIMOTHEUS**, archiep. Tarsensis (Tarsos) Chaldaeorum Cypri III 106 16, 32; 128 2-3, 27; 138 21
- TORCELLO IOH.** II 95 5; III 20 23; 85 12-13  
**TRAPEZUNTIUS GEORGIUS**, cur. III 16  
**TRAVERSARI AMBROSIUS O.** Camald., gen., leg. apost. I 45 10, 26; 47 (53); II 76 6  
**TROIANUS ANT. O. F. M.**, leg. apost. III 41 11; 43 19-20; 45 22; 99 13
- UGOLINIS IAC. DE**, cur. I 10 33  
**UNIVERSITAS Lovaniensis (Louvain)** II 142 (228)  
**UNIVERSITAS Montispessulani (Montpellier)** III 25 1  
**UNIVERSITAS Parisiensis** I 103 1; II 115 12; III 36 19-20  
**UNIVERSITAS Salmanticensis** III 22 11  
**UNIVERSITAS in Europa (Francia, Hispania, Alamania, Brabancia, Polonia, Anglia, Scotia)** I 104 1-9  
**URBINO B. DE**, cur. II 62 29; III 105 14  
**URSINUS IOH.**, abb. Farfensis (Farfa) II 76 8  
**URSINUS LATINUS DE**, archiep. Tranensis (Trani), postea cardinalis S. Ioh. et Fauli II 74 7; 136 15; III 64 10  
**UTINO IAC. DE**, can. II 96 1  
**UTINUM (Udine)** I 69 17; 70 6; 94 13
- VALENTIA R. DE**, cur. I 39 11; II 55 22  
**VALENTINUS (de Narnia)**, ep. Hortanus (Orte) et Castellanus (Civita Castellana) II 74 19; III 64 30  
**VASILIJ**, princ. Moscoviae II 95 (204)  
**VENETIAE** II 22 12  
**VENTURA IOH.**, coll. II 55 3  
**VERCELLIS GUIDO DE**, mag. I 68 28  
**VERECUNDETI MICHAEL**, presb. II 46 3-4  
**VERONENSIS (Memo Guido)**, ep. II 42 32  
**VERVITI IOH.**, laicus II 46 5  
**VITERBIO IAC. DE**, cur. I 62 19; II 65 30; III 121 18  
**VIVIANIS P. DE**, cur. III 21 20  
**VRATISLAVIENSIS (Breslau, Conr. de Oels)**, ep. II 16 (127); 142 (231)  
**VULOTI (Vulotis) TRAGAGNOTI (Tarchanioti) EMANUEL**, leg. gr. I 69 1; 85 8-9; 86 40
- WALACHIA** III 71 37
- XANTHOPULUS THEODORUS**, cler. gr. II 78 22
- YSACH**, leg. Heliae ep. Maronitarum Cypri III 107 16-17
- ZACHARIAE PAULINUS**, laicus Nicosiensis III 129 18  
**ZENO MICHAEL**, civ. Venetus I 78 1; III 21 21  
**ZENONUS (de Castillione)**, ep. Bayocensis (Bayeux) II 74 28

## VII

## INDEX RERUM

- Aethiopes.** — Imperator Zara Iacob invitatur, ut aliquem episcopum ad concilium mittat, I 38-40. Ei Albertus de Sarteano O. F. M. legatus destinatur, II 100.
- Armeni.** — Constantinus VI patriarcha armenus ad concilium adeundum invitatur, I 30 (38-39). Eius delegatio Florentiam venit, II 124. Bulla unionis, II 123-138. Delegatio archiep. armeni Leopoliensis, Gregorii, Florentiae unionem acceptat, II 147-148. Iura episcopi armeni, II 146.
- Baptismus.** — Sacramentum, materia, forma, minister, effectus, II 128. Reiteratio baptismi prohibetur, II 146. Eius necessitas salutis, III 50. Non differendus, III 50.
- Beneficia ecclesiastica.** — collata: Iohanni de Montenigro O. P., I 106. Bessarioni metropolitae Nicaeno, II 88. Dorotheo metropolitae Mitylenensi, II 89. Beniamino Lomiti abbati S. Bas. Cretensi, II 90. Nathanieli metropolitae Rhodiensi, II 92. Metrophani II patriarchae Constantinopolitano, III 20. Capitulo et clericis S. Sophiae Constantinop., III 21. Christophoro Garatoni episcopo Coronensi, III 95. Ludovico Pontano notario, II 63. Facultas conferendi beneficia conceditur Andreae Chrysobergi archiep. Colossensi, II 106-107.
- Bohemorum causa** (Hussitismus). — I 97-98.
- Bosna.** — Bini Franciscani tamquam cappellani conceduntur Stephano Thomae regi Bosnae et Petro voivodae, III 114-116. Prior legitimus declaratur (dispensatio) III 103-104.
- Caelum.** — caelum pro animis puris vel purgatis, II 72.
- Caeremoniae Veteris Testamenti.** — Non obligant amplius, III 50.
- Chaldaei.** — Chaldaei Cyprae unionem cum ecclesia romana acceptant, III 105-108. Andreae Chrysobergi archiep. Nicosiensi facultates pro unione Chaldaeorum exequenda dantur, III 126-127. Chaldaeis cath. salvasconductus et eorum archiepiscopo immunitas a taxis solvendis conceditur, III 127-129.
- Concilium Basiliense.** — Facultas ad conc. Basil., dissolvendum, I 21-24. Conc. dissolvitur (prima vice), I 24-25. Negotia tractata inter Eugenium IV et conc. Bas. (restauratum) inprimis de causa unionis Graecorum et de sede concilii unionis II 31-34, 38-46, 47-49, 55-62. Decretum minoris partis synodaliū Basil. de sede concilii unionis a papa approbatur, I 64-70. Conc. Bas. Ferrariam transfertur, I 91-99, 110-112. Civitas Bas. de hac re a papa certior fit et monetur, ut adversariis resistat, I 99-100. Decreta concilii Ferrariensis-Florentini contra synodales renitentes Basil., II 6-10, 21-23, 101-106, III 4-13. Eugenius IV principes hortatur, ut papam contra synodales renitentes Basil. defendant, II 10-14, 17, 20, 34-36, 44, 57-58, 63-64, III 110-111, 148-149. Processuum conc. Basil. annullatio, II 46. Protectio Nicolai de Cusa contra synodales Bas., II 58-60. Commissarii conc. Bas. per Marcum Condulmer legatum apostolicum monendi, ne Constantinopoli contra papam agant, I 88-89. Papa Eugenius IV universitates hortatur, ut sedem apostolicam defendant, II 115-116, III 22-23, 25-35. Defensorem nuntii pontificii laudat, III 13. Poenae eccl. contra Ludovicum Aleman, III 14-16. Monitorium contra Felicem V antipapam, III 4-12.
- Concilium Florentinum.** — Praeparatur a Martino V et Eugenio IV: conventio Martini V cum Graecis, I 20-21. Eugenius IV concilium Basiliense Ferrariam transfert, I 91-99, 110-112. Nicolaus Albergati card. usque ad adventum papae praeses concilii constituitur, I 116-118. Oecumenicitas concilii Ferrariensis solemniter definitur, II 21-23. Concilium Florentiam transfertur, II 60-61. Bullae unionis Graecorum, Armenorum, Coptorum, II 68-79, 123-138, III 45-65. Concilium Romam transfertur, III 75-78. Oecumenicitas concilii Lateranensis tamquam continuationis legitimae concilii Florentini promulgatur, III 87-88. Bullae unionis Syrorum, Chaldaeorum Maronitarumque (Cyprae), III 96-99, 105-108. Quaestio de novo concilio oecumenico convocando eoque distincto a conciliis Basiliensi et Florentino a legatis Frederici regis Romanorum et electorum imperii Eugenio papae IV proponitur, II 35-36, III 109-112. De decretis concilii Florentini contra conc. Basil. v. Concilium Basiliense.

- Confirmatio.** — Sacramentum, materia, forma, minister, effectus, II 128-129.
- Copti.** — Albertus de Sarteano O. F. M. ad eos mittitur, II 84, 86-87. Ioh. XI patriarcha Coptorum Andream abbatem S. Antonii ad concilium mittit, III 47. Bulla unionis Coptorum, III 45-65. Patriarcha a Nicolao V confirmatur, III 126-127.
- Creatio.** — Manichaeismus condemnatur, III 48-49.
- Cruciata.** — Martinus V Manuelli imperatori, I 12-14. Eugenius IV imperatori Aethiopiae, II 40; Iohanni VIII Palaeologo imp., II 113-115. Pro defensione Orientis christiani decimae ecl. praecipuntur, III 69-75. Eugenius IV Ioh. Palaeologo de laboribus suis pro bello sacro praeparando, III 84. Praedicatorum cruciatae, III 81-83. Eugenii studium efficax pro cruciata, III 95-96.
- Dignitates ecclesiasticae.** — Depositio Ludovici Aleman card., I 14-16. Bartholomaeus de Cingulo fit vicarius ecclesiae Arelatenis ac monasterii Montis Maioris, III 67-68. Ioh. de Bellavalle fit administrator ecclesiae Arelatensis, III 88-90. v. Legatio pontificia.
- Ecclesia.** — Necessitas salutis, III 51.
- Eucharistia.** — Materia, minister, II 71-72. Materia, forma, minister, effectus II 128, 129-130. Materia, forma, III 62.
- Exemptio.** — Monasterium S. Mariae de Agro O. S. Bas. dioecesis Nicosiensis fit exemptum, III 113-114. Emanuel Diogenis presbyter ritus graeci cum eius familia declaratur exemptus, III 120-122. Timotheus metropolita Tarsensis Chaldaeorum Cypri constituitur exemptus, III 138-140.
- Extrema unctio.** — Sacramentum, materia, forma, minister, effectus II 130.
- Festa ecclesiastica.** — Pro Armenis praecipitur tempus pro certis festis celebrandis, II 133.
- Honores.** — Ioh. Torcello Cretensis fit familiaris pontificius, II 97-98; miles apostolicus, III 85-86. Otto dux Bavariae laudatur, III 13. Paulus Imperiali civis Ianuensis fit scutifer pontificius et comes palatinus, III 16. Baptista de Gentilibus civis Cafensis fit comes palatinus, III 91. Andreas Chrysoberges archiep. Rhodiensis facultatem accipit, ut Antonio Belucae sub certis caeremoniis titulum militis apostolici assignet, III 92. Nicolaus Sagundinus fit familiaris pontificius et secretarius apostolicus, II 91.
- Incarnatio.** — Haereses christologicae condemnantur, II 125-126, III 49-52.
- Indulgentia.** — Pro monasterio Vatopediu, II 111-112. Pro Thoma de Campofregoso duce Ianuensi occasione unionis Armenorum, II 138-140; item pro Nicolao marchione Estensi, II 140-141. Pro universitate Lovaniensi, Friderico duce Saxoniae, Henrico rege Angliae, Conrado episcopo, eodem fere modo, II 142 (228-231). Pro universis fidelibus, II 93 (201), 117-120. Pro ecclesia cathedrali Florentina, II 79-80. De quaestione indulgentiae a concilio Basiliensi concessae, I 48, 57. De sequestratione pecuniarum ex indulgentiis per Basilienses concessis, II 43. Indulgentia pro contribuentibus ad expensas cruciatae, III 82. Pro praedicationibus Sabae Georgii O. S. Bas. auditis, III 86.
- Infernum.** — Poenae, II 72.
- Inquisitor.** — Andreas Chrysoberges inquisitor in Oriente, III 128-129. Inquisitor Graeciae, III 128-129.
- Inspiratio.** — Librorum Veteris et Novi Testamenti, III 48. Canon Scripturae S., II 48.
- Interpretes.** — Basilius O. F. M., in promulgatione decreti unionis Armenorum, II 134. Petrus Cathellanus O. F. M., guardianus residentiae Beirut Alberto de Sarteano O. F. M. legato apostolico a papa adiungitur interpres, II 108-109.
- Invitatio ad concilium.** — Iulianus Cesarini card. invitatur ad concilium Ferrariense adeundum, III 151-152. Episcopi, generales, abbates invitantur, I 64, 101, 104-105, 107, 110, II 15-16, 18-19, 23-24, 56-57, 63. Principes invitantur I 101-102, 105-106, 114, II 3-4, 12-13, 18-19, 38-40, 61-63. Theologi, universitates, I 103, 106. Ludovicus Pontanus notarius, I 112-113, III 151.
- Legatio pontificia.** — Ioh. Dominici card. pro Oriente I 1 (1). Petri de Fonseca card. pro Oriente I 6 (8). Iuliani Cesarini card., Nicolai Albergati, Ioh. Cervantes card., Ioh. Berardi archiep. Tarentini, Petri Donati ep. Paduani, Antonii de S. Vito, Ambrosii Traversari, Christophori Garatoni, pro concilio Basiliensi, I 21-24, 31-33, 38-42, 44-49, 55-62. Nicolai Albergati card. pro concilio Ferrariensi, I 116-118. Christophori Coronensis pro Oriente, I 29-30, 79-80, 82-83, II 116, III 17-21. Alberti de Sarteano O. F. M. pro Oriente, II 98-100. Marci Condulmer archiep. Tarentasiensis pro Oriente, I 82-84. Isidori metropolitae Kioviensis pro Russia, Lituania, Livonia, II 93-94. Fantini Valaresso archiep. Cretensis pro Creta, II 109-111. Andreae Chrysobergis archiep. Rhodiensis et postea Nicosiensis pro Cypro, Rhodo, et parte maxima Maris Aegaei, III 39-41, 116-118, 125-126. Antonii Troiani O. F. M. et Petri Ferrarii O. F. M. pro Oriente, III 41-45. Francisci Condulmer card. pro Oriente, Ioh. Andreae ep. Signensis et Ioh. Francisci (de Fabriano) ad Sigismundum imp., I 62-64, 114-116. Antonii de Massa O. F. M. ad Manuelem Palaeologum imp., I 11-12. Iacobi de Racaneto, archiep. Ragusini, pro Oriente, III 141-142. Legati partis minoris synodaliū Basiliensium a papa commendantur, I 81-82.

- Maronitae.** — Ioh. patr. Maronitarum laudatur; huic Ant. Troianus O. F. M. et Petrus Ferrarius O. F. M. commendantur, III 43-44. Ioh. patr. decreta concilii Florentini acceptat, III 99-100. Maronitae Cypri unionem cum ecclesia romana amplectuntur, III 105-108.
- Matrimonium.** — Sacramentum, causa efficiens, bonum triplex matrimonii, indissolubile, II 131, 128. Nuptiae secundae, tertiae, quartae, si aliquod impedimentum canonicum non obstat, licitae sunt, III 62. Dispensatio matrimonialis: pro filiis Manuelis imp., I 3-4, pro Paulino Zachariae Nicosiensi, III 129-130.
- Ordo.** — Sacramentum, materia, forma, minister, III 130. Taxae in ordinibus Chaldaeorum conferendis prohibentur, III 128.
- Pacta cum Graecis.** — Martini V, I 20. Eugenii IV, I 31-33. Responsa Eugenii ad concordata concilii Basiliensis cum Graecis, I 33-34, 35-37. Facultas legis pontificiis data de pactis cum Graecis, I 38-40. Eugenii IV approbatio, I 80, 84-88.
- Patriarcha.** — Ordo patriarcharum gr., II 73 Patriarcha catholicus unicus pro Latinis et Graecis Constantinopoli, III 134. De patriarcha gr. (Metrophane II) III 19-20. Auctoritas patriarchae gr. (Gregorii Mammas) agnoscenda, III 134. Possessiones patriarchales in Creta, III 20. Confirmatio papalis patriarchae copti, III 137.
- Pax ecclesiastica.** — Hortationes papae, II 24-32, 34-35, 36 (142), 58, 64, III, 4-13. v. Ritus.
- Peccatum.** — Peccati macula, II 72. Peccatum actuale mortale, II 72. Peccatum originale II 72, III 50.
- Poenitentia.** — Materia, forma, minister, effectus, II 128, 130.
- Primatus Pontificis Romani.** — Diffinitio, II 72-73. Tres propositiones antipapales concilii Basiliensis condemnantur, II 104-105. Commemoratio liturgica papae, II 18, III 134.
- Processio Spiritus S.** — Diffinitio, II 70-71. Declaratio huius articuli, III 93-94, 124-125.
- Professio fidei.** — Symbolum Constantinopol., II 125. Diffinitio concilii Chalcedonensis, II 125-126. Diffinitio concilii VI oec., II 126-127. Symbolum (dictum) Athanasianum, II 131. Professio fidei Timothei metropolitae Chaldaeorum, III 106-107.
- Promulgatio unionis.** — Exempla decreti unionis Graecorum principibus et praelatis occidentalibus et orientalibus missa, II 82-75, 87. Papa de unione Armenorum principes aliosque certiores facit, II 140-143. v. Legatio pontificia.
- Purgatorium.** — Poenae purgatoriae, II 72. Suffragia fidelium pro animis relevandis a talibus poenis, II 72.
- Redemptio.** — Per Christum, III 150.
- Ritus.** — Ecclesiae sive occidentalis sive orientalis consuetudo in S. Eucharistia conficienda, II 72.
- Pax inter catholicos rituum diversorum fovenda, II 3-4, III 39-41. Ritus byzantinus protegatur, III 143-144. Transitus ab uno ritu ad alium prohibetur, III 128-129. Iura Chaldaeorum Maronitarumque Cypri, III 107-108. Iura episcopi armeni Caffensis, II 146. Unicus archiepiscopus Rhodi, II 107-108.
- Russi et Rutheni.** — Subscriptio Isidori Kioviensis metrop. et Avraam episcopi Suzdalensis in bulla unionis Graecorum, II 77, 79. Salvusconductus pro Gerasimo, Isidoro metropolitae Kioviensibus, I 34-45, II 95. Isidorus Kiov. fit legatus apostolicus, II 93-94. Commendatur principi Moscoviae (Vasilij), II 95-96. Commendatur Ioh. VIII Palaeologo imp., II 143-144. Pro eius liberatione epistola pontificia, III 66-67. Salvusconductus pro legato principis Tverensis, III 138.
- Sacramenta.** — In genere, II 128. De singulis sacramentis v. baptismus etc.
- Salvusconductus.** — Pro Iacobo Porci clerico, I 14. Pro Baldassaro Lupari cive veneto, I 78-79. Pro Andrea Chrysoberge O. P., II 18, 113. Pro Graecis, II 27-28, 74-76. Pro Gerasimo metropolita rutheno, I 34-35. Pro Gregorio metropolita Moldovalachiae, II 49. Pro synodalibus, II 89-90. Pro Isidoro metropolita Kioviensi, II 95. Pro Nicolao Sagundino, III 37-38. Pro Angelo Mauroceno Chiensi, III 39. Pro Gregorio abbate graeco S. Demetrii, III 122-123. Pro Chaldaeis Cypri, III 127-128. Pro Georgio Brancovič principe Serbiae, III 143.
- Sedes concilii unionis.** — Idea concilium Constantinopoli convocandi, I 6 (8-10). Sedes concilii Bononia concilio Basiliensi dissoluto, I 22. Concilium unionis in Italia habendum, I 20. Eugenius IV sedi Constantinopoli consentit (capitula), I 39-40. Tractata inter papam et concilium Basiliense restauratum de sede concilii, I 31-34, 36-37, 39-49, 55-62. Papae epistolae et legationes de hac re ad principes, I 47 (53), 50-52, 52-55, 62-64. Legati pontificii Christophori Garatoni acta cum Graecis, I, 32-33. Papa Eugenius IV decretum partis minoris synodaliū Basiliensium de sede concilii unionis (Florentia, Utinum etc.) approbat, I 69. Concilium Ferrariam convocatur, I 91-99, 111-112.
- Studia.** — Facultas Thomae O. P. concessa ad studia in vicariatu orientali Societatis propter Christum peregrinantium O. P. promovenda, III 120.
- Subsidia pecuniaria.** — Collectores apostolici pro causa unionis, II 5-6, 42-43, 53-55, 67, 121-122. Pecuniae collectae, I 108, 110, II 6, 43-44, 122-123, 144-145. Pecuniae colligendae, I 6-11, 77-78, II 41, 50-51, 66-67, 93, 96-97, 117-120, III 153-154. Obligatio data a papa, II 32-33, 67-68, 86, 120-121. Decimae, II 47-49. Pignus, III 23-24. v. Indulgentia.
- Trinitas.** — Doctrina de natura divina et de personis divinis, III 47-48.

**Unio.** — Hortatio pontificia ad unionem eccl. amplectendam: pro Manuele Palaeologo imperatore, I 5 (3, 6), pro Ioh. VIII Palaeologo imp. I 5 (4), pro Ioh. IV imp. Trapezuntis, I 28 (35), 30 (40), pro Isaia ep. armeno, I 30 (38), pro Ioh. (Zara Iacob) imp. Aethiopiae, II 38-40, pro Theodoro II Palaeologo principe, III (293), pro Ioseph II patriarcha, I 5 (5, 7), pro Constantino VI patr. armeno, I 30 (39), pro Ioh. XI patr. copto, II 86-87. Papa Eugenius principes hortatur, ut causam unionis Graecorum adiuvent, I 109-110. Facultas archiep. Rhodiensi Andreae Chrysobergi ad dissidentes reducendos commissa, I 26-27. Facultas Christophoro Garatoni ep. Coronensi data, adducendi viros pietate et doctrina insignes ad concilium, I 79-80. Unio Gregorii metropolitae Moldovalachiae. I 49. Praedicatores unionis: Benjamin Lomiti O. S. Bas., abbas Cretensis, II 89-91; Sabas Georgii O. S. Bas.,

abbas Cretensis, III 86-87. Normae de executione decreti unionis Graecorum, III 17-21. Executio illa enixe Constantino Palaeologo imp. commendatur, III 130-134. Nestoriani ad unionem amplectendam invitantur, III 44-45. Zelus Isidori Kioviensis card. pro unione fovenda laudatur, III 104-105. Executio decreti unionis Graecorum inculcatur, II 18, 126, 131-134. Item decreti unionis Armenorum, Coptorum, Chaldaeorum; vide Armeni, Copti, Chaldaei.

**Viduitas.** — Eius laus et meritum, III 62.

**Virginitas.** — Eius laus ac meritum, III 62.

**Visio Dei.** — existentia, gradus, II 72.

**NB.** — Ea, quae in indicibus introductionum exposita sunt succincte, optime hunc indicem complere possunt.



## CORRIGENDA ET ADDENDA

Praeter ea, quae iam in III XIII notavi, haec lector benignus adhuc advertat.

- I 64-70 (66) *adde*: A. MERCATI, *Due concistori ignorati relativi al Concilio di Firenze*, in periodico *L'Oriente cristiano e l'unità della Chiesa*, 3 (1938) 33-38.
- I 84 22 *adde*: ad explicationem termini « magnus adriacus » attributi Iohanni Disypato legato byzantino iuvat adiungere iuxta Dölger hic agi forte de titulo: μέγας ἑταιρειάρχης; ei fuit socius adiunctus Manuel Tarchaneiotes Bullotes.
- I 104 3 *lege*: Avenionensi (*non* Avionensi).
- II x *lege*: Bughetti (*non* Buchetti).
- II XVII (150) *lege*: Redonensi (*non* Pedonensi); ita etiam II 47 1.
- II XVIII (159): vox « decanis » ponatur post « Coloniensis ».
- II 68-79 (176) *adde*: A. MERCATI, *Il decreto d'unione del 6 luglio 1439 nell'Archivio Segreto Vaticano*, in periodico *Orientalia Christiana Periodica*, 11 (1945) 5-44.
- II 69, nota ad lin. 2: littera φ excidit in vocabulo graeco.
- II 75 1 *lege*: Tervisinus (*non* Trevesinus).
- II 75 26 *lege*: Possznan[iensis] (*non* Rossinensis?).
- II 76 3 *lege*: Aconriatensis (*non* Acquatensis).
- II 76 4 *lege*: Petrus Clerici (*non* Petrus Elia).
- II 77 17 *lege*: Gerardus (*non* Conradus).
- II 96 20: littera s excidit in voce « Massanensis ».
- II 109 nota ad lin. 5: excidit litt. *M* in *Ms*.
- II 136 nota ad lin. 27, *lege*: Sisteron (*non* Sistarico).
- II 138 (225): cum versio russica documenti sit tantum ex parte conservata, non potuit indicari, de quo mandato pro Thoma boiario (*non* barone) agatur.
- III 6 nota ad lin. 6, *lege*: c. 19 (*non* 18).
- III 12 nota ad lin. 20, *lege*: concilium (*non* concilio).
- III 12-13 (239). Hoc documentum recte diei 27 maii assignatum non debet praecedere documentum 240.
- III 31 12 *omitte*: notam de citatione Gelasii I.
- III 65 1 Rodericus electus Silvensis est idem, qui quondam, decanus Bragensis, delegationi pontificiae Constantinopolim anno 1437 missae associatus, nobis relationem de actis huius legationis reliquit. Hanc edidi; cf. *Orientalia Christiana Periodica*, 9 (1943) 178-184.
- III 95 (277) In titulo regesti *lege*: adiuvat (*non* aaiuvat).
- III 100 (280) In titulo regesti *lege*: Fabianum (*non* Fabium).
- III 101 5 *lege*: pervenerint (*non* pervenirent).
- III 109-111 (286). Secundum chronologiam exactam hoc documentum assignandum est anno 1442, sicut apparet ex codice Vindobonensi Lat. 5089, 272<sup>r</sup>.
- III 150 (104<sup>bis</sup>) Ioh. Franciscus, cui haec epistola scripta est, probabiliter idem est ac persona eiusdem nominis, quae ad legationem pontificiam anno 1438 Norimbergam missam pertinebat et quae etiam in doc. n. 112 (cf. I 114 15) commemorata est.

# INDEX GENERALIS TOTIUS VOLUMINIS

## PARS I

### **Epistolae pontificiae de rebus ante concilium Florentinum gestis (1418-1438)**

<i>Praefatio</i> . . . . .	pag.	v
<i>Introductio</i> . . . . .	»	vii-xvii
<i>Textus</i> . . . . .	»	1-118

## PARS II

### **Epistolae pontificiae de rebus in concilio Florentino annis 1438-1439 gestis**

<i>Introductio</i> . . . . .	pag.	v-xx
<i>Textus</i> . . . . .	»	1-148

## PARS III

### **Epistolae pontificiae de ultimis actis concilii Florentini annis 1440-1445 et de rebus post concilium gestis annis 1446-1453**

<i>Introductio</i> . . . . .	pag.	v-xvi
<i>Textus</i> . . . . .	»	1-144
<i>Supplementum (textuum) ad partes I-III</i> . . . . .	»	147-154

#### *Indices:*

I. Index chronologicus (in tribus introductionibus)	pag.	I xii-xvii; II xvi-xx; III xiv-xvi
II. Argumentum documentorum (in tribus introductionibus)	pag.	I ix-xvi; II xiii-xv; III xi-xiii
III. Index initiorum . . . . .	pag.	158-160
IV. Index personarum, quibus epistolae scriptae sunt . . . . .	»	161-163
V. Index citationum . . . . .	»	164-167
VI. Index nominum (personarum locorumque) . . . . .	»	168-174
VII. Index rerum . . . . .	»	175-178
<i>Corrigenda et addenda ad partes I-III</i> . . . . .	»	179
<i>Index generalis totius voluminis</i> . . . . .	»	180

ORIENTALIA CHRISTIANA PERIODICA

(Or. Christ. Per.)

Anno 1935 primum edita sunt haec periodica quae bis singulis annis prodeunt et circiter 500 paginas continent.

In his eduntur lucubrationes, notae, librorum recensiones quae theologiam, historiam, liturgiam, ius canonicum, archaeologiam, artem etc. Orientis Christiani spectant. Agitur etiam de rebus islamicis.

---

ANAPHORAE SYRIACAE  
QUOTQUOT IN CODICIBUS ADHUC REPERTAE SUNT

VOLUMEN I.

Fasciculus I:

Introductio generalis. Scripsit A. RAES.

1. Anaphora Timothei Alexandrini. Ed. A. RÜCKER.

2. Anaphora Severi Antiocheni. Ed. H. G. CODRINGTON.

Romae (1939), pag. XLIX, 96.

Fasciculus II:

3. Anaphora Gregorii Nazianzeni. Ed. I. HAUSHERR.

4. Anaphora Ioannis Chrysostomi. Ed. H. CODRINGTON.

5. Anaphora Duodecim Apostolorum Prima. Ed. A. RAES.

6. Anaphora Duodecim Apostolorum Secunda. Ed. A. RAES.

Romae (1940), pag. 168.

Fasciculus III:

7. Anaphora Dioscori Alexandrini Prima. Ed. G. DE VRIES.

8. Anaphora Dioscori Alexandrini Secunda. Ed. G. DE VRIES.

9. Anaphora Cyrilli Hierosolymitani. Ed. A. RAES.

Index verborum primi voluminis. Cur. A. RAES.

Romae (1944), pag. 154.







UNIVERSITY OF MICHIGAN



3 9015 06130 7560

